

LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY
OF ILLINOIS
595.3
L35g
v. 1

NATURAL HISTORY SURVEY

P. A. LATREILLE

SCIENTIARUM ET ARTIUM INSTITUTI GALLICI, NEC NON SOCIETATIS PHILOMATHICÆ, SCIENTIARUM, LITTERARUM ARTIUMQUE BURDIGALENSIS, LINNEANÆ SODALIS, etc.

# GENERA CRUSTACEORUM ET INSECTORUM

SECUNDUM ORDINEM NATURALEM IN FAMILIAS DISPOSITA, ICONIBUS EXEMPLISQUE PLURIMIS EXPLICATA

---

« Quod alii venationibus, confabulationibus, tesseris, chartis, lusibus, compotationibus insumunt, illud ergo insectis indagandis, colendis, contemplandis impendo. »

LINNAEUS, *Fauna Suecica*, *præfatio.*

---

TOMUS PRIMUS

*PARISIIS* ET *ARGENTORATI*

APUD AMAND KŒNIG, BIBLIOPOLAM

1806

LIBRARY OF
Illinois State
Laboratory of Natural History
NORMAL, ILLINOIS.
Pantagraph, Bloomington, Ill.

Nat. Hist. Surv.

DOMINO

LAMARCK

IN

MUSÆO HISTORIÆ NATURALIS GALLICO

ANIMALIUM INVERTEBRATORUM

DOCTRINÆ PROFESSORI

NEC NON

SCIENTIARUM ET ARTIUM

INSTITUTI GALLICI SOCIO, etc.

Testimonium honoris, gratitudinis pignus.

P. A. LATREILLE.

L 35 g
V. 1

# PROŒMIUM.

E methodi præstantiâ Historiæ naturalis stabilitatem pendere, et sectiones illas principes nominibus *classium, ordinum, generum* insignitas ipsius methodi esse fundamenta pro certo habetur. Jam pridem Entomologiæ deditus elementorum ejus ad studia totus incubui. Immortalis Fabricii de generibus insectorum librum singulis momentis volvebam et attonitus mirabar. Summam votorum nequaquam tamen sum adeptus; methodus enim Fabriciana instrumentis cibariis tantùmmodo posita, difficilis admodùm, generibus haud absoluta, à veritate, invito ut ità dicam auctore, interdùm aberrat ordinique naturali sæpiùs adversatur. Entomologiam his nævis sparsam exemisset sanè Fabricii æmulus ejusque systematis lucidus inter-

pres celeberrimus OLIVIER, si operibus suis hâc in parte editis manum extremam adhibuisset. Tunc quod doctrinæ entomologicæ principiis deerat explere cupiens, reluctans tamen, eò sum deductus ut me propriis viribus committerem. Insecta soli natalis (*Briva Curretia*), sub cœlo amæno, duce semper RÉAUMUR magno, indagatione diligenti juventutisque fervore insequor. Horum animalium structuram, mores, industriam assiduè exploro, observata iterùm atque iterùm expendo, multa invisa detego, et plurimos post laborum annos, liber cui titulus : *Précis des caractères génériques des Insectes*, anni 1796 finem versùs, typis mandatur. Hanc vocem *Insectum* (1)

(1) « Les définitions du mot *Insecte*, qu'on a données jusqu'à ce moment, me paroissent encore ou trop longues ou insuffisantes. En voici une qui me semble aussi tranchante que précise : *Animal sans vertèbres, dont le corps et les pattes sont de plusieurs pièces.* 1°. On remarque dans tous les animaux, excepté les *Insectes et les Vers*, une charpente osseuse, qui est remplacée dans ceux-ci par une enveloppe plus ou moins dure. 2°. Cette charpente osseuse, les membres, tels que les pieds, les aîles, etc.,

terminis definio. Genera insectorum vulgata priùs, characteribus certioribus firmata, in familias disponuntur et cum affinibus societatem ineunt. Genera plurima introduco, quæ sub aliis nominibus deinceps ut inedita prodeunt. Insecta *aptera* et *hymenoptera* præsertim elaborantur.

Opus simile, at plane formâ novum, linguâ latinâ, scientiarum patrio sermone, scriptum, tibi, *Lector*, offeram. Entomologiæ magistrorum Fabricii, Olivier, Hellwig, Illiger, Kirby, Knoch, Paykull, Walckenaer, Jurine, Clairville, auxiliis fretus, insectorum copiâ ab amicis (1)

---

sont recouverts par une peau continue, tandis que le corps des *Insectes* mais surtout leurs pattes sont une suite de pièces distinctes les unes des autres, ayant une peau particulière qui les renferme. La séparation des *Vers* et des *Insectes* est bien marquée dans l'existence des pattes, qui se voient dans ceux-ci et non chez les premiers. Les appendices des *Vers* sont des espèces de nageoires ou d'ouies : ils ne sont pas d'ailleurs onguiculés. » *Précis des caract. génér. des Insectes, préface, pag.* 10.

(1) Parisiis, *Dufoür*, *Desmarêts*, *Delavaux*, *Godart*, *Dejean*; Burdigalæ, *Dargelas*, *Rodrigues*; Falesiæ, *Bazo-*

lectâ aut communicatâ ditissimus, in Musæo Historiæ naturalis gallico Zoologiæ professoris Dom. LAMARCK laborum consors, ad Entomologiæ fastigia, quantùm pro ingenii debilitate mihi licuit accedere molitus sum.

Absit ut novi systematis conditoris honorem aucuper. Gloriam hanc tantùm SWAMMERDAM, LINNÆO, FABRICIO, sibi vindicare datum. Primus enim metamorphoses, secundus motûs organa, tertius instrumenta cibaria in ordinandis insectis fundamenta habuit; systemati novo nullus igitur locus superest. Methodum LINNÆI systemate Fabriciano adjutam, observationibus GEOFFROI, DE GÉER, OLIVIER propriisque enucleatam, ordine naturali a professoribus

---

*che, Brébisson;* Rhodumnæ, *Vichi, Lapierre;* Montispessulani, *Durand, Serres;* Genevæ, *Jurine;* Augustæ Taurinorum, *Ré;* apud Anglos, *Mac Leay, Kirby;* Viennæ Austriacorum, *Schreiber;* per Hispaniam, Africam borealem, *Durand;* in Oriente *Olivier;* in Australasia, *Peron, Le Sueur;* in Insula Gallice dicta *Ile-de-France*, *Dumond;* denique apud Americanos, *Bosc, Pallissot-Beauvois, Maugé*, etc.

Cuvier, Lamarck revocato innixam, exponere hoc mihi consilium.

Generum characteres alii cum aliis scrupulosè collati sunt. Nomina archetypa religiosè servavi, nullius auctoris habitâ ratione. Specierum designationem fusè tradidi, non quòd mihi arrideat illa verbositas, sed quòd diagnosim synopticam requirat insectorum notitia. Linnæi Fabriciique characteres specifici nimiâ brevitate sæpius inopes aut litigiosi evadunt.

Celebris Illiger ad instar, critice præcellentis, synonymiam emendavi. Veritatem denique integram in lucem proferre totis viribus conatus sum.

Sectiones multiplicavi et illis nomina addidi. Divisionum hanc copiam veluti memoriæ ponderosam plurimi repudiabunt. Illas in mente defigi nolo; prosint, satis est.

De illâ quæ adscivi generum copiâ breviter proloquar; susurronum et Aristarchorum etenim qui Entomologiam vix salutavere, et nihilo seciùs, disquisitione ferè nullâ initâ, doctrinæ amplificationem in-

consultò dijudicant, nova damnant, theorice et agendi ratione sibi discordes, in ordinandis animalculis numero infinitis, formâ diversissimis, simplicitatem, aliis Historiæ naturalis classibus denegatam, continuò evocant, querelis minimè moveor. Mihi assentient indulgebuntve saltem periti quibus Entomologiæ difficultates innotuerunt. Insecta vegetalibus multitudine præstant. Genera tamen quibus illa distribuuntur generum sub quibus hæc militant numero vix quintam partem attingunt: insectorum namque ordines plurimi adumbrati tantùm.

Genera nonnulla characteribus forsan haud æquè perspicuis exsecutus sum; illa, quæso, protinùs non respuas. Mihi non, ut summis magistris Linnæo, Fabricio, verbis idoneis et ad rem accomodatis uti, à naturâ datum. Generum notas attentiùs, diutiùs perpendere velis; quæ meos, non fortassè tuos oculos fugient, tuncque genera dubia cadent, aut laboribus tuis certiora denuò in lucem venient et manebunt inconcussa.

Nonnulli fortè, extrà modum systematici, à naturæ viâ rectâ deflectentes, methodum entomologicam è corporis insecti partibus omnibus (essentialibus tamen) depromptam ægrè ferent.

Alii, exilis doctrinæ homines, in generibus stabiliendis habitum tantùmmodo requirent, et oris structuræ investigationem ut supervacaneam vituperabunt. Hi et illi hæc celebris Scopoli verba attendant:

*Insecta hæc* (aptera Linnæi) *si solam oris fabricam respicere volueris, immisceri debebunt alatis, sìcque aliæ erunt classes, at non magis naturales ac Linneanæ, ab alis desumptæ. Classes et genera naturalia, non sola instrumenta cibaria, non solæ alæ, nec solæ antennæ constituunt, sed structura totius, ac cujusque vel minimi discriminis diligentissima observatio. Præstereà notæ classium et generum faciles esse debent, ne assiduus microscopiorum usus deterreat plurimos à contemplatione naturæ, sìcque numerus curiosorum in dies*

*minor evadat.* » Introd. ad Hist. nat., *pag.* 401.

Specierum, nostratum saltem, sub his generibus disponendarum, si fata velint, lineamenta distinctiora exarabo.

Dabam *Parisiis*, die primâ mensis Augusti, 1805.

PETRUS ANDREAS LATREILLE.

# TABULARUM EXPLICATIO.

*Tabula I.*

*Figura. Podophthalmus spinosus*, a tergo visus, magnitudine naturali.

*a, a.* Oculorum pedunculi e clypei medio, *b*, prodeuntes.

*c, c.* Pedes postici natatorii.

*Tabula II.*

*Fig.* 1. *Podophthalmi spinosi* corporis pars antica et infera.

*a, a.* Oculorum pedunculi.

*b, b. c, c.* Antennæ quatuor.

*d, d.* Palporum geminorum externorum caules interni.

*Fig.* 2. *Phronyma sedentaria*, magnitudine naturali, a latere visa.

*a, a.* Pedes didactyli.

*Fig.* 3. Animalis domus.

*Fig.* 4. *Bopyrus squillarum.* Insectum supinum, auctum, scala longitudinis naturalis adjecta.

*Tabula III.*

*Fig.* 1. Oculi *Mygalis aviculariæ*, aucti.

*Fig.* 2. Oculi *Mygalis cæmentariæ*, aucti.

*Fig.* 3. Oculi *Atypi sulzeri*, aucti.

*Fig.* 4. Oculi *Eriodontis occatorii*, aucti.

*Fig.* 5. Oculi *Dysderæ erythrinæ*, aucti.

*Fig.* 6. Oculi *Segestriæ cellariæ*, aucti.

*Fig.* 7. Oculi *Clubion atrocis*, aucti.

*Fig.* 8. Oculi *Clubionæ lapidicolæ*, aucti.

*Fig.* 9. Oculi *Clubionæ holosericeæ*, aucti.
*Fig.* 10. Oculi *Drassi melanogastri*, aucti.
*Fig.* 11. Oculi *Drassi atri*, aucti.
*Fig.* 12. Oculi *Theridionum* sectionis primæ, aucti.
*Fig.* 13. Oculi *Araneæ domesticæ*, aucti.
*Fig.* 14. Oculi *Argyronetæ aquaticæ*, aucti.

### *Tabula IV.*

*Fig.* 1. Oculi *Pholci phalangioidis*, aucti.
*Fig.* 2. Oculi *Scytodis thoracicæ*, aucti.
*Fig.* 3. Oculi *Linyphiæ triangularis*, aucti.
*Fig.* 4. Oculi *Tetragnathæ extensæ*, aucti.
*Fig.* 5. Oculi *Epeiræ diadematis*, aucti.
*Fig.* 6. Oculi *Thomisi Lamarck*, aucti.
*Fig.* 7. Oculi *Thomisi citrei*, aucti.
*Fig.* 8. Oculi *Micrommatæ smaragdinæ.*
*Fig.* 9. Oculi *Oxyopis lineati*, aucti.
*Fig.* 10. Oculi *Lycosæ tarentulæ*, aucti.
*Fig.* 11. Oculi *Dolomedis mirabilis*, aucti.
*Fig.* 12. Oculi *Eresi cinnaberini*, aucti.
*Fig.* 13. Oculi *Saltici sceni*, aucti.

### *Tabula V.*

*Fig.* 1. *Mygale Blondii*; magnitudo ad dimidium reducta.
*Fig.* 2. *Atypus Sulzeri.*
*Fig.* 3. *Dysdera erythrina.*
*Fig.* 4. *Scytodes thoracica*, aucta, scala longitudinis adjecta.
*Fig.* 5. *Oxyopes lineatus*, auctus, scala longitudinis adjecta.

*Tabula VI.*

*Tabula VI.*

*Fig.* 1. *Trogulus nepæformis.*

*Fig.* 2. *Siro rubens ;* insectum amplificatum, scala longitudinis adjecta.

*Fig.* 3. *Argas reflexus ;* amplificatus, scala longitudinis adjecta.

*Fig.* 4. *Machilis polypoda ,* aucta, scala longitudinis adjecta.

*Fig.* 5. *Hyphydrus Hermanni.*

*Fig.* 6. *Halyplus impressus ,* auctus, scala longitudinis adjecta.

*Fig.* 7. Abdomen ejusdem infra visum ; *a , a.* Laminæ femorum posticorum.

*Fig.* 8. *Colliuris longicollis.*

*Fig.* 9. *Megacephala carolinensis.*

*Fig.* 10. *Bembidion littorale ,* auctum, cum longitudinis scala.

*Fig.* 11. *Graphipterus multiguttatus.*

*Fig.* 12. *Lebia cyanocephala ,* aucta, cum longitudinis scala.

*Tabula VII.*

*Fig.* 1. *Agra pensylvanica ,* aucta, cum longitudinis scala.

*Fig.* 2. *Galerita americana.*

*Fig.* 3. *Drypta emarginata ,* aucta, cum longitudinis scala.

*Fig.* 4. *Pogonophorus cæruleus ,* auctus, scala longitudinis adjecta.

*Fig.* 5. *Loricera ænea ,* aucta, cum longitudinis scala.

*Fig.* 6. *Nebria arenaria.*

*Fig.* 7. *Omophron limbatum*, auctum, longitudinis scala adjecta.

*Fig.* 8. *Licinus emarginatus.*

*Fig.* 9. *Siagona rufipes.*

*Fig.* 10. *Clivina arenaria*, aucta, cum longitudinis scala.

*Fig.* 11. *Dascillus cervinus.*

*Fig.* 12. *Elodes pallida*, aucta, cum longitudinis scala.

*Tabula VIII.*

*Fig.* 1. *Throscus dermestoides*, auctus, scala longitudinis adjecta.

*Fig.* 2. *Cupes capitata*, aucta, longitudinis scala adjecta.

*Fig.* 3. *Zygia oblonga*, aucta, adjecta longitudinis scala.

*Fig.* 4. *Gibbium scotias*, auctum, scala longitudinis adjecta.

*Fig.* 5. *Mastigus palpalis*, auctus, scala longitudinis adjecta.

*Fig.* 6. *Scydmæus Godarti*, auctus, scala longitudinis adjecta.

*Fig.* 7. *Chelonarium atrum*, scala longitudinis adjecta.

*Fig.* 8. Antenna ejusdem valde aucta.

*Fig.* 9. *Elmis Maugetii*, auctum, scala longitudinis adjecta.

*Fig.* 10. *Attagenus serra*, auctus, scala longitudinis adjecta.

*Fig.* 11. *Mylœchus brunneus*, auctus, scala longitudinis adjecta.

*Fig.* 12. Ejusdem antenna valde amplificata.

## *Tabula IX.*

*Fig.* 1. *Lesteva punctulata*, aucta, scala longitudinis adjecta.

*Fig.* 2. *Stenus Buphthalmus*, auctus, scala longitudinis adjecta.

*Fig.* 3. *Dacne humeralis*, aucta, scala longitudinis adjecta.

*Fig.* 4. *Spercheus emarginatus*, auctus, scala longitudinis adjecta.

*Fig.* 5. *Nitidula linearis*, aucta, scala longitudinis adjecta.

*Fig.* 6. *Glaphyrus serratulæ.*

*Fig.* 7. *Parandra lævis.*

*Fig.* 8. *Phaleria livida*, aucta, scala longitudinis adjecta.

*Fig.* 9. *Toxicum richesianum.*

*Fig.* 10. *Tetratoma fungorum*, auctum, scala longitudinis adjecta.

*Fig.* 11. *Hegeter striatus.*

*Fig.* 12. *Serropalpus striatus.*

## *Tabula X.*

*Fig.* 1. *Epitragus fuscus.*

*Fig.* 2. *Nilio villosus.*

*Fig.* 3. Ejusdem antenna aucta.

*Fig.* 4. *Phaleria cornuta. Mas.* aucta, scala longitudinis adjecta.

*Fig.* 5. Caput *Phal. cornutæ feminæ*, auctum.

*Fig.* 6. *Zophosis testudinaria.*

*Fig.* 7. *Cnodalon viride.*

*Fig.* 8. *Misolampus Hoffmanssegii*, auctus, scala longitudinis adjecta.

*Fig.* 9. *Tagenia filiformis*, aucta, scala longitudinis adjecta.

*Fig.* 10. *Œnas afer.*

*Fig.* 11. *Hallomenus humeralis*, auctus, scala longitudinis adjecta.

*Fig.* 12. *Zonitis vittata, mas.*

## *Tabula XI.*

*Fig.* 1. *Meryx rugosa.*

*Fig.* 2. *Silvanus unidentatus*, auctus, scala longitudinis adjecta.

*Fig.* 3. *Latridium transversum*, auctum, scala longitudinis adjecta.

*Fig.* 4. *Nemozoma elongatum*, auctum, scala longitudinis adjecta.

*Fig.* 5. *Megalopus nigricornis.*

*Fig.* 6. *Cryptocephalus subserricornis.*

*Fig.* 7. *Imatidium leayanum.*

*Fig.* 8. *Paussus trigonicornis*, auctus, scala longitudinis adjecta.

*Fig.* 9. *Adorium 2-punctatum.*

*Fig.* 10. *Colaspis flavicornis*, aucta, scala longitudinis adjecta.

*Fig.* 11. *Languria bicolor.*

*Fig.* 12. *Eumorphus immarginatus.*

## *Tabula XII.*

*Fig.* 1. *Livia juncorum*, aucta, adjecta longitudinis scala.

*Fig.* 2. *Agathis malvacearum*, a latere visa, aucta, scala longitudinis adjecta.

*Fig.* 3. *Ichneumon indicatorius.*

*Fig.* 4. *Figites scutellaris*, *femina*, a latere visa, aucta, scala longitudinis adjecta.

*Fig.* 5. *Figites scutellaris*, *mas*, a tergo visa, aucta, scala longitudinis adjecta.

*Fig.* 6. *Dryinus formicarius*, auctus, scala longitudinis adjecta.

*Fig.* 7. *Spalangia nigra*, aucta, cum longitudinis scala.

*Fig.* 8. Ejusdem antenna maxime aucta (1).

*Fig.* 9. *Scelio longicornis*, auctus, adjecta longitudinis scala.

*Fig.* 10. Ejusdem antenna valde amplificata.

*Fig.* 11. *Scelio rugosulus*, auctus, scala longitudinis adjecta.

*Fig.* 12. Ejusdem antenna maxime aucta.

## *Tabula XIII.*

*Fig.* 1. *Proctotrupes brevipennis*, aucta, cum longitudinis scala.

*Fig.* 2. *Thynnus dentatus.*

*Fig.* 3. Ejusdem caput auctum, infra visum; *a*, *a*, mandibulæ; *b*, *b*, palpi maxillares.

*Fig.* 4. Ejusdem antenna aucta.

*Fig.* 5. *Polyergus rufescens*, auctus, scala longitudinis adjecta.

---

(1) Antennarum forma, articulorum numerus, propter horum insectorum exiguitatem, haud perfecte distinguenda.

*Fig.* 6. *Myrmosa melanocephala, femina*, aucta, scala longitudinis adjecta.

*Fig.* 7. *Methoca mutillaria*, aucta, scala longitudinis adjecta.

*Fig.* 8. *Myrmosa nigra.*

*Fig.* 9. *Sapyga punctata.*

*Fig.* 10. *Pemphredon lugubre.*

*Fig.* 11. *Gorytes cinctus.*

*Fig.* 12. *Stizus Hogardii.*

*Fig.* 13. *Oxybelus trispinosus.*

*Tabula XIV.*

*Fig.* 1. *Palarus flavipes.*

*Fig.* 2. *Nysson maculatus.*

*Fig.* 3. *Odynerus brunneus.*

*Fig.* 4. *Eumenes rufinoda.*

*Fig.* 5. *Epipone Tatua.*

*Fig.* 6. *Epipone chartaria.*

*Fig.* 7. *Colletes fodiens.*

*Fig.* 8. *Nomia diversipes.*

*Fig.* 9. *Eucera clavicornis.*

*Fig.* 10. *Epeolus kirbyenus.*

*Fig.* 11. *Ceratina albilabris.*

*Fig.* 12. *Euglossa cordata.*

*Tabula XV.*

*Fig.* 1. *Asindulum nigrum*, auctum, cum longitudinis scala.

*Fig.* 2. *Usia ænea*, aucta, adjecta longitudinis scala.

*Fig.* 3. *Cyllenia maculata*, aucta, adjecta longitudinis scala.

*Fig.* 4. *Pangonia tabaniformis*

*Fig.* 5. *Nemestrinus reticulatus.*

*Fig.* 6. Ejusdem antenna aucta.

*Fig.* 7. *Ploas hirticornis*, auctus, scala longitudinis adjecta.

*Fig.* 8. *Zodion conopsoides*, auctum, cum longitudinis scala.

*Fig.* 9. *Lispe tantaculata*, aucta, adjecta longitudinis scala.

*Fig.* 10. *Ochthera Mantis*, aucta, cum longitudinis scala.

*Fig.* 11. *Nycteribia pedicularia*, aucta, scala longitudinis adjecta.

*Fig.* 12. *Phora thoracica*, aucta, adjecta longitudinis scala.

*Tabula XVI et ultima.*

*Fig.* 1. *Colobicus marginatus*, auctus, scala longitudinis adjecta.

*Fig.* 2. Ejusdem antenna valde amplificata.

*Fig.* 3. *Eledona spinosula*, aucta, scala longitudinis adjecta.

*Fig.* 4. *Stygia australis.*

*Fig.* 5. Ejusdem caput auctum; *a*, *a*, antennæ; *b*, palpus.

*Fig.* 6. *Ypsolophus dorsatus*, auctus, cum longitudinis scala.

*Fig.* 7. *Aphritis auro-pubescens.*

*Fig.* 8. Ejusdem caput auctum; *a*, *a*, antennæ; *b*, *b* illarum articulus ultimus setigerus; *c*, ocelli tres.

*Fig.* 9. *Xylophagus ater*, auctus, scala longitudinis adjecta.

*Fig.* 10. Ejusdem caput maxime auctum; *a*, *a* antennæ; *b* proboscis; *c*, *c*, palpi.

*Fig.* 11. *Sicus raptor*, auctus, cum longitudinis scala.

*Fig.* 12. Ejusdem pes anticus; *a*, *a*, femoris denticuli in duplici serie dispositi.

# DISTRIBUTIO NATURALIS

## CLASSIUM ANIMALIUM.

# DISTRIBUTIO NATURALIS
## CLASSIUM ANIMALIUM.

ANIMAL. Corpus organicum, vivum, se ex arbitrio movens, in vase unico succos nutritios distribuente, alimenta recipiens.

### SECTIO PRIMA.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Animalia Vertebrata, (Spina dorsalis vertebris efformata.) | Cor biloculare, sanguine calido. | Mammæ. | CLASSIS $I^{a}$. Mammalia. *Mammifères.* |
| | | Mammæ nullæ. | CLASSIS $II^{a}$. Aves. *Oiseaux.* |
| | Cor uniloculare, sanguine frigido. | Pulmones. | CLASSIS $III^{a}$. Reptilia. *Reptiles.* |
| | | Pulmones et branchiæ. | CLASSIS $IV^{a}$. Amphibia. *Amphibies.* |
| | | Branchiæ. | CLASSIS $V^{a}$. Pisces. *Poissons.* |

## SECTIO SECUNDA.

| | | | |
|---|---|---|---|
| imalia tebris ituta. | Nervi distincti. | Cor; branchiæ; medulla spinalis ganglio nullo, præter cervicale. | CLASSIS VI$^{a}$. Mollusca. *Mollusques.* |
| | | Cor; branchiæ; medulla spinalis gangliis plurimis; pedes nulli. | CLASSIS VII$^{a}$. Annulata. *Annelides.* |
| | | Cor; branchiæ; medulla spinalis gangliis plurimis; pedes. | CLASSIS VIII$^{a}$. Crustacea. *Crustacés.* |
| | | Tracheæ; medulla spinalis gangliis plurimis; pedes. | CLASSIS IX$^{a}$. Insecta. *Insectes.* |
| | | Tracheæ; medulla spinalis gangliis plurimis; pedes nulli. | CLASSIS X$^{a}$. Vermes. *Vers.* |
| | Nervi nulli, aut obsoleti. | Organa interna, præter canalem alimentorum; anus ab ore plerisque distinctus. | CLASSIS XI$^{a}$. Radiata. *Radiaires.* |
| | | Organa interna nulla, præter canalem alimentorum; anus ab ore haud distinctus. | CLASSIS XII$^{a}$. Zoophyta. *Zoophytes.* |

*ANNOTATIO.* Classem alteram, ARACHNIDES, *Arachnides,* Crustacea insectis nectentem, proposuit celeberrimus zoologiæ professor, *Lamarck* (*Système des animaux sans vertèbres*); characterе profecto optime naturali, animalis nempe forma immutabili, nec ut insecta alata metamorphoses varias subeuntis, nititur illa Arachnidum classis; eam tamen non retinui, cum e primariis vitalitatis fontibus, ut pote solis quæ methodos arbitrarias arceant, nota ejus distinctiva non integre exhausta fuerit.

# ANIMALIA
# VERTEBRIS NULLIS, PEDATA.

---

## CLASSIS PRIMA.

*(Octava tabulæ generalis).*

CRUSTACEA. *CRUSTACÉS.*

*Crustacea*, Cuvier, Lamarck.

---

CHARACTER ANATOMICUS. Animal vertebris nullis, nervis, corde, branchiis, medulla spinali gangliis plurimis, musculis pro pedum motu.

CHARACTER NATURALIS EXTERIOR. *Corpus* pedibus articulationibus nudis (1), apterum; branchiis ad thoracis latera, illius tegumento opertis, vel corpori infra externe annexis (2). — Illis (*Entomostraca*) *tegumentum* corneum, membranaceum, clypeatum aut bivalve sæpius. *Antennæ* paucis nullæ, aut vix distinguendæ, aliis penicilliformes, ramosæ, brachia referentes. *Oculi* duo, modo distincti, modo in unum coaliti, tegumento corporis supero et antico immersi, rarissime pe-

---

(1) Articulorum nexibus externis, nec productione cutis, ac in mammalibus, avibus, tectis.

(2) Tracheæ ergo et stigmata, vel orificia illarum externa, nulla.

dunculo insistentes. *Os* aliis maxillosum, aliis rostratum; *mandibulis* non palpigeris; *maxillis* quatuor aut sex; *palpis* nullis geminis. *Pedes* numero variantes, decem plerumque: omnes, aut aliqui saltem, sæpissime forma branchiali, natatorii fere tantum, ungue corneo nullo distincto ad apicem tarsorum. *Cauda* ensifera, vel setigera, aut lamellis duabus. — Istis (*Malacostraca*) *tegumentum* corneo-calcareum, plerumque testiforme. *Antennœ* omnibus quatuor, internis sæpissime bifidis aut trifidis. *Oculi* duo distincti, pedunculo impositi, mobiles, in paucis tegumento immersi. *Os* semper maxillosum; *mandibulis* duabus, singulæ dorso palpum gerente; *maxillis* sex, duplici ordine longitudinali superpositis; *palpis* quatuor geminis, inferis. *Pedes* decem, in paucis quatuordecim, natatorii gressoriique simul; tarsi apice in unguem corneum desinentes. *Cauda* his apice nuda, illis tabellis foliaceis, sæpissime in flabellum una dispositis, aut stylis plurimis articulatis.

Metamorphosis. *Malacostraca* nascunt parentibus omnino fere similia; *entomostraca* vero mutabilia, ætate, exuviis pluribus depositis, formam ultimam et durabilem induentia.

Victus. In aquis degunt, cadavera animalium parasiti consumentia aut exsugentia; perpauca animalibus vivis, piscibus præsertim, adhærentia; in utroque sexu organum generationis duplex,

pedum parium ultimorum uni, aut thoraci antennisve insertum : feminæ ova, ad exclusionem usque, sub abdomine in sacculis capsulisve duobus, aut sub cauda incurvata, racemoso modo, gerunt, asservant.

CHARACTER EXTERNUS ESSENTIALIS. *Corpus* pedibus articulationibus nudis, (natatoriis) apterum; tegumento corneo aut corneo-calcareo, testam, clypeum, concham bivalvem sæpius referente. *Branchiæ* externæ et inferæ, aut sub testa thoracis ad latera. *Animalia aquatica.*

# CRUSTACEORUM

## LEGIO PRIMA.

### ENTOMOSTRACA.

*Entomostracés.*

Corpus tegumento membranaceo, corneo, sæpius clypeato aut bivalvi; oculi sessiles (rarissime pedunculati), sæpius vix distincti; pedes, aut aliqui saltem, forma branchiali, simpliciter natatorii, ungue corneo, nullo apicali.

Mandibulæ nullæ, aut nudæ; palpis geminis et inferis nullis.

CENTURIA PRIMA

THECATA.

*Operculés.*

Testa clypeata, aut valvis.

CENTURIA SECUNI

GYMNOTA.

*Nuds.*

Corpus testa nulla c peata, aut bivalvi.

## LEGIO SECUNDA.

MALACOSTRACA. *Malacostracés.*

Corpus tegumento corneo-calcareo; oculi duo, sæpissime pedunculo insistentes, mobiles; (antennæ quatuor in omnibus) pedes plerumque gressorii natatoriique, tarsis in unguem corneum desinentibus.

Mandibulæ palpigeræ; palpi quatuor, gemini, inferi.

DISTRIBU

# DISTRIBUTIO GENERALIS.

| | | |
|---|---|---|
| COHORS PRIMA.<br>Aspidiota.<br>*Clypéacés.*<br>Testa clypeata. | Clypeus corpori totaliter annexus, duplex ; pedes aliqui dissimiles, non natatorii ; antennæ nullæ ; mandibulæ biarticulatæ, chelatæ ; (cauda ensiformis.) | ORDO I.<br>Xiphosura.<br>*Xiphosures.* |
| | Clypeus unicus ; pedes aliqui dissimiles, non natatorii ; os rostro ; (cauda filamentosa aut foliacea.) | ORDO II.<br>Pneumonura.<br>*Pneumonures.* |
| | Clypeus unicus ; pedes omnes foliaceo-pinnati ; mandibulæ simplices ; (cauda filamentosa.) | ORDO III.<br>Phyllopoda.<br>*Phyllopodes.* |
| OHORS SECUNDA.<br>Ostracoda.<br>*Ostracodes.*<br>Testa bivalvis. | | ORDO IV.<br>Monophthalma.<br>*Monophthalmes.* |
| | Caput a thorace haud distinctum. | ORDO V.<br>Pseudopoda.<br>*Pseudopodes.* |
| | Caput a thorace distinctum. | ORDO VI.<br>Cephalota.<br>*Céphalotes.* |
| | Caput a thorace haud distinctum ; branchiæ testæ lateribus occultatæ ; pedes decem. | ORDO I.<br>Decapoda.<br>*Décapodes.* |
| | Caput a thorace distinctum ; branchiæ externæ, inferæ ; pedes sæpissime quatuordecim. | ORDO II.<br>Branchiogastra.<br>*Branchiogastres.* |

# LEGIO PRIMA.

## ENTOMOSTRACA. *ENTOMOSTRACÉS.*

*Entomostraca*, Mull. — *Crustacés*, division 1[ere].
*Monocles*, Cuv. — *Crustacés*, ordre 2[e].
*Sessiliocles*, Lamarck.

## CENTURIA PRIMA.

### THECATA. *OPERCULÉS.*

## COHORS PRIMA.

### ASPIDIOTA. *CLYPÉACÉS.*

## ORDO PRIMUS.

### XIPHOSURA. *XIPHOSURES.*

I. Genus. *Limulus. Limule.*

*Limulus, Mull., Fab.* — *Monoculus, Linn.* — *Xiphosura, Gron.* — *Polyphemus, Lamarck.*

*Testa* coriacea, orbiculato-ovata, postice angustior et emarginata, depressa, clypeo scutove duplici; antico majori, sublunato, fornicato, supra tricarinato; oculi duo, utrinque unus, carinis lateralibus adnati, minimi, ovati, vix prominuli; scuto postico prioris marginis postici lunatique medio articulato, forma subtriangulari, subtus cavo, ad posteriora angustiore, truncato et emarginato; dorso bisulcato, medio carinato; latere singulo emarginato-serrato, dentibus sex, totidemque spinis mobilibus; cauda cornea, scuti postici apicis emarginati medio ginglimo articulata. *Antennæ* nullæ. *Mandibulæ* duæ sub margine antico scuti prioris insertæ,

basi appropinquatæ, elongatæ, cylindricæ, palpos referentes, biarticulatæ, geniculatæ, articulo ultimo chela didactyla, digito externo mobili. *Pedes* decem, basi prominula, spinosissima, maxillam referente; articulo ultimo chelato, in omnibus, aut quatuor anticis tantum exceptis, didactylo; paria quatuor antica, articulis quinque; posticum majus, articulis sex; penultimo laminis quatuor foliaceis, mobilibus, penultimi ad apicem; radicali appendice elongato, compresso, obtuso, lateraliter instructo. *Laminæ* foliaceæ, corneæ, branchias alternatim tegentes, in scuti postici cavitate receptæ.

SPEC. 1. *LIMULUS POLYPHEMUS. Limule Polyphème.*

L. pedibus omnibus didactylis; cauda trigona, raro superne denticulata; carina media scuti antici medio spinosa; postici laminis foliaceis successive, alternatim, alia ab alia, interne decussatis.

*Limule Polyphème.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom. 4, pag.* 96.

*Limulus Cyclops.* FAB. *Suppl. entom. system., p.* 571.

*Monoculus Polyphemus.* LINN. *Syst. nat., ed.* 13, *tom.* 1, *pars.* 2, *pag.* 1057.

Habitat in oceano Indiæ Occidentalis; anglo-americanis *King-Krab.*

SPEC. 2. *LIMULUS MOLUCCANUS. Limule des Moluques.*

L. pedibus omnibus didactylis; cauda trigona, per totam longitudinem superne valde denticulata; carina media scuti antici medio inermi.

*Limule des Moluques.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 4, *pag.* 92, *pl.* 16, 17.

*Cancer Moluccanus.* CLUS. *Exot., lib.* 6, *cap.* 14, *pag.* 128.

BONT. *Jav., lib.* 5, *cap.* 31.

RUMPH. *Mus.* 21, *tab.* 12, *fig. a. b.*

SCHAEFF. *Monog.* 1756, *tab.* 7, *fig.* 4, 5.

Habitat in Indiæ Orientalis oceano.

Spec. 3. *Limulus Heterodactylus. Limule Hétérodactyle.*

L. pedibus quatuor anticis monodactylis.

*Limule Hétérodactyle.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 4, *pag.* 89.

Habitat in oceano Sinensi.

Spec. 4. *Limulus virescens. Limule verdâtre.*

L. pedibus duobus anticis monodactylis.

*Limulus Polyphemus.* Fab. *Supp. entom. system.*, *pag.* 371.

Habitat in oceano Indiæ Orientalis.

## ORDO SECUNDUS.

### PNEUMONURA. *PNEUMONURES.*

### II. Genus. *Caligus. Calige.*

*Caligus*, Mull. — *Monoculus*, Linn., Fab. — *Oniscus*, Slabber.

*Testa* oblongo-cordata, plana, disci peripheria distincta. *Oculi* duo distantes, in margine antico. *Antennæ* duæ, minimæ, setaceæ, cyrros referentes, marginique pariter insertæ : *os* in *caligo producto*, rostello conico, deflexo, inter pedes anticos sito ; obsoleto, in *caligo piscino* : *uncinuli* aut *cirruli* duo medio thoracis, pedes anticos versus. *Pedes* decem aut octo ; duo aut quatuor antici, forma gressoria, apice ungue inflexo armati ; par sequens apice setigerum, aut uncine duplici ; alia branchialia, appendicibus linearibus pectinatis aut foliaceo-divisis. *Abdomen* exsertum, parvum, testa multo angustius, nudum, vel lamellatum, filamentis duobus teretibus, elongatis, ad apicem.

Spec. 1. *Caligus Piscinus. Calige des poissons.*

C. corpore brevi ; cauda bifida, monophylla.

*Calige des poissons.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 4, *pag.* 111, *pl.* 31, *fig.* 1.

*Caligus Curtus.* MULL. *Entom.*, *pag.* 130, *tab.* 21, *fig.* 1, 2.

*Monoculus piscinus.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1057. — *Faun. suec.*, *ed.* 2, *n°.* 2045.

*Monoculus piscinus.* FAB. *Entom. system.*, *tom.* 2, *pag.* 489.

*Binoculus piscinus.* OTH. FAB. *Faun. Groenl.*, *n.°* 239.

*Oniscus lutosus.* SLABB. *Microsc.*, *tab.* 16, *fig.* 1, 2.

In oceano, piscibus, *Pleuronecti hippoglosso* præsertim, arcte se affigens.

SPEC. 2. *CALIGUS PRODUCTUS. Calige prolongé.*

C. corpore elongato; cauda imbricata, tetraphylla.

*Calige prolongé.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 4, *pag.* 115, *pl.* 31, *fig.* 2.

*Caligus productus.* MULL. *Entom.*, *pag.* 132, *pl.* 21, *fig.* 3, 4.

*Monoculus salmoneus.* FAB. *Entom. system.*, *tom.* 2, *pag.* 489.

Mores et habitatio præcedentis.

## III. GENUS. *BINOCULUS. Binocle.*

*Binoculus*, GEOFF. — *Argulus*, *Limulus*, MULL. — *Monoculus*, FAB., CUVIER.

*Testa* ovalis, membranacea, planiuscula, margine antico utrinque subcoarctato, postico emarginato. *Oculi* duo distantes, unus utrinque, marginis antici ad latera. *Antennæ* quatuor aut duæ, minimæ, conico-setaceæ, articulis duobus tribusve, inter oculos sitæ, margineque antico opertæ; uncino vel dente utrinque ad illarum basin. *Os* rostro conico, pectorali. *Pedes* duodecim; duo antici tubulosi, subhemisphærici, oris præsertim quorum animal progreditur, aut corporibus se affigit; pedum par secundum elongato-conicum, quadriarticulatum, haud natatorium; dentium serie sub illorum basi; paria quatuor postica natatoria, biarticulata; illorum apice caudaque laminis geminis, foliaceis, margine ciliatis.

SPEC. 1. *BINOCULUS GASTEROSTEI. Binocle du Gastéroste.*

*Le Binocle du Gastéroste.* GEOFF. *Hist. des Insect.*, *tom.* 2, *pag.* 661.

LOEFL. *Act. Upsal.*, 1750, *pag.* 42, *tab.* 2, *fig.* A.

*Argulus Delphinus.* MULL. *Entom.*, *pag.* 123.

*Monoculus Argulus.* FAB. *Entom. system.*, *tom.* 2, *pag*, 489.

*Monoculus Gyrini.* CUV. *Tabl. élém. de l'hist. nat. des anim.*, *pag.* 454

*Ozole du Gastéroste.* LATR. *Hist. nat. des Insec.*, *tom.* 4, *pag.* 128, *pl.* 29, *fig.* 3 — 7.

*Argule Dauphin.* HERM. *Mem. apterol.*, *pag.* 131, *pl.* 5, *fig.* 3; *et pl.* 6, *fig.* 11.

*Gasterosteo pungitio*, *Cyprinis*, *ranarum* larvis adhæret; Parisiis, in rivulis, loco *petit Gentilli. Argulus Charon* MULLERI, *entom.*, *pag.* 122, *tab.* 20, *fig.* 1, 2, ejus larva, observante D. Jurine filio, qui crustacei hujus historiam absolutam iconibusque exquisitissimis ornatam elaborat. *Le binocle à queue en plumet*, GEOFF. *Hist. des Insect.*, *tom.* 2, *pag.* 660, *pl.* 21, *fig.* 3, probabiliter idem animaculum inaccurate descriptum idem. *Mon. piscini* Linnæi varietas mutica; a micographo Backero exacte descriptum.

## ORDO TERTIUS.

### PHYLLOPODA. *PHYLLOPODES.*

IV. GENUS. *APUS. Apus.*

*Apos*, SCOP. — *Apus*, CUV. — *Monoculus*, LIN., FAB. — *Binoculus*, GEOFF. — *Limulus*, MULL., LAMARCK.

*Corpus* molle. *Testa* crustacea, membranacea, orbiculato-ovata, postice profunde emarginata, dorso, antico excepto, carinato. *Oculi* duo, testæ dorsi medio ad antica inserti, prominuli, sublunares, approximati, antice contigui, tuberculum oculiforme postice includentes. *Frons* e testæ margine antico, subtus inflexo, in

membranam sublunarem producto, efformata. *Antennæ* duæ, breves, subfiliformes, biarticulatæ, vix exsertæ, pone mandibulas insertæ (e Schaeffero). *Labrum* quadratum, ex expansione membranæ frontalis marginis antici. *Mandibulæ* duæ, corneæ, transversæ, utrinque una, sub labri lateribus insertæ, subcylindricæ, breves, intus cavæ, apice arcuatæ, compressæ; summo apice recto, valde denticulato. *Maxillæ* quatuor, duæ utrinque, sub mandibulis, transversæ, subcorneæ, valde depressæ, fere membranaceæ, in segmentum circuli vel in triangulum, latere uno et externo arcuato, efformatæ; supernæ inferis incumbentes; istis paulo majoribus, latere interno spinosissimis. *Pedes*, circiter sexaginta paria, branchiales, foliacei, sensim magnitudine decrescentes; ultimi respectu aliorum minus elongati, latiores, rotundiores; omnes latere uno lamella triangulari membranacea, sacculoque oviformi; latere opposito, pedibus duobus anticis exceptis, lamellis duabus, apice tribus, digitos compressos referentibus; harum lamellarum loco setæ quinque, multiarticulatæ, quarum duæ terminales, multo longiores, longitudine inæquales, pedum pari antico; sacculo paris decimi in capsulam bivalvem, ova includente, mutato. *Cauda* elongata, subconica, apice truncata, articulis plurimis, brevissimis; setis duabus longis, articulis numerosissimis, vix distinctis.

Annotatio. pedes primi basi intus spinulis hirti, analogiâ quâdam cum limulis.

Spec. 1. *Apus cancriformis. Apus cancriforme.*

A. carina dorsali, postice non mucronata; lamina nulla inter setas caudales.

*Apus cancriforme. Bosc. Hist. nat. des Crust., tom. 2 pag. 244.*

*Apus cancriforme.* LATR. *Hist. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 4, *pag.* 193, *pl.* 19 et 20.

*Le binocle à queue en filet.* GEOFF. *Hist. des Insect.*, *tom.* 2, *pag.* 660, *pl.* 21, *fig.* 4.

*Limulus palustris.* MULL. *Entom.*, *pag.* 127.

*Monoculus Apus.* FAB. *Suppl. entom. system.*, *pag.* 305. SCHÆFF. *Monog.* 1756, *tab.* 1 — 5.

Ejusdem *element. entom.*, *tab.* 29, *fig.* 1, 2.

Habitat in Galliæ, Germaniæ fossis.

*Spec.* 2. APUS PRODUCTUS. *Apus prolongé.*

A. carina dorsali postice in spinam producta; lamina inter setas caudales.

*Apus prolongé.* BOSC. *Hist. nat. des Crust.*, *tom.* 2, *pag.* 244, *pl.* 16, *fig.* 7.

*Apus prolongé.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 4, *pag.* 195, *pl.* 28.

*Monoculus Apus.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1058. — FAUN. *Suec.*, *ed.* 2, *n.°* 2046.

*Limule Serricaude.* HERM. *Mém. apterol.*, *pag.* 130.

Habitat in Europæ fossis; in agro Cenomanensi frequens; mecum communicavit Dom. Menard.

OBSERV. *Monoculum Apus* Linnæi ad præcedentem retulerunt auctores omnes, his verbis illius non attendentes: *Cauda setis duabus, validis, interjecta lamella.* (*Faun. Suec.*, *ed. secunda*, *pag.* 498.)

In specie præcedenti pedes duo antici tantum filamentis setaceis, articulatis, et hæ setæ simplices, apicali valde elongata: in *limulo producto* pedes decem primi filamentis articulato-subserratis, brevibus, instructi.

COHORS

## COHORS SECUNDA.

OSTRACODA. *OSTRACODES.*

## ORDO QUARTUS.

MONOPHTHALMA. *MONOPHTHALMES.*

V. Genus. *Lynceus. Lyncé.*

*Lynceus, Mull. — Monoculus, Fabricii.*

*Oculi* duo. *Antennæ* duæ vel quatuor, capillaceæ. *Pedes* octo et plures. *Caput* exsertum.

Spec. 1. *Lynceus Brachyurus. Lyncé à queue courte.*

L. antennis quatuor; testa globosa; cauda deflexa.

*Lyncé à queue courte. Latr. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 4, *pag.* 204, *pl.* 32, *fig.* 1, 12.

*Lynceus Brachyurus. Mull. Entom., pag.* 69, *tab.* 8, *fig.* 1, 12.

*Monoculus Brachyurus. Fab. Entom. system., tom.* 2, *pag* 497.

Habitat in palustribus, primo vere.

Spec. 2. *Lynceus sphæricus. Lyncé sphérique.*

L. antennis duabus; testa globosa; cauda inflexa.

*Lyncé sphérique. Latr. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 4, *pag.* 207.

*Lynceus sphœricus. Mull. Entom., pag.* 71, *tab.* 9, *fig.* 7, 9.

*Monoculus sphœricus. Fab. Entom. system., tom.* 2, *pag.* 497.

Habitat in aquis Europæ.

VI. Genus. *Daphnia. Daphnie.*

*Daphnia, Mull., Lam. — Monoculus., Lin., Geoff., de Geer, Fabricii.*

*Oculus* unicus. *Caput* exsertum. *Antennæ* duæ, ramosæ. *Pedes* octo ad duodecim.

Spec. 1. *Daphnia pulex. Daphnie puce.*

D. cauda inflexa; testa postice mucronata.

*Daphnie puce.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom. 4, pag. 223, pl. 33, fig. 2, 3.*

*Daphnia pennata.* Mull. *Entom., pag. 82, tab. 12, fig. 4, 7.*

*Monoculus pulex.* Linn. *System. nat., ed. 13, tom. 1, pars 2, pag. 1058.* — Faun. *Suec., ed. 2, n°. 2047.*

*Le Perroquet d'eau (monocle).* Geoff. *Hist. des Insect., tom. 2, pag. 655.*

*Monoculus pulex.* Fab. *Entom. system., tom. 2, pag. 491.*

*Pulex caudatus.* Schæff. *1755, tab. 1, fig. 1, 8.*

Habitat in aquis Europæ.

## VII. Genus. *Cypris. Cypris.*

*Cypris,* Mull. — *Monoculus,* Lin., Geoff., Fabricii.

*Oculus* unicus. *Caput* conditum. *Antennæ* duæ, superæ, capillaceæ. *Pedes* quatuor.

Spec. 1. *Cypris conchacea. Cypris coquillière.*

C. testa ovata, tomentosa.

*Cypris Coquillière.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom. 4, pag. 246.*

*Cypris pubera.* Mull. *Entom., pag. 56, tab. 5, fig. 1, 5.*

*Monoculus conchaceus.* Linn. *System. nat., ed. 13, tom. 1, pars 2, pag. 1059.* — Faun. *Suec., ed. 2, n°. 2050.*

*Le Monocle à coquille longue.* Geoff. *Hist. des Insect., tom. 2, pag. 657, n°. 4.*

*Monoculus conchaceus.* Fab. *Entom. system., tom. 2, pag. 496.*

Habitat in Europæ aquis puris.

## VIII. Genus. *Cythere. Cythérée.*

*Cythere,* Mull. — *Monoculus,* Fabricii.

*Oculus* unicus. *Caput* conditum. *Antennæ* duæ, superæ, piloſæ. *Pedes* octo.

Spec. 1. *Cythere Viridis. Cythérée verte.*

C. teſta viridi, reniformi, tomentoſa.

*Cythérée verte.* Latr. *Hiſt. nat. des Cruſt. et des Inſect., tom.* 4, *pag.* 252.

*Cythere viridis.* Mull. *Entom., pag.* 64, *tab.* 7, *fig.* 1, 2.

*Monoculus viridis.* Fab. *Entom. ſyſtem., tom.* 2, *pag.* 494.

Habitat in Europæ borealis conſervis fuciſque marinis.

## CENTURIA SECUNDA.

### GYMNOTA. *NUDS.*

## ORDO QUINTUS.

### PSEUDOPODA. *PSEUDOPODES.*

IX. Genus. *Cyclops. Cyclope.*

*Cyclops*, Mull., Lam. — *Monoculus*, Lin., Geoff., de Geer., Fabricii.

*Corpus* ovato-conicum, elongatum. *Oculus* unicus. *Antennæ* duæ aut quatuor, ſimplices. *Pedes* ſex, octo, decem.

Spec. 1. *Cyclops quadricornis, Cyclope quadricorne.*

C. antennis quatuor; cauda recta, bifida.

*Cyclope quadricorne.* Latr. *Hiſt. nat. des Cruſt. et des Inſect., tom.* 4, *pag.* 262, *pl.* 33, *fig.* 5, 8.

*Cyclops quadricornis.* Mull. *Entom., pag.* 109, *tab.* 18, *fig.* 1, 14.

*Monoculus quadricornis.* Linn. *Syſtem. nat., ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1058. — Faun. *Suec., ed.* 2, *n°.* 2049.

*Le Monocle à queue fourchue.* Geoff. *Hiſt. des Inſect., tom.* 2, *pag.* 656, *pl.* 21, *fig.* 5.

*Monocle à quatre cornes.* DE GEER. *Mém. insect.*, *tom.* 7, *pag.* 485, *pl.* 29, *fig.* 11, 12.

*Monoculus quadricornis.* FAB. *Entom. system.*, *tom.* 2, *pag.* 500.

Habitat in Europæ aquis dulcibus.

SPEC. 2. *CYCLOPS LONGICORNIS. Cyclope longicorne.*

C. Antennis duabus longissimis; cauda bifida.

*Cyclope longicorne.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 4, *pag.* 266.

*Cyclops longicornis.* MULL. *Entom.*, *pag.* 115, *tab.* 19, *fig.* 7, 9.

*Monoculus longicornis.* FAB. *Entom. system.*, *tom.* 2, *pag.* 501.

Habitat in mari Norwegico.

ANNOTATIO. *Amymones Naupliique* Mülleri *Cyclopum* larvæ, observante D. Jurine.

## ORDO SEXTUS.

### CEPHALOTA. *CÉPHALOTES.*

### *I. Oculi sessiles.*

X. GENUS. *POLYPHEMUS. Polyphème.*

*Polyphemus*, MULL. — *Monoculus*, DE GEER, FAB. — *Cephaloculus*, LAMARCK.

*Oculus* unicus, caput a thorace distinctum, æmulans. *Thorax* ab abdomine distinctus. *Abdomen* crustaceum, subovatum, compressum, sessile, annulatum, incurvatum; cauda abdomini arcte inflexa, basin pedum tegens, spiculo elongato, bisetigero, terminata. *Remi* duo, furcati, horizontaliter extensi. *Pedes* octo, breves, apice setosi.

SPEC. 1. *POLYPHEMUS OCULUS. Polyphème oculé.*

*Polyphème oculé.* LATR. *Hist. nat. des Crust et des Insect.*, *tom.* 4, *pag.* 287, *pl.* 30, *fig.* 3, 4, 5.

*Polyphemus oculus.* MULL. *Entom.*, *pag.* 119, *pl.* 20, *fig.* 1, 5.

*Monocle pou branchu.* DE GEER. *Mém. insect.*, *tom.* 7, *pag.* 467, *pl.* 28, *fig.* 9, 10.

*Monoculus pediculus.* FAB. *Entom. system.*, *tom.* 2, *pag.* 502.

*Cephaloculus stagnorum.* LAMARCK, *System. des anim. sans vert.*, *pag.* 170.

Habitat in aquis palustribus, lacubus Europæ.

XI. GENUS. *ZOE. Zoë.*

*Zoe, Bosc.* — *Monoculus*, SLABBER.

*Caput* indistinctum, aut *oculis* duobus magnis, globosis, *rostro*que fere perpendiculari, thorace paulo longiore, recto, apice acuto. *Antennæ* quatuor, infra oculos insertæ; interiores simplices; externæ geniculatæ, bifidæ. *Instrumenta cibaria* nondum observata. *Thorax* subovatus, testa subdiaphana, dorso in spinam thorace duplo longiorem, retro curvatam, producto. *Pedes* (1), posticis exceptis, brevissimi, sub thorace absconditi; postici elongati, natatorii. *Cauda* thoracis longitudine, sub illo sæpius inflexa, articulis quinque; primis quatuor angustissimis, ultimo majori, lunato, spinosulo.

SPEC. 1. *ZOE PELAGICA. Zoë pélagique.*

*Zoe pelagica.* BOSC. *Hist. nat. des Crust.*, *tom.* 2, *pag.* 135, *pl.* 15, *fig.* 3, 4.

*Zoë pélagique.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 4, *pag.* 298, *pl.* 35, *fig.* 1.

Habitat in Oceano. Congener videtur, at species altera. *Monoculus Taurus.* SLABBER, *Microsc.*, *tab.* 5.

---

(1) Pedes octo, apice setosi; anticis duobus multo minoribus. SLABBER.

## *II. Oculi pedunculo distincto.*

XII. Genus. *Branchiopoda. Branchiopode.*

*Branchiopoda*, Lam. — *Apus*, Schæff. — *Cancer*, Lin. — *Gammarus*, Fabricii.

*Corpus* filiforme, substantia mollissima. *Caput* a thorace collo parvo discretum, depressum, latum. *Oculi* duo, laterales, exserti, stipitati, mobiles. *Antennæ* duæ, supra oculos postice insertæ, capillares, biarticulatæ, breves. *Frons* tentaculis, corniculisve duobus, mobilibus; in *mare* corneis, latere externo unidentatis, apice latiore, furcato; in *femina*, cylindracea, articulata, diaphana, apice papilla instructo; *filamenta* duo capillaria, simplicia, elongata, fronti, basi tentaculorum inserta, clypeusque antice bifidus, in mare. *Os* in utroque sexu papilla rostriformi, hamulata, corpusculis quatuor suffulta. *Truncus* corporis cylindricus, supra subcarinatus, undecim segmentis; singulo infra pedibus duobus branchialibus, foliaceis; pari anteriore lamellis duabus, posticis tribus, quarum infima in pediculum basi efformata, ultima ovato-lanceolata. *Cauda* corporis circiter longitudine, angustior, subcylindrica, articulis plurimis (6, 9), ultimo pinnis duabus. *Organa sexus ovaria*que ad basin inferam caudæ.

Spec. 1. *Branchiopoda stagnalis. Branchiopode stagnal.*

*Branchiopoda stagnalis.* Lam. *System. des anim. sans vert., pag.* 161.

*Branchiopode stagnal.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 4, *pag.* 319, *pl.* 36 *et* 37.

*Cancer stagnalis.* Linn. *System. nat., ed.* 12, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1056. — Faun. *Suec., ed.* 2, *n°.* 2043.

*Gammarus stagnalis.* Fab. *Entom. system., tom.* 2, *pag.* 518.

*Apus pisciformis.* Schæff. *Monog.* 1754, *fig.* 1, 12.

Habitat in Europæ fossis.

Annotationes. *Cancer paludosus* Mülleri, *Zool. danic.*, *pag.* 10, *tab.* 48, *fig.* 1, 8. Species altera videtur, si iconibus fides integra adhibenda. Tentaculis, cauda differt; forte ac *Cancer Stagnalis* Othonis Fabricii, *Cancer Salinus* Linnæi, eadem.

*Entomostracorum* locus in serie naturali mihi adhuc incertus videtur. Professoris Cuvier, qui ab istis animalibus *Crustaceorum* classem orditur, sententiæ nunc faveo, his momentis abductus: *Gammari* profecto cum *Crustaceis* extremis reponendi; proxime accedunt, vinculo fere indissolubili, *idoteæ*, *aselli*; nunc veniunt, hiatu nullo interposito, *ligiæ* cæterique *oniscides*. *Armadillones myriapoda* vocant; at in ipsis, *tracheæ* manifestantur; animalium corde destitutorum ordo proinde inceptus est; *entomostracis* locus non amplius superest; *arachnidibus* professoris Lamarck ista tamen admodum affinia. Si modo larvarum *ephemerarum* respirarent, difficultas evanesceret; tunc enim ordinem insectorum peculiarem, *myriapoda thysanouris* nectentem constituerent; his succederent *acera*. Litem dirimant anatomicæ observationes.

# LEGIO SECUNDA.

## MALACOSTRACA. *MALACOSTRACÉS.*

## ORDO PRIMUS.

### DECAPODA. *DÉCAPODES.*

| TRIBUS. | FAMILIÆ. |
|---|---|
| I. BRACHYURI. *Brachyures.* Cauda pinnis natatoriis, lamellisve foliaceis, nullis, ad apicem, corpore brevior. | I. CANCERIDES. *Cancérides.* II. OXYRHYNCI. *Oxyrhynques.* |
| II. MACROURI. *Macroures.* Cauda pinnis natatoriis, lamellisve foliaceis, ad apicem, corporis ad minus longitudine. | III. PAGURII. *Paguriens.* IV. PALINURINI. *Langoustines.* V. ASTACINI. *Homardiens.* |

TRIBUS

# TRIBUS PRIMA.

## BRACHYURI. *BRACHYURES.*

### *Kleistagnatha (classis)* FABRICII.

## FAMILIA PRIMA.

### CANCERIDES. *CANCERIDES.*

*Testa* transversa aut obcordata in illis, quadrata vel orbiculata in istis : diametro longitudinali transversum non excedente. *Antennæ* interiores, (antennæ clypei medio insertæ), in omnibus complicatæ, in foveolis receptæ.

### I. PLATYSMATII. *PLATYSMATIENS.*

*Testa circuli sectore postice truncato circumscripta ; margine antico arcuato, subsemicirculari, lateribus sensim postice in angulum convergentibus, apice (margine postico caudæ baseos) truncato.*

### 1. PELAGII. *Pélagiens.*

*Pedes postici natatorii, articulo ultimo in lamellam ovatam, aut orbiculatam, foliaceam, compresso.*

XIII. GENUS. *PODOPHTHALMUS. Podophthalme.*
*Podophthalmus*, LAM. — *Portunus*, FABRICII.

*Oculorum* pediculi a testæ marginis antici medio ad angulos ejus laterales usque producti.

SPEC. 1. *PODOPHTHALMUS SPINOSUS. Podophthalme épineux.*

*Podophthalmus spinosus.* LAM. *System. des anim. sans vert., pag.* 152.

*Podophthalme épineux.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 6, *pag.* 54, *pl.* 46, *fig.* 1.

*Portunus vigil.* FAB. *Suppl. entom. system.*, *pag.* 363.

Habitat in Oceano Indico, littoribus Malabaricis.

### FIGURARUM EXPLICATIO.

*Tab.* I. *Podophthalmus spinosus*, pronus, magnitudine naturali.

*a*, *a*. Oculorum pedunculi e clypei medio, *b*, prodeuntes.

*c*, *c*. Pedes postici natatorii.

*Tab.* II. *fig.* I. Corporis pars antica et infera.

*a*, *a*. Oculorum pedunculi.

*b*, *b*. *c*, *c*. Antennæ.

*d*, *d*. Palporum geminorum externorum caules internæ.

## XIV. GENUS. *PORTUNUS. Portune.*

*Portunus*, DALD., FAB., LAM. — *Cancer*, LINNÆI.

*Oculorum* pediculi testæ marginis antici dimidio longitudinis multo breviores.

SPEC. 1. PORTUNUS PELAGICUS. *Portune pélagique.*

P. testa utrinque dentibus novem, postico majore; manibus angulatis; fronte dentibus quatuor æqualibus; duobus aliis, uno utrinque, ad oculorum angulum internum, bifidis.

*Portunus pélagicus.* FAB. *Suppl. entom. system.*, *pag.* 367.

*Portune pelagique.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 6, *pag.* 16.

*Cancer pelagicus.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1042. — *Mus. Lud. Ulr.*, *pag.* 434.

HERBST. *Canc.*, *tab.* 8, *fig.* 55.

Habitat in pelagi universi orbis fuco natante.

SPEC. 2. PORTUNUS DEPURATOR. *Portune dépurateur.*

P. testa utrinque, fronte, dentibus quinque subæqualibus; carpis interne valide unidentatis;

*Portunus depurator.* FAB. *Suppl. entom. system.*, *pag.* 365.

*Portune dépurateur.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 6, *pag.* 11.

*Cancer depurator.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1043.

HERBST. *Canc.*, *tab.* 7, *fig.* 48.

Habitat in Oceano Europæ.

SPEC. 3. *PORTUNUS PUBER. Portune étrille.*

P. Testa pubescente, dentibus utrinque quinque æqualibus; fronte subtiliter denticulata; manibus sulcatis, supra unidentatis; carpis bidentatis.

*Portunus puber.* FAB. *Suppl. entom. system.*, *pag.* 365.

*Portune pubère.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 6, *pag.* 10.

*Cancer puber.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1046.

HERBST. *Canc.*, *tab.* 7, *fig.* 49.

Habitat in mari Mediterraneo et Oceano Gallico.

### 2. LITTORALES. *Littoraux.*

*Pedes omnes ambulatorii, articulo ultimo conico.*

## XV. GENUS. *DROMIA. Dromie.*

*Dromia*, DALD., FAB. — *Cancer*, LINNÆI.

*Pedes* postici dorsales. *Testa* valde convexa.

SPEC. 1. *DROMIA RUMPHII. Dromie de Rumphius.*

D. Testa hirta, utrinque dentibus quinque validis, sinu nullo notabiliori interjecto; brachiis pedibusque enodibus.

*Dromia Rumphii.* FAB. *Suppl. entom. system.*, *pag.* 359.

*Dromie de Rumphius.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 5, *pag.* 386, *pl.* 42, *fig.* 2.

*Cancer Dormia.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1043.

RUMPH. *Mus.*, *tab.* 11, *n°.* 1.

*Herbst. Canc.*, *tab.* 18, *fig.* 103.

Habitat in Oceano Indiæ Orientalis.

### XVI. Genus. *Calappa. Calappe.*

*Calappa*, *Dald.*, *Fab.*, *Lam.* — *Cancer*, *Linnæi.*

*Testæ* anguli postici fornicati, pedes contractos recipientes. *Manus* cristatæ.

Spec. 1. *Calappa tuberculata. Calappe tuberculé.*

C. Testa verrucosa; angulis posticis dentibus sex crenatis; margine postico obsolete bidentato.

*Calappa tuberculata. Fab. Suppl. entom. system.*, *pag.* 345.

*Calappe tuberculé. Latr. Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 5, *pag.* 393.

*Herbst. Canc.*, *tab.* 13, *fig.* 78.

Habitat in Oceano Australasiæ.

Spec. 2. *Calappa fornicata. Calappe voûté.*

*Pall. Spicil. zool., fasc.* 9, *tab.* 5, *fig.* 1, 2.

*Cymothoa Entomon. Fab. Entom. system., tom.* 2, *pag.* 505.

*Entomon pyramidale. Klein. Dub., fig.* 1, 2.

Habitat in Oceano Europeano.

Spec. 2. *Idotea tridentata. Idotée tridentée.*

I. Linearis; segmentis medio lateraliter prominulis; cauda elongato-quadrata, apice emarginata medioque unidentata; antennis externis corporis longitudine.

*Oniscus tridens. Scop. Entom. Carn., n°.* 1141.

*Gronov. Zooph., n°.* 996, *tab.* 17, *fig.* 3.

*Cloporte tridenté. Oliv. Encycl. méth. Hist. nat., tom.* 6, *pag.* 26.

Habitat in Oceano Europæ, inter Fucos. Communicavit Dom. Jurine, filius.

Observat. Cinerea; cauda fusca, marginibus pallidioribus, apice subtridentata; pedes, primi saltem, articulo penultimo subincrassato. In paucis differt ab *Onisco lineari* Pallas (*Spic. zool., fasc.* 9, *tab.* 4, *fig.* 17); a *Cymothoa chelipede* Fabricii (*entom. system.*,

*ſystem.*, *tom.* 2, *pag.* 506). Gronovius ſpeciem hanc ex individuo a Baſtero communicato deſcripſit et delineavit; iſtum poſtea ut de inedito inſecto locutum fuiſſe videtur: *Oniſcus longus, teres.* — *Opuſc. ſubs.* 2, 143, *tab.* 14, *fig.* 2. *Idotea emarginata* Fabricii, *Suppl. entom. ſyſtem.*, *pag.* 303, forte et iterum eadem ſpecies.

III. Genus. *Sphæroma. Sphérome.*

*Oniſcus*, *Linn.*, *Pall.* — *Cymothoa*, *Fab.*, *Daldorff.*

*Cauda* ſegmentis duobus; ultimo appendice laterali, gemina, foliacea, pedunculo communi inſiſtente, utrinque inſtructo. *Corpus* in globum contractile. *Antennæ* ſetaceæ, multiarticulatæ, per paria baſi fere coalitæ; ſuperis pedunculo ampliſſimo.

Spec. 1. *Sphæroma cinerea. Sphérome cendré.*

S. Lævis; ſegmento ultimo rotundato, utrinque oblique truncato; appendicibus cum illius margine poſtico conniventibus, laminis æqualibus, ellipticis, acutis, margine ciliatis aut denticulatis.

*Sphérome cendré. Latr. Hiſt. nat. des Cruſt. et des Inſect.*, *tom.* 7, *pag.* 16.

*Sphérome cendré. Bosc. Hiſt. nat. des Cruſt.*, *tom.* 2, *pag.* 186.

*Oniſcus globator. Pall. Spic. zool.*, *faſc.* 9, *tab.* 4, *fig.* 18.

*Cymothoa ſerrata. Fab. Entom. ſyſtem.*, *tom.* 2, *pag.* 510.

Habitat in Oceano Europæ.

IV. Genus. *Cymothoa. Cymothoa.*

*Cymothoa*, *Fab.*, *Dald.* — *Oniſcus*, *Linn.*, *Pall.* — *Aſellus*, *Oliv.*, *Lamarck.*

*Cauda* ſegmentis plurimis (ultimo utrinque appendice laterali, gemina, foliacea, inſtructo). *Segmenta* pedigera pleraque marginibus lateralibus ſubauctis. *An-*

*tennæ* setaceæ, multiarticulatæ, inferne insertæ, per paria, unum super alterum, positæ. (*Pedes* valide unguiculati.)

SPEC. 1. *CYMOTHOA ASILUS. Cymothoa Asile.*

C. Capite postice trilobo; segmentis posticis, ultimo excepto, retrorsum arcuatis, sublunatis; isto semielliptico.

*Cymothoa Asilus. FAB. Suppl. entom. system.*, *pag.* 305.

*Cymothoa Asile LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 23, *pl.* 58, *fig.* 9, 10.

*Oniscus Asilus. LINN. System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1059. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 2052.

*Oniscus Asilus. PALL. Spicil. zool.*, *fasc.* 9, *tab.* 4, *fig.* 12.

*RONDEL. Hist. des Poiss.*, *l.* 18, *chap.* 26.

Habitat in Oceano Europæ.

SPEC. 2. *CYMOTHOA ŒSTRUM. Cymothoa Œstre.*

C. Ovato-oblonga, ultimo segmento transverso.

*Cymothoa Œstrum. FAB. Entom. system.*, *tom.* 2, *pag.* 505.

*Cymothoa Œstre. LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 24.

*Cymothoa ichtiole. Bosc. Hist. nat. des Crust.*, *tom.* 2, *pag.* 212.

*Oniscus Œstrum. LINN. System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1059. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 2053.

*Oniscus Œstrum. PALL. Spic. zool.*, *fasc.* 9, *tab.* 4, *fig.* 13.

*BRUNNICH. Entom.*, *fig.* 5.

Habitat in Oceano Europæ.

### *II. Antennæ obsoletæ, vel nullæ.*

V. GENUS. *BOPYRUS. Bopyre.*

*Monoculus, FABRICII.*

*Corpus* depressum, planum, subincurvo-ovatum, appendicibus utrinque quatuor, foliaceis, marginalibus,

inferis. *Pedes* minimi, spurii, marginales, arcuati. *Cauda* segmento ultimo parvo.

SPEC. 1. *BOPYRUS SQUILLARUM. Bopyre des Chevrettes.*

*Bopyre des Chevrettes.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 55, *pl.* 59, *fig.* 2 — 4.

*Bopyre des Crustacés.* BOSC. *Hist. nat. des Crust.*, *tom.* 2, *pag.* 216.

*Monoculus Crangorum.* FAB. *Suppl. entom. system.*, *pag.* 306.

FOUGEROUX DE BONDAROY. *Mém. de l'acad. des sciences*, 1772, *pag.* 29, *pl.* 1.

Habitat sub Palæmonis Squillæ Testæ lateribus anticis.

EXPLICATIO FIGURARUM.

*Tab.* II, *fig.* 4.

*Bopyrus Squillarum*, supinum, auctum, scala longitudinis naturalis adjecta.

## FAMILIA SECUNDA.

### ONISCIDES. *CLOPORTIDES.*

VI. GENUS. *LIGIA. Ligie.*

*Ligia*, FAB., LAM. — *Oniscus*, LINN., OLIV. — *Asellus*, OLIVIER.

*Antennæ* externæ articulo ultimo e pluribus aliis composito. (*Styli* bini caudales caule duplici, subconico, stipitis, articulive communis baseos, apici inserto.)

SPEC. 1. *LIGIA ITALICA. Ligie italique.*

L. Antennis corporis fere longitudine, articulo ultimo circiter e septemdecim aliis minimis confecto; stylis caudæ exsertis, æqualibus, pedunculis angustis, elongatis.

*Ligia italica.* FAB. *Suppl. entom. system.*, *pag.* 302

*Ligie italique.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 31.

Habitat in Italiæ aquis.

ANNOTATIO Conferenda cum *Onisco bicaudato* Scopoli, *Onisco setigero* Olivier.

SPEC. 2. *LIGIA OCEANICA. Ligie océanique.*

L. Antennis corpore dimidio brevioribus, articulo ultimo e tredecim aliis confecto; stylis caudæ exsertis, æqualibus, pedunculis brevibus, latis.

*Ligia oceanica.* FAB. *Suppl. entom. system.*, *pag.* 301.

*Ligie océanique.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 31, *pl.* 59, *fig.* 1.

*Oniscus oceanicus.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1061.

GRONOV. *Zooph.*, *n°.* 994, *tab.* 17, *fig.* 2.

*Cloporte océanique.* OLIV. *Encycl. méth. Hist. nat.*, *tom.* 6, *pag.* 25.

Habitat in Oceano Europæ.

SPEC. 3. *LIGIA HYPNORUM. Ligie des Hypnes.*

L. Antennis corpore dimidio brevioribus, articulo ultimo e decem circiter aliis confecto, seta terminali; stylis caudæ exsertis, pedunculi apice interno in dentem setigerum producto; corpore supra fusco cinereoque lutescenti variegato.

*Ligie des Mousses.* BOSC. *Hist. nat. des Crust.*, *tom.* 2, *pag.* 190.

*Ligie des Mousses.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 31.

*Oniscus Hypnorum.* CUV. *Journal d'Hist. nat.*, *tom.* 2, *pag.* 19, *pl.* 26, *fig.* 3, 4, 5.

*Oniscus Hypnorum.* FAB. *Suppl. entom. system.*, *pag.* 300.

*Oniscus agilis.* PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 9, *fig.* 24.

Habitat in littoribus Oceani Britannici, ab entomologo BRÉBISSON mihi transmissa.

Spec. 4. *Ligia oniscides. Ligie cloportide.*

L. Stylis caudæ haud exsertis, brevissimis; Laciniis apicalibus ovato-lanceolatis.

*Oniscus assimilis.* Linn. *System. nat., ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1061.

Bast. *Subs.*, *tom.* 2, *pag.* 144, *tab.* 13, *fig.* 3.

*Aselle globuleux.* Oliv. *Encycl. méthod. Hist. nat.*, *tom.* 4, *pag.* 256.

*Cymothoa assimilis.* Fab. *Entom. system.*, *tom.* 2, *pag.* 510.

Habitat in mari Mediterraneo.

## VII. Genus. *Philoscia. Philoscie.*

*Oniscus*, Linn., Fab., Oliv., Cuvier.

*Antennæ* externæ articulis octo, basi nudæ. *Caudæ* segmenta prima (octavum, nonum corporis) præcedentibus abrupte angustiora.

Observatio. Corporis segmentum ultimum, ut in familiæ generibus subsequentibus, stylis quatuor; lateralibus biarticulatis; in *Philosciis*, *Oniscis*, *Porcellionibus*, conicis, elongatis, ultra corpus productis; in *Armadillonibus* vero brevissimis, non prominulis, latis, articulo ultimo triangulari; stylis duobus mediis inferis, uniarticulatis.

Spec. 1. *Philoscia muscorum. Philoscie des Mousses.*

Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 7 *pag.* 43.

*Oniscus Muscorum.* Scop. *Entom. carn.*, *n°.* 1145.

*Cloporte des Mousses.* Oliv. *Encycl. méth. Hist. nat.*, *tom.* 6, *pag.* 24.

*Oniscus sylvestris.* Fab. *Entom. system.*, *tom.* 2, *pag.* 397.

*Oniscus Muscorum.* Cuv. *Journ. d'hist. nat.*, *tom.* 2, *pag.* 21, *pl.* 26, *fig.* 6, 7, 8.

Coqueb. *Illust. icon. insect.*, *dec.* 1, *tab.* 6, *fig.* 12.

Habitat sub Muscis, in Gallia, Germania.

## VIII. Genus. *Oniscus. Cloporte.*

*Oniscus*, Linn., Geoff., de Geer., Fab., Oliv., Cuv., Lamarck.

*Antennæ* externæ articulis octo, sub capitis margine antico prominuloque insertæ.

Spec. 1. *Oniscus asellus. Cloporte ordinaire.*

O. Supra obscure cinereus, scaber, maculis seriatis lateribusque flavescentibus.

*Cloporte ordinaire.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 42.

*Oniscus Asellus.* Linn. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1061. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 2058.

*Le cloporte ordinaire*, *var.* A. Geoff. *Hist. des Insect.*, *tom.* 2, *pag.* 670, *pl.* 22, *fig.* 1.

*Cloporte Aselle.* De Geer. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 547, *pl.* 35, *fig.* 3.

*Oniscus murarius.* Cuv. *Journ. d'hist. nat.*, *tom.* 2, *pag*, 22, *pl.* 26, *fig.* 11, 12, 13.

*Oniscus murarius.* Fab. *Suppl. entom. system.*, *pag.* 300.

Schæff. *Elem. Entom.*, *tab.* 911.

Habitat in Europæ muris, ligno putrido, sub lapidibus.

## IX. Genus. *Porcellio. Porcellion.*

*Oniscus*, Linn., Geoff., Fab., Oliv., Cuv., Lamarck.

*Antennæ* externæ articulis septem (sub capitis margine antico prominuloque insertæ). *Styli* caudæ laterales prominuli, conici.

Spec. 1. *Porcellio scaber. Porcellion rude.*

P. Corpore supra scabro, granulato.

*Porcellion rude.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 45.

*Le Cloporte ordinaire, var.* C. Geoff. *Hist. des Insect., tom.* 2, *pag.* 670.

*Oniscus Asellus.* Cuv. *Journ. d'hist. nat., tom.* 2, *pag.* 23, *pl.* 26, *fig.* 9.

*Oniscus Asellus.* Fab. *Suppl. entom. system., pag.* 300.

Panz. *Faun. Insect. Germ., fasc.* 9, *fig.* 21.

Habitat in Europæ ligno putrido, muris, sub lapidibus.

Spec. 2. *Porcellio lævis. Porcellion lisse.*

P. Corpore lævi.

*Porcellion lisse.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 7, *pag.* 670.

*Le Cloporte ordinaire, var.* B. Geoff. *Hist. des Insect., tom.* 2, *pag.* 46.

Habitat cum præcedente.

Annotatio. Congener videtur *Oniscus convexus* De Geer, *Mém. s. l. Insect., tom.* 7, *pl.* 35, *fig.* 11.

## X. Genus. *Armadillo. Armadille.*

*Antennæ* externæ articulis septem, in cavitate marginibus prominula insertæ. *Styli* caudæ laterales haud prominuli, articulo apicis triangulari, cum ultimi segmenti margine postico connivente. *Corpus* in globum contractile.

Spec. 1. *Armadillo vulgaris. Armadille commun.*

A. Griseo-plumbeus, segmentis margine postico albicantibus.

*Armadille commun.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 7, *pag.* 48.

*Oniscus Armadillo.* Linn. *System. nat., ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1062. — *Faun. Suec., ed.* 2, *n°.* 2059.

*Le Cloporte Armadille.* Geoff. *Hist. des Insect., tom.* 2, *pag.* 670.

*Cloporte Armadille.* Oliv. *Encycl. méth. Hist. nat., tom* 6, *pag.* 23.

*Oniscus Armadillo.* Cuv. *Journ. d'Hist. nat.*, *tom.* 2, *pag.* 23, *pl.* 26, *fig.* 14, 15.

Habitat sub lapidibus, in muris, locis umbrosis Europæ.

Annotatio. Observatio Linnæi de hujus insecti pedum numero ad *Glomeridem* nostrum *pustulatum* referenda. Synonymia falsa Scopoli (*Entom. carn.*, *n°.* 1144) deceptum *Linnæum* fuisse videtur.

*Oniscus cinereus* Panzer, *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 62, *fig.* 22, mera varietas.

Spec. 2. *Armadillo variegatus. Armadille mélangé.*

A. Segmentis nigris, albo marginatis, dorso variegato.

*Armadille mélangé.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 48.

*Oniscus variegatus.* Vill. *Entom.*, *tom* 4, *pag.* 188, *tab.* 11, *fig.* 16.

*Cloporte varié.* Oliv. *Encycl. méth. Hist. nat.*, *tom.* 6, *pag.* 24.

Observ. Huic affinis *Oniscus pulchellus* Panzer, *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 62, *fig.* 21.

*Oniscus marginatus* Villers, *Entom.*, *tom.* 4, *pag.* 187, *tab.* 11, *fig.* 15, idem videtur ac præcedentis *oniscus zonatus*, *ibid.* *fasc.* 9, *fig.* 23, et generi *Glomeridum* inscribendus.

LEGIO

## LEGIO SECUNDA.

### MYRIAPODA. *MILLE-PIEDS.*

| | | |
|---|---|---|
| Myriapoda. | Maxillæ nullæ aut cum labio coalitæ. Palpi nulli, vel tuberculiformes. Corporis segmenta integre Crustacea, pleraque tetrapoda. | ORDO PRIMUS. CHILOGNATHA. *Chilognathes.* |
| | Maxillæ duæ distinctæ, basi connatæ. Palpi duo maxillares, filiformes; labiales duo, ungula terminati. Corporis segmenta supra et infra coriacea, lateribus membranacea, pedum pari unico, in perpaucis duplici. | ORDO SECUNDUS. SYNGNATHA. *Syngnathes.* |

## ORDO PRIMUS.

### CHILOGNATHA. *CHILOGNATHES.*

XI. Genus. *Glomeris. Glomèris.*

*Julus*, Linn., Fab., Oliv., Lam. — *Oniscus*, Gronov., Fab. — *Armadillo*, Cuvier.

*Antennæ* capitis paginæ supernæ insertæ, articulis duobus baseos brevioribus, sexto majori, ultimum in-

cludente. *Corpus elongato-ovale, supra convexum, subtus fornicatum, in globum contractile; segmento primo e lamina parva, semicirculari; secundo aliis ampliore; ultimo fornicato, semicirculari.*

SPEC. 1. *GLOMERIS OVALIS. Gloméris ovale.*

G. Pedum viginti paribus, lutescens.

*Gloméris ovale.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 64, *pl.* 59, *fig.* 5, 6.

*Julus ovalis.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1064. — *Amœn. acad.*, *tom.* 4, *pag.* 253, *n°.* 36, *tab.* 3, *fig.* 4.

GRONOV. *Zooph.*, *n°.* 995, *tab.* 17, *fig.* 4, 5,

PISON. *Hist. nat.*, *lib.* 2, *pag.* 51.

Habitat in Oceano.

SPEC. 2. *GLOMERIS LIMBATA. Gloméris bordé.*

G. Pedum sexdecim paribus, nigra, segmentis margine lutescentibus.

*Gloméris bordé.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 66.

*Oniscus marginatus.* VILL. *Entom.*, *tom.* 4, *pag.* 187, *tab.* 11, *fig.* 15.

*Cloporte bordé.* OLIV. *Encycl. méth. Hist. nat.*, *tom.* 6, *pa* 24.

*Iule bordé.* Ibid., *tom.* 7, *pag.* 414.

*Oniscus zonatus.* PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 9, *fig.* 23.

Habitat in Gallia, sub lapidibus.

OBSERVATIO. *Julus marginatus* Olivier differt fasciis rubris, latioribus; an varietas?

SPEC. 3. *GLOMERIS PUSTULATA. Gloméris pustulé.*

G. Pedum sexdecim paribus, atra, rubro punctata.

*Gloméris pustulé.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 65.

*Oniscus Armadillo.* SCOP. *Entom. carn.*, *n°.* 1144.

*Oniscus pustulatus.* FAB. *Entom. system.*, *tom.* 2, *pag.* 396.

*Iule pustulé.* OLIV. *Encycl. méth. Hist. nat.*, *tom.* 6, *pag.* 414.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 9, *fig.* 22.

Habitat in Galliæ et Germaniæ locis australibus.

XII. GENUS. *JULUS. Iule.*

*Julus*, LINN., GEOFF., FAB., OLIV., LAMARCK.

*Antennæ* capitis paginæ supernæ insertæ, articulo secundo longiori, penultimo (sexto) terminalem includente, præcedente breviore. *Corpus cylindricum, elongatum, serpentiforme, segmentis immarginatis. Oculi distincti, granulati.*

SPEC. 1. *JULUS TERRESTRIS. Iule terrestre.*

J. Pedum 64 — 74 paribus, cinereus, annulis dilute brunneis; segmento ultimo mucronato.

*Julus terrestris.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1065. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°* 2066.

*L'Iule à deux cents pattes.* GEOFF. *Hist. des Insect.*, *tom.* 2, *pag.* 679.

*Julus terrestris.* FAB. *Entom. system.*, *tom* 2, *pag.* 394.

*Iule terrestre.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 73.

FRISCH. *Insect.*, *tom.* 11, *tab.* 8, *fig.* 3?

RŒM. *Gener. Insect.*, *tab.* 30, *fig.* 15.

Habitat in Europæ locis sabulosis.

OBSERVATIO. In individuis segmenta tria antica, pedum pari unico, triginta novem aut quadraginta, pari gemino.

SPEC. 2. *JULUS SABULOSUS. Iule des sables.*

J. Pedum circiter 95 paribus; obscure cinereus, lineis duabus dorsalibus longitudinalibus, rufescentibus; ultimo segmento mucronato.

*Julus sabulosus.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1065. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 2067.

*L'Iule à deux cent quarante pattes.* GEOFF. *Hist. des Insect.*, *tom.* 2, *pag.* 679, *pl.* 22, *fig.* 5.

*Iule à bandes.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 578, *pl.* 36, *fig.* 9, 10.

*Julus sabulosus.* FAB. *Entom. system.*, *tom.* 2, *pag.* 395.

*Iule des sables.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 74.

SCHÆFF. *Elem. Entom.*, *tab.* 73.

Habitat in Europæ locis sabulosis.

XIII. GENUS. *POLYDESMUS. Polydême.*

*Julus*, LINN., FAB., OLIV., LAM. — *Scolopendra*, GEOFF., SCOPOLI.

*Antennæ* capitis paginæ supernæ insertæ, septimo articulo (ultimo) exserto; præcedente quinti ad minus longitudine. *Corpus lineare, segmentis lateraliter compressis, marginatis. Oculi obsoleti.*

SPEC. 1. *POLYDESMUS COMPLANATUS. Polydême aplati.*

P. Pedum 60—61 paribus; segmento ultimo mucronato.

*Polydême aplati.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 79, *pl.* 59, *fig.* 7, 8, 9.

*Julus complanatus.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1065. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *pag.* 2068.

*Scolopendre à soixante pattes.* GEOFF. *Hist. des Insect.*, *tom.* 2, *pag.* 675.

*Iule aplati.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 586, *pl*, 36, *fig.* 23.

*Julus complanatus.* FAB. *Entom. system.*, *tom*, 2, *pag.* 393.

Habitat in Europa, sub lapidibus.

XIV. GENUS. *POLLYXENUS. Pollyxène.*

*Scolopendra*, LINN., GEOFF., FAB. — *Julus*, DE GEER., OLIVIER.

*Antennæ* sub capitis margine antico insertæ, brevis-

simæ, cylindricæ. *Corpus elongatum, depressum, segmento postico penicillato.*

Spec. 1. *Pollyxenus lagurus. Pollyxène à pinceau.*

*Pollyxène à pinceau.* Latr. *Hist nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 82, *pl.* 59, *fig.* 10, 12.

*Scolopendra Lagura.* Linn. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1062.—*Faun. Suec.*, *ed*: 2, *n°.* 2063.

*La Scolopendre à pinceau.* Geoff. *Hist. des Insect.*, *tom.* 2, *pag.* 677, *pl.* 22, *fig.* 4.

*Iule à queue en pinceau.* De Geer. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 572, *pl.* 36, *fig.* 1, 2, 3.

*Scolopendra Lagura.* Fab. *Entom. system.*, *tom.* 2, *pag.* 389.

Habitat in Europæ arboribus, muris.

## ORDO SECUNDUS.

### SYNGNATHA. *SYNGNATHES.*

XV. Genus. *Scutigera. Scutigère.*

*Scutigera*, Lam. — *Scolopendra*, Linn., Geoff., Fab. — *Julus*, Pallas.

*Corporis* segmenta tetrapoda.

Spec. 1. *Scutigera araneoides. Scutigère aranéoïde.*

S. Pedibus triginta; corpore rufo-flavescente, lineis longitudinalibus pedumque fasciis cœruleo-nigris.

*Scutigère aranéoïde.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 88.

*Scolopendra coleoptrata.* Linn. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1062.

*La Scolopendre à vingt-huit pattes.* Geoff. *Hist. des Insect.*, *tom.* 2, *pag.* 675.

*Julus araneoïdes.* Pall. *Spic. zool.*, *fasc.* 9, *tab.* 4, *fig.* 16.

*Scolopendra coleoptrata.* Fab. *Entom. system.*, *tom.* 2, *pag.* 389.

*Panz. Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 51, *fig.* 12.

Habitat in Europæ Australis domibus.

## XVI. Genus. *Scolopendra. Scolopendre.*

*Scolopendra*, *Linn.*, *Geoff.*, *Fab.*, *Oliv.*, *Lamarck.*

*Corporis* segmenta pedum pare unico.

Spec. 1. *Scolopendra forficata. Scolopendre fourchue.*

S. Antennis setaceis; pedibus triginta.

*Scolopendra forficata. Linn. System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1062. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 2064.

*La Scolopendre à trente pattes. Geoff. Hist. des Insect*, *tom.* 2, *pag.* 674, *pl.* 22, *fig.* 3.

*Scolopendre fourchue. De Geer. Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 557, *pl.* 35, *fig.* 12.

*Scolopendra forficata. Fab. Entom. system.*, *tom.* 2, *pag.* 590.

*Scolopendre fourchue. Latr. Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 93.

*Panz. Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 50, *fig.* 13.

Habitat in Europa, sub lapidibus.

Spec. 2. *Scolopendra morsitans. Scolopendre mordante.*

S. Antennis setaceis; pedibus quadraginta duobus, posticis spinosis.

*Scolopendra morsitans. Linn. System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1063. — *Amœn. acad.*, *tom.* 1, *pag.* 325, 506.

*Scolopendre mordante. De Geer. Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 563, *pl.* 43., *fig.* 1.

*Scolopendra morsitans. Fab. Entom. system.*, *tom.* 2, *p.* 590.

*Scolopendra morsitans. Vill. Entom.*, *tom.* 4, *pag.* 191, *tab.* 11, *fig.* 17, 18.

*Scolopendre mordante. Latr. Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 93.

*Rœm. Gener. Insect., tab.* 30, *fig.* 14.

Habitat in Gallia Australi, Indiis.

Spec. 3. Scolopendra electrica. *Scolopendre électrique.*

S. Antennis subfiliformibus; corpore lineari, flavescente; pedibus circiter centum quadraginta quatuor.

*Scolopendra electrica.* Linn. *System. nat., ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1063. — *Faun. Suec., ed.* 2, *n°.* 2065.

*Scolopendre à cent quarante pattes.* Geoff. *Hist. des Insect., tom.* 2, *pag.* 676.

*Scolopendra electrica.* Fab. *Entom. system., tom.* 2, *pag.* 391.

*Scolopendre électrique.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 7, *pag.* 94.

Habitat in Europa, sub lapidibus.

Observatio. *Scolopendra flava* De Geer, *Mém. s. l. Insect., tom.* 7, *pag.* 561, *pl.* 35, *fig* 17; Frisch, *Insect., tom.* 11, *tab.* 8, *fig.* 1, 2, species omnino a præcedente distincta: antennæ articulis magis elongatis, inferis subcylindricis, non conico-rotundatis; corpus angustius; in illa enim longitudine segmenti singuli latitudinis tertiam, in ista vero quintam aut sextam partem adæquante; *Scolop. flavæ* pedes utrinque quinquaginta quatuor, in *Scolop. electrica* septuaginta duo.

## LEGIO TERTIA.

### ACERA. *ACÈRES.*

I. Corpus annulatum saltemve segmentis duobus discretis. ( *vel compositum , non rostriforme , aut simplex et tubum productum.* Pedes *coxis , femoribus , tibiis ta sisque forma distinctis. )*

Abdomen latitudinis portiuncula thoraci affixum, *subpediculatum.* ( *Corpus duobus segmentis præcipuis , intervallo distinctis.* )

- Palpi figura solita ; mandibulæ ungula unica ; pedes forma assimiles. — FAMILIA I ARANEIDES *Aranéides.*
- Palpi brachia æmulantes , ungulis duabus ; pedes duo antici , antenniformes , tenuissimi , tarsis longissimis , multiarticulatis , exunguibus. — FAMILIA I PEDIPALP *Pédipalpes*

Abdomen latitudine tota thoraci affixum , *sessile.* ( *Corpus e serie segmentorum efformatum , intervallo nullo.* )

- Os haud tubulosum; abdomen distinctum.
  - Palpi brachia æmulantes, manu didactyla, pollice mobili ; mandibulæ articulo unico. — FAMILIA I SCORPIONIDI *Scorpionide*
  - Palpi filiformes, apice ungue instructi ; mandibulæ biarticulatæ. — FAMILIA I PHALANGIT *Phalangier*
- Os tubulosum ( tubo simplici ) ; abdomen indistinctum , corpore plerumque lineari , segmentis sub æqualibus , omnibus fere pedigeris. — FAMILIA PYCNOGONII *Pycnogonia*

  Observatio. Oculi 4 tuberculo, impositi. Familia ista, cum sequentibus, *Aptera Holetra* Hermanni efformat.

LE

## LEGIO TERTIA.

II. Corpus annulis segmentisque discretis nullis. (Os *compositum, plerumque rostriforme.* Pedes *coxis, femoribus, tibiis tarsisque forma speciali haud distinctis.*)

| | | |
|---|---|---|
| Pedes octo. | Pedes gressorii tantum; mandibulæ. | FAMILIA VI^a^. ACARIDIÆ. *Acaridies.* |
| | Pedes gressorii tantum; mandibulæ nullæ; haustellum rostriforme. | FAMILIA VII^a^. RICINIÆ. *Tiques.* |
| | Pedes gressorii natatoriique simul. | FAMILIA VIII^a^. HYDRACHNELLÆ. *Hydrachnelles.* |
| Pedes sex. | | FAMILIA IX^a^. MICROPHTHIRA. *Microphthires.* |

ANNOTATIO. Insecta *Acera* (*Nouv. dict. d'Hist. nat.*, *tom.* 24.) ita ordinavi :

| | | | |
|---|---|---|---|
| ORDO I. CHELODONTA. *Chelodontes.* Os non tubulosum; mandibulæ. | Corpus annulatum, vel articulatum. | Palpi brachia æmulantes, manu chelave terminali. | FAMILIA I^a^. SCORPIONIDES. *Scorpionides.* |
| | | Palpi figura solita, subfiliformes; mandibulæ ungula unica. | FAMILIA II^a^. ARACHNIDES. *Arachnides.* |
| | | Palpi figura solita, subfiliformes; mandibulæ ungulis duabus. | FAMILIA III^a^. PHALANGITA. *Phalangiens.* |
| | Corpus annulis segmentisve nullis. | | FAMILIA IV^a^. ACARIDIÆ. *Acaridies.* |
| ORDO II. SOLENOSTOMA. *Solenostomes.* Os non tubulosum; mandibulæ nullæ. | Pedes natatorii. | | FAMILIA I^a^. HYDRACHNELLÆ. *Hydrachnelles.* |
| | Pedes gressorii tantum. | | FAMILIA II^a^. RICINIÆ. *Tiques.* |
| ORDO III. PYCNOGONIDES. *Pycnogonides.* | Os tubulosum. | | |

## FAMILIA PRIMA.

### ARANEIDES (1). *ARANÉIDES.*

*I. Mandibulæ horizontales ( dorso arcuato ), ungulis, subtus antice, non interne, inflectendis ; labium minimum, sub maxillarum basi insertum, aut inter illas prodiens et lineare. Oculi ( octo in omnibus sæpeque prominentiæ impositi, ) simul sumpti crucem decussatam litteramve X delineantes.*

( *Tribus I. Theraphosa. Théraphose. Walck.* )

XVII. Genus. *Mygale. Mygale.*

*Mygale, Walck, Latr. — Aranea, Linn., de Geer, Fab., Oliv., Lamarck.*

*Oculi* geminati utrinque duo, superi. ( *Tab. 3, fig.* 1, 2. ) *Labium* sub maxillarum basi insertum, minimum, quadratum. *Palpi* e maxillarum apice prodeuntes.

*I. Tarsorum ungues subtus dentibus nullis, aut paucis vixque conspicuis.*

1. *Mandibulæ rastello apicali superoque nullo; palporum tarsorumque articulus ultimus subtus scopula tomentosa instructus.*

Spec. 1. *Mygale avicularia. Mygale aviculaire.*

M. Nigricans, hirsutissima, pilis elongatis ; palpis pedibusque

---

(1) Familiæ denominatio a Walckenaer imposita *Arachnidum* denominationi anteponenda, ut familia ista cum *Arachnidum* classe professoris Lamarck non confundatur : monographiæ *Araneidum* prodromum exquisitissimæ, laboribus summis et absolutis firmatæ, in lucem mox edebat amicus noster Walckenaer. Horum insectorum divisiones nostras vide in operibus quibus tituli : *Histoire nat. des Fourmis, et Recueil de Mémoires. Paris*, 1802 ; *nouveau Dictionnaire d'Histoire naturelle.*

apice ferrugineis; tarsis latis; unguibus haud exsertis. (Marium genitalibus globosis, in uncum longissimum, tenuissimum, productis; oculis, *tab.* 3, *fig.* 1.)

*Mygale aviculaire.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 152, *pl.* 62, *fig.* 1.

WALCK. *Tabl. des Aran.*, *pag.* 4.

*Aranea avicularia.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1034. — *Amœnit. acad.*, *tom.* 1; *Mus. Princ.*, *n°.* 60. — *Mus. Ludov. Ulr.*, *pag.* 428.

*Araignée des Oiseaux.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 313, *pl.* 38, *fig.* 8.

*Aranea avicularia.* FAB. *Entom. system.*, *tom.* 2, *pag.* 424. — *Aranea hirtipes. Ibid.*, *pag.* 428.

KLEEM. *Insect.*, *tom.* 1, *tab.* 11, *mas.*

In America Australi.

SPEC. 2. *MYGALE CANCERIDES. Mygale Crabe.*

M. Fusca, hirta, pectore abdomineque infra nigricantibus. (Marium genitalibus in unguem corneum, arcuatum, apice compressum, stipite paulo longiorem, productis.)

Habitat in insula *St.-Domingo*, ubi *Araignée Crabe* vocatur.

SPEC. 3. *MYGALE BLONDII. Mygale de Le Blond.*

M. Hirsuto-ferruginea; tarsorum articulo primo, posticorum præsertim, spinis nigris obviis. (Marium genitalibus crassis, subconicis, apice efformato in auriscalpium lateraliter excavatum.)

*Tab.* 5, *fig.* 1, *magnitudo ad dimidium reducta.*

*Mygale de Le Blond.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 159.

*Mygale blondienne.* WALCK. *Tabl. des Aran.*, *pag.* 4.

Habitat Cajennæ, ab indefesso Americæ Australis peregrinatore Historiæque naturalis studioso cultore *Le Blond*, mihi communicata. — Pisonis forte *Nhamdiu* 1; affinis etiam *Araneæ spinimobili* Linnæi.

SPEC. 4. *MYGALE FASCIATA. Mygale fasciée.*

M. Abdomine fascia lata, grisea, longitudinali, marginibus sinuata.

*Mygale fasciée.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 160.

*Mygale fasciée.* WALCK. *Tabl. des Aran.*, *pag.* 3.

SEBA. *Mus.*, *tom.* 1, *tab.* 69, *fig.* 1.

Habitat in insula *Ceylan.* SEBA.

2. *Mandibulæ ad apicem superum rastello instructæ; palpi tarsique scopula nulla.* ( Araignées mineuses. OLIV. )

SPEC. 5. MYGALE CÆMENTARIA. *Mygale maçonne.*

M. Ferrugineo-brunnea; mandibulis nigricantibus; thoracis carina ambituque dilutioribus; rastello singulo dentibus quinque elongatis, æqualibus. ( Oculi, *tab.* 3, *fig.* 2. )

*Mygale maçonne.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 164, *pl.* 63, *fig.* 1 — 6.

*Mygale maçonne.* WALCK. *Tab. des Aran.*, *pag.* 5.

*Araignée maçonne.* SAUVAGES.

*Araignées mineuses.* OLIV. *Encycl. méth. Hist. nat.*, *tom.* 4, *pag.* 228.

DORTHES. *Transact. of the Linnean society*, *vol.* 2, *pl.* 17, *fig.* 6.

*Araignée maçonne.* LATR. *Mém. de la soc. d'Hist. nat. de Paris*, *an.* 7, *pag.* 121, *pl.* 6, *fig.* 1.

Habitat in Gallia Australiori, in agro Monspessulano præsertim.

SPEC. 6. MYGALE SAUVAGESII. *Mygale de Sauvages.*

M. Obscure-brunnea; rostello singulo dentibus quatuor brevibus, inæqualibus.

*Mygale de Sauvages.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 165, *pl.* 63, *fig.* 7 — 10.

*Mygale pionnière.* WALCK. *Tabl. des Aran.*, *pag.* 5.

*Aranea Sauvagesii.* ROSS. *Faun. Etrusc.*, *tom.* 2, *pag.* 138, *tab.* 9, *fig.* 11. — *Act. societ. ital.*, *tom.* 4, *pag.* 122, 134, *fig.* 7, 10.

*Araignée de Sauvages.* LATR. *Mém. de la soc. d'Hist. nat. de Paris*, *an* 7, *pag.* 123, *pl.* 6, *fig.* 2.

Habitat in Corsica, Italia.

*II. Tarsorum ungues subtus dentato-pectinati.*

SPEC. 7. *MYGALE CALPEIANA. Mygale calpeiène.*

*Mygale calpeiène. WALCK. Tabl. des Aran., pag.* 5.

Calpe detecta ab Historiæ naturalis cultore peritissimo, dom. Durand, horti botanici Monspessulani curæ præposito.

ANNOTATIO. Ejusdem divisionis *Mygale notasiana* Walckenaer, e Notasia ab arduis peregrinatoribus Péron, le Sueur, allata.

## XVIII. GENUS. *ATYPUS. Atype.*

*Oletera, WALCK. — Aranea, LATR., RŒMER.*

*Oculi* geminati utrinque duo, superi. *Tab.* 3, *fig.* 3. *Labium* sub maxillarum basi insertum, minimum, quadratum. *Palpi* maxillarum dilatationis externæ basi inserti.

SPEC. 1. *ATYPUS SULZERI. Atype de Sulzer.*

A. Niger, nitidus; mandibulis validissimis; thorace subquadrato, postice plano, antice abrupte elevato; oculis duobus medii prominentiæ impositis; abdominis dorso coriaceo, nitidiore; articulorum pedum juncturis albis.

*Tab.* 5, *fig.* 2.

*Atype. LATR. Nouv. Diction. d'Hist. nat., tom.* 24, *tabl., pag.* 133. — *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 7, *pag.* 168.

*Oletère difforme. WALCK. Tabl. des Aran., pag.* 7.

*SULZ. Abg. Gesch. der Insect., tab.* 30, *fig.* 2.

*RŒM. Gen. Insect., tab.* 30, *fig.* 2.

Habitat in Gallia; loco *Montmorenci*, in vicinis Lutetiæ semel lecta; Burdigalæ etiam ab amico Dargelas observata.

## XIX. GENUS. *ERIODON. Eriodon.*

*Missulena, WALCKENAER.*

*Labium* lineare inter maxillas exsertum. ( *Palpi* inserti ut in præcedenti genere. )

SPEC. 1. *ERIODON OCCATORIUS. Eriodon herseur.*

*Eriodon.* LATR. *Nouv. Dict. d'Hist. nat.*, *tom.* 24, *tab.* 1, *pag.* 153.

*Missulène herseuse.* WALCK. *Tabl. des Aran.*, *pag.* 8.

Habitat in Notasia. DD. PERON, LE SUEUR.

OBSERVATIO. Oculi ( *tab.* 1, *fig.* 4 ) quam in præcedentibus, spatiis longe majoribus distantes, litteram H quodam modo efformantes ; quatuor, in linea transversa, antrorsum subarcuata, duobus mediis subgeminatis ; quatuor alii thoracis lateribus longitudinaliter dispositi, duo utrinque, lineæ transversæ apici hoc supero, illo infero. Pedes quantum hanc Araneidem dessicatam contractamque examini subjicere licuit, ordine sequenti ita decrescunt : par ultimum majus, tertium deinde, primum postea, secundum minus ; in generibus vero anterioribus series ista : quartum majus, prius deinde, tum secundum, ultimo tertium.

*II. Mandibulæ proclives aut verticales, ungulis interne lateraliter inflectendis ; labium in omnibus inter maxillas exsertum, nec lineare.*

( *Tribus II. ARANEA.* (1) *Araignée*, *WALCK.* )

XX. GENUS. *DRASSUS. Drasse.*

*Drassus*, *WALCK.* — *Aranea*, *LINN.* — *Gnaphosa*, *LATREILLE.*

*Oculi* ( *tab.* 3, *fig.* 10, 11 ) octo, secundum lineas duas, transversas, approximatas, dispositi ; linea supera *in illis* lateraliter versus postica incurva, *in his* inferæ sub parallela, ista medio interrupto, oculis duobus utrinque

---

(1) Genus primordiale, *Aranea*, vocis istius designatione, deletur ; cum scinditur genus, retinetur tamen typi denominatio ; Walckenaer exinde nomenclaturam *Araneidum* ex hac parte invite non servavi, a placitis magistrorum nostrorum ut pote recedentem.

approximatis. *Palpi* sub margine laterali et externo maxillarum, medium versus inserti. *Maxillæ* longitudinales, arcuatæ, a basi ad medium sensim latiore interne subconcavæ, antice planiusculæ, medioque impressæ, apicibus supra labium incurvis, oblique intus truncatis. *Labium* elongatum, ovale-quadratum, aut subovatum basique transverse truncata, maxillis inclusum. ( *Pedes* quarti, primi deinde, secundi postea, longiores. )

*I. Labium subovatum ; maxillæ latere externo valde arcuato ; oculorum series supera lateribus subrecurva, inferna sensu contrario arcuata.* ( *Tab.* 3, *fig.* 10. )

Spec. 1. *Drassus melanogaster. Drasse mélanogastre.*

D. Mandibulis nigricantibus ; thorace pedibusque obscure brunneis, femoribus dilutioribus, rufescente-brunneis ; abdomine murino-nigro, sericeo.

*Drasse lucifuge. Tabl. des Aran.*, *pag.* 45. — *Araignée lucifuge. Walck. Faun. Par.*, *tom.* 2, *pag.* 221.

*Gnaphose. Latr. Nouv. Dict. d'Hist. nat.*, *tabl.*, *tom.* 24, *pag.* 134. — *Araignée mélanogastre. Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 222. — *Araignée lucifuge. Ibid.*, *pag.* 225. *Schæff. Icon. Insect.*, *tab.* 101, *fig.* 7.

Habitat Parisiis, in Gallia Australi, sub lapidibus.

*II. Labium ovale-quadratum ; oculorum series supera inferæ subparallela, eodem sensu ( retrorsum ) arcuata.* ( *Tab.* 3, *fig.* 11. )

Spec. 2. *Drassus fuscus. Drasse noirâtre.*

D. Obscure castaneo-fuscus, sericeus, abdomine nigro-murino. Magnitudo et habitatio præcedentis.

Spec. 3. *Drassus ater. Drasse très-noir.*

D. Totus ater.

Parvus; Parisiis frequens, sub lapidibus; ovorum folliculus, orbiculatus, depressus; post exclusionem saltem rubescit, bivalvis videtur; valvæ, tympanis similes, lapidibus diutine adhærent.

Spec. 4. *Drassus relucens. Drasse reluisant.*

D. Rufus, purpureo-sericeus, nitidissimus; abdomine nigro, lineis duabus transversis flavo-aureis.

*Drasse brillant. Walck. Tab. des Aran., pag.* 46. — *Araignée brillante. Faun. Par., tom.* 2, *pag.* 222.

*Aranea relucens. Latr. Hist. nat. des Fourm., Mém. sur les Araig., pag.* 343. — *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 7, *pag.* 225.

Habitat Parisiis, frequentius in Gallia Australiori.

XXI. Genus. *Segestria. Segestrie.*

*Segestria, Latr., Walck.* — *Aranéa, Linn., de Geer, Fab., Oliv., Rossi.*

*Oculi* sex (*tab.* 3, *fig.* 6) lineam transversam, apicibus recurvam delineantes. (duo medii transverse; duo ad utrumque latus longitudinaliter, positi.) *Maxillæ* rectæ, longitudinales, basi incrassatæ, externe dilatatæ, subcuneiformes, medio longitudinaliter convexæ. *Labium* elongato-quadratum, latitudine longius, medio longitudinaliter convexum, subcarinatum. (*Pedes* primi paris, secundi deinde et postea quarti, longiores, tertii breviores.)

Spec. 1. *Segestria cellaria. Segestrie des caves.*

S. Fusco-nigra, obscure cinereo-sericea, mandibulis viridibus, pectore pedumque origine brunneis.

*Segestrie Latr. Nouv. Dict. d'Hist. nat., tom.* 24, *tabl., pag.* 134. — *Araignée des caves. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 7, *pag.* 217.

*Segestria perfida. Walck. Tabl. des Aran., pag.* 48. — *Araignée perfide. Faun. Par., tom.* 2, *pag.* 223.

*Aranea*

*Aranea florentina.* Ross. *Faun. Etrusc.*, *tom.* 2, *pag.* 133, *tab.* 9, *fig.* 3.

*Araignée des caves?* Homb. *Mém. de l'Acad. des Scienc. de Paris, ann.* 1707.

Habitat ædificiorum vetustorum lapidum commissuras, in tubo sericeo, fauce exteriori filisque radiatim dispositis glutinata, pedibus quatuor antice porrectis, latitans. Maris genitalia fere ut in *Mygale avicularia*, Physicorum *Lachrymæ batavicæ* forma. Haud rara Parisiis, Burdigalæ.

Spec. 2. *Segestria senoculata. Segestrie senoculée.*

S. Thorace nigricanti-brunneo; abdomine oblongo, griseo, fascia longitudinali, e maculis nigricantibus; pedibus dilute brunneis, fasciis obscuris.

*Segestrie senoculée.* Walck. *Tabl. des Aran.*, *pag.* 48. — *Araignée senoculée. Faun. Par.*, *tom.* 2, *pag.* 223.

*Aranea senoculata.* Linn. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1034. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 2016.

*Araignée à six yeux.* De Geer. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 258, *pl.* 15, *fig.* 5.

*Aranea senoculata.* Fab. *Entom. system.*, *tom.* 2, *pag.* 426.

*Araignée senoculée.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 216.

List. *De Aran.*, *pag.* 74, *titul.* 24, *fig.* 24.

Mores et habitatio præcedentis.

## XXII. Genus. *Dysdera. Dysdère.*

*Dysdera*, Latr., Walckenaer.

*Oculi* (*tab.* 3, *fig.* 5) sex congesti, ferrum equinum apertura antica (aut figuram subovalem, transversam, lateris antici medio aperto) simul sumpti, delineantes; oculi duo antici majores. *Maxillæ* rectæ, longitudinales, basi incrassatæ, externe dilatatæ ad insertionem palporum, ad apicem interne oblique truncatæ, indeque externe acute terminatæ. *Palpi* articulo baseos bre-

vissimo, subobsoleto. *Labium* elongato-quadratum, versus apicem sensim paululum angustius. (*Pedes* paris antici, quarti deinde, secundi postea longiores, tertii breviores; scopula parva sub tarsorum unguibus.)

Spec. 1. *Dysdera erythrina. Dysdère érythrine.*

D. Mandibulis thoraceque sanguineo-rubris, pedibus dilutioribus; abdomine mollissimo, griseo-flavescente, sericeo.

*Tab.* 5, *fig.* 3.

*Dysdère. Latr. Nouv. Dict. d'Hist. nat., Tabl.*, *pag.* 134. — *Araignée érythrine. Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 215.

*Dysdère érythrine. Walck. Tabl. des Aran.*, *pag.* 47. — *Araignée érythrine. Faun. Paris.*, *tom.* 2, *pag.* 224.

*Mouff. Theat. Insect.*, *lib.* 2, *pag.* 234, *fig.* 5, 6.

Habitat Parisiis et in Gallia Australi, sub lapidibus.

Observatio. *Aranea Hombergii* Scopoli, *entom. carn.*, *n°.* 1119, mera varietas. Huic multum affinis *Aranea rufipes* Fabricii, *entom. system.*, *tom.* 2, *pag.* 426, ut ejus descriptione patet: « media. Caput et thorax obscure ferruginea, immaculata, oculis sex approximatis. Abdomen ovatum, cinereum, immaculatum. Pedes læte rufi. — Habitat in Marocco. » Vide etiam *Araneam punctoriam* Villers, *Entom. Linn.*, *tom.* 4, *pag.* 128, *tab.* 2, *fig.* 9. In *Dysderis, Segestriis*, mandibulæ porrectæ, labiumque apice subemarginatum.

XXIII. Genus. *Clubiona. Clubione.*

*Clubiona, Latr.*, *Walck.* — *Aranea*, *Linn.*, de *Geer.*

*Oculi* (*tab.* 3, *fig.* 7, 8, 9) octo, secundum duas lineas transversas, approximatas, dispositi; linea postica latiore, retrorsum subarcuata, infera recta; oculis quatuor medii quadrangulum efformantibus; duobus utrinque, oblique positis, quorum superis magis externis. *Maxillæ* rectæ, longitudinales, basi paulo externe dilatatæ, apice

rotundatæ interneque oblique truncatæ. *Labium* elongato-subquadratum, sensim versus apicem paululum angustius. (*Pedes* primi, quarti deinde, aut vicissim, secundi postea, longiores; istis, raro, magnitudine secundariis.)

*I. Utriusque lateris oculi duo extimi nec subgeminati, nec prominentiæ distinctæ inserti. (Maxillæ in omnibus basi incrassatæ; pedes quarti, raro primi, longiores.)*

1. *Oculi duo medii superi inferis duobus mediis inter se haud magis distantes. Tab. 3, fig. 8.*

SPEC. 1. *CLUBIONA LAPIDICOLA. Clubione lapidicole.*

C. Thorace mandibulisque pallide rufescentibus; pedibus dilutioribus; abdomine cinerascente.

*Clubione lapidicole.* WALCK. *Tabl. des Aran., pag.* 44. — *Araignée lapidicole. Faun. Par., tom. 2, pag. 222.*

*Aranea lapidaria.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom. 3, pag. 53. — Ibid. tom. 7, pag. 221, 225.*

Habitat Parisiis, sub lapidibus, illisque cum filis annectit nidum nucis avellanæ magnitudine, subglobosum; centrum illius occupant ova pallido-lutescentia, in sphærulam agglomerata, pellicula sericea communi, tenuissima, alba, involuta; superponuntur terræ et arenæ grana, quæ omnia involucro generali externo, sericeo, candido retinentur.

*Maris* mandibulæ porrectæ, thoracis longitudinis dimidio paulo longiores; *feminæ* vero subverticales: characteres e partium illarum directione ad familiarum distinctionem non valent.

2. *Oculi duo medii superi inferis duobus mediis inter se remotiores. Tab. 3, fig. 9.*

SPEC. 2. *CLUBIONA HOLOSERICEA. Clubione soyeuse.*

C. Mandibulis nigricantibus; thorace pallide virescenti-livido;

abdomine rubro-nigricante, vellere murino; pedibus thorace dilutioribus, quartis longioribus.

*Clubione.* LATR. *Nouv. Dict. d'Hist. nat., tom.* 24, *tabl., pag.* 134. — *Araignée soyeuse. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 7, *pag.* 218.

*Clubione soyeuse.* WALCK. *Tabl. des Aran., pag.* 42. — *Araignée soyeuse. Faun. Par., tom.* 2, *pag.* 219.

*Aranea holosericea.* LINN. *System. nat., ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1034. — *Faun. Suec., ed.* 2, *n°.* 2015.

*Araignée satinée.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect., tom.* 7, *pag.* 266, *pl.* 15, *fig.* 13.

LIST. *Aran., pag.* 71, *tit.* 25, *fig.* 23.

CLERCK. *Aran. Suec., pag.* 81, *pl.* 2, *tab.* 7.

Habitat in Europa, sub cortice arborum.

ANNOTATIO. Pedes quatuor antici longitudine æquales aut vix diversi.

OBSERVATIO. Oculorum positione hic referenda *Clubiona accentuata* Walckenaer; pedes primi, quarti deinde, longiores.

*II. Utriusque lateris oculi duo extimi subgeminati, prominentiæ exiguæ inserti. Tab.* 3, *fig.* 7. (*Maxillæ in omnibus basi non incrassatæ; pedes primi, quarti postea longiores.*)

ANNOTATIO. Oculi duo medii superi inferis duobus mediis inter se paulo remotiores.

1. *Maxillæ basi subincrassatæ, ante medium transverse impressæ.*

SPEC. 3. *CLUBIONA NUTRIX. Clubione nourrice.*

C. Ungulis nigris; thorace mandibulisque dilute rufescentibus; pedibus dilutioribus; abdomine flavo-viridi, fascia longitudinali obscuriore.

*Clubione nourrice.* WALCK. *Tabl. des Aran., pag.* 43. — *Araignée nourrice. Faun. Paris., tom.* 2, *pag.* 220.

*Araignée nourrice.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 7, *pag.* 221.

Habitat Parisiis; frequens loco gallice dicto *Sèvres*, sub finem æstatis, inter folia *Eryngii campestris* nidificans; mas mandibulis validioribus.

2. *Maxillæ basi non incrassatæ, facie antica æquali, in medio haud transverse impressa.*

SPEC. 4. *CLUBIONA ATROX. Clubione atroce.*

C. Brunnea; pedibus dilutioribus, tibiis maculis obscurioribus; abdominis dorso macula antica subquadrata, nigra, flavoque marginata. (Oculi, *tab.* 3, *fig.* 7.)

*Clubione atroce.* WALCK. *Tabl. des Aran., pag.* 44. — *Araignée atroce. Faun. Paris., tom.* 2, *pag.* 218.

*Araignée atroce.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect., tom.* 7, *pag.* 253, *pl.* 14, *fig.* 24, 25.

*Araignée atroce.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 7, *pag.* 22.

LIST. *Aran., pag.* 68, *tit.* 21, *fig.* 21.

Frequens Parisiis, in muris vetustis.

XXIV. GENUS. *ARGYRONETA. Argyronète.*

*Argyroneta*, LATR., WALCK. — *Aranea*, LINN., GEOFF., DE GEER, FABRICII.

*Oculi* (*tab.* 3, *fig.* 14) octo; quatuor medii quadrangulum delineantes; duobus superis uno ab altero paululum magis distantibus majoribusque; duobus ex utroque latere, prominentiæ oblique impositis, subgeminatis. *Maxillæ labiumque* brevia. *Maxillæ* rectæ, elongato-quadratæ, ejusdem latitudinis, facie antica convexiuscula, apice rotundatæ. *Labium* maxillis paulum brevius, anguste elongato-trigonum, (subconicum) antice convexum, apice summo truncato vel obtuso. (*Pedes* primi, quarti deinde, secundi postea longiores.)

SPEC. 1. *ARGYRONETA AQUATICA. Argyronète aquatique.*

A. Nigricanti-brunnea ; abdomine nigro, velutino, punctis aliquot dorsalibus, impressis.

*Argyronète. LATR. Nouv. Dict. d'Hist. nat., tom. 24, tabl., pag. 134. — Araignée aquatique. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom. 7, pag. 217.*

*Argyronète aquatique. WALCK. Tabl. des Aran., pag. 84.— Araignée aquatique, Faun. Paris., tom. 2, pag. 234.*

*Aranea aquatica. LINN. System. nat., ed. 13, tom. 1, pars 2, pag. 1036. — Faun. Suec., ed. 2, n°. 2020.*

*L'Araignée brune aquatique. GEOFF. Hist. des Insect., tom. 2, pag. 644.*

*Araignée aquatique. DE GEER. Mém. s. l. Insect., tom. 7, pag. 303, pl. 19, fig. 5.*

*Aranea aquatica. FAB. Entom. system., tom. 2, pag. 418.*

*CLERCK. Aran. Suec., pag. 143, pl. 6, tab. 8, fig. 1, 2.*

*Mémoire pour servir à commencer l'histoire des araignées aquatiques, Paris, 1749, in-8°.*

*SCHÆFF. Icon. Insect., tab. 158, fig. 6, mas.*

Habitat in Europæ aquis dulcibus, lentissime fluentibus, abdomine, bulla aërea, et splendore argenteo, incluso, vagans; pro quiete, victu parando, sobolisque progenie, bullam ampliat, hanc herbis immersis filis aliquot nectit, ibique telam parvam apice infundibuliformem conficit, insidiatur; ova in folliculo globoso, sericeo, deponit. Idem mores, characteres, differentiæ sexuum quæ in *Clubionis* generatim observantur.

## XXV. GENUS. *ARANEA. Araignée.*

*Aranea, LINN., GEOFF., DE GEER, FAB., OLIV., LAM. — Tegenaria, LATR., WALCK. — Agelena, WALCKENAER.*

*Oculi* (*tab.* 3, *fig.* 13) octo, secundum lineas duas transversas, approximatas, retrorsum concentrice arcuatas, dispositi; superis inter se subæque dissitis; inferis, paulo majoribus, subgeminatis, pari utrinque obliquo ( serie illa

antica medio interrupta). *Maxillæ* rectæ, longitudinales, latitudine æquales, facie antica convexiuscula, apice rotundatæ, ad angulum internum truncatæ. *Labium* subquadratum, circiter longitudine latitudinis, versus angulos superos paululum sensimque angustius. (*Pedes* quarti primique longiores, subæquales, illive istos longitudine aperte excedentes; tertii breviores.)

*I. Maxillæ ad angulum internum apicis paululum truncatæ; labium latitudine non longior; pedes longitudine mediocres.*

Annotatio. Oculorum series, infera præsertim, quam in divisione sequenti magis arcuatæ.

*Genus* Agelena. *Agelène*, Walckenaer.

Spec. 1. *Aranea labyrinthica. Araignée labyrinthique.*

A. Griseo-pallido-rufescens; thorace linea utrinque longitudinali nigricante; abdomine nigro, supra et utrinque lineolis albidis, obliquis, ad angulos obtusos per paria antice coeuntibus; appendicibus textoriis conicis, elongatis.

*Tégénaire.* Latr. *Nouv. Dict. d'Hist. nat.*, *tom.* 24, *tabl.*, *pag.* 134. — *Araignée labyrinthique. Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 226.

*Aranea labyrinthica.* Linn. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1031. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 2003.

*Aranea labyrinthica.* Fab. *Entom. system.*, *tom.* 2, *pag.* 418.

*Agelène labyrinthe.* Walck. *Tabl. des Aran.*, *pag.* 51. — *Araignée labyrinthe. Faun. Paris.*, *tom.* 2, *pag.* 217.

List. *Aran.*, *pag.* 60, *tit.* 18, *fig.* 18.

Clerk. *Aran. Suec.*, *pag.* 79, *pl.* 2, *tab.* 8.

Schæff. *Icon. Insect.*, *tab.* 19, *fig.* 8.

Frequens æstate, autumno præsertim, in sepibus, viarum ad margines, ubi telam magnam, infundibuliformem conficit.

*II. Maxillæ ad angulum internum apicis manifesto truncatæ ; labium latitudine longius ; pedes elongati.*

*Genus* TEGENERIA. *Tégénaire* , WALCKENAER.

SPEC. 2. *ARANEA DOMESTICA. Araignée domestique.*

A. Livido cinerea ; thorace *maris* immaculato , *feminæ* utrinque fascia longitudinali nigricante ; abdomine nigricante , dorsi medio fascia longitudinali , maculosa , dentata , lineolisque lateralibus , lividis.

*Tégénaire domestique.* WALCK. *Tabl. des Aran.* , *pag.* 49. — *Araignée domestique. Faun. Paris.* , *tom.* 2 , *pag.* 216.

*Aranea domestica.* LINN. *System. nat.* , *ed.* 13 , *tom.* 1 , *pars* 2 , *pag.* 1031. — *Faun. Suec.* , *ed.* 2 , *n°.* 2000.

*L'Araignée brune domestique.* GEOFF. *Hist. des Insect.* , *tom.* 2 , *pag.* 644.

*Araignée domestique.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.* , *tom.* 7 , *pag.* 264 , *pl.* 15 , *fig.* 11.

*Aranea domestica.* FAB. *Entom. system.* , *tom.* 2 , *pag.* 412.

*Araignée domestique.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.* , *tom.* 7 , *pag.* 227.

LIST. *Aran.* , *pag.* 59 , *tit.* 17 , *fig.* 17.

CLERK. *Aran. Suec.* , *pag.* 76 , *pl.* 2 , *tab.* 9.

Habitat in Europæ domibus.

OBSERVATIO. *Agelenæ* Walckenaer , a *Tegenariis* ejusdem *generice* distinctæ non mihi videntur. *Thomisi* , *Epeiræ* , *Theridiones* Walckenaer , si ad nova genera stabilienda differentiæ illæ parvi momenti valerent, in infinitum *generice* dividerentur.

## XXVI. GENUS. *THERIDION. Théridion.*

*Theridion* , WALCK. — *Aranea* , LINN. , GEOFF , FAB. , OLIV. — *Scytodes* , LATR. — *Latrodectus* , WALCKENAER.

*Oculi* (*tab.* 3 , *fig.* 12) octo , subæquales , transverse uno ab altero æque dissiti ; quatuor in medio quadratum regulare

regulare delineantes, inferis tuberculo parvo, communi, insistentibus; duo alii ex utroque latere, fere geminati, impositive prominentiæ parvæ communi, externe emarginatæ ad insertionem oculi singuli, subperpendiculares, hoc antica, illo postica spectantibus. *Maxillæ* directione obliqua, labii lateribus incumbentes, versus apicem convergentes, longitudinales, ab insertione palporum ad apicem æque latæ, planiusculæ, apice interne et oblique truncatæ vel obtusæ. *Labium* parvum, trigonum aut subsemicirculare, apice truncato vel subrotundato; aut subquadratum, sæpius diametro transverso baseos longitudinem superante angulisque basis istius paululum dilatatis. *Pedes* elongati, gracillimi; primi, quarti deinde, secundi postea longiores.

*I. Oculi duo contigui ex utroque latere.*

( *Gen.* THERIDION. *Théridion, WALCKEN.* )

SPEC. 1. *THERIDION SISIPHUM. Théridion Sisiphe.*

T. Rufum; abdomine globoso supra in verticem lineolis albis radiatum elevato.

*Théridion Sisiphe. WALCK. Tabl. des Aran., pag.* 74. — *Araignée Sisiphe. Faun. Paris., tom.* 2, *pag.* 206.

*Araignée Sisiphe. LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 7, *pag.* 229.

*LIST. Aran., pag.* 53, *tit.* 14, *fig.* 14.

*FRISCH. Insect., tom.* 10, *tab.* 18.

Habitat in Europa ad ædificiorum coronides, murorum projecturas.

SPEC. 2. *THERIDION REDIMITUM. Théridion couronné.*

T. Flavescente-albidum, abdomine ovato, annulo dorsali roseo.

*Théridion couronné. WALCK. Tabl. des Aran., pag.* 73. — *Araignée couronnée. Faun. Paris., tom.* 2, *pag.* 211.

*Aranea redimita. LINN. System. nat., ed.* 13, *pars* 2, *pag.* 1032. — *Faun. Suec., ed.* 2, *n°.* 2004.

*Araignée couronnée.* De Geer. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 212, *pl.* 14, *fig.* 4.

*Araignée couronnée.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 238.

*List. Aran. pag.* 51, *tit.* 12, *fig.* 12.

*Clerck. Aran. Suec.*, *pag.* 59, *pl.* 3, *tab.* 9.

*Schæff. Icon. Insect.*, *tab.* 64, *fig.* 8.

Habitat in Europæ plantis; variat abdominis maculis. Vix ab illo speciatim distinguitur *T. ovatum* Walckenaer, l'*Araignée à bande rouge*, Geoffroi, *Hist. des Insect.*, *tom.* 2, *pag.* 648.

*II. Oculi duo utriusque lateris uno ab altero dissiti.*

( *Gen. Latrodectus. Latrodecte, Walcken.* )

Spec. 3. *Theridion tredecim-guttatum. Théridion Marmignatto.*

T. Nigrum, abdomine globoso, guttis tredecim sanguineis.

*Aranea* 13-*guttata. Ross. Faun. Etrusc.*, *tom.* 2, *pag.* 136, *tab.* 9, *fig.* 10.

*Aranea* 13-*guttata. Fab. Entom. system.*, *tom.* 2, *pag.* 409.

*Latrodecte Malmignatte. Walck. Tab. des Aran.*, *pag.* 81.

Habitat in Italiæ campis.

Annotatio. Scrupulosissime oculos, maxillas labiumque *Theridionum* observavit amicus Walckenaer; at differentiæ quas in istis partibus, conatibus vere stupendis, perspexit, characteres vix notabiles et fere fugaces præbent; ideo *Latrodecti* genus respui.

## XXVII. Genus. *Scytodes. Scytode.*
## *Scytodes, Latr., Walckenaer.*

*Oculi* ( *tab.* 4, *fig.* 2. ) sex, æquales, per paria dispositi, triangulum æquilaterale, cujus apex antica spectat, delineantes; par oculorum contiguorum angulum singulum occupat. *Maxillæ* obliquæ, labii lateribus incumbentes, longitudinales, basi incrassatæ, apice intus oblique

truncatæ. *Labium* subquadratum, basi paulo coarctatum. *Pedes* quarti, primi deinde, tum secundi longiores.

Spec. 1 *Scytodes thoracica. Scytode thoracique.*

S. Pallido-rufescenti-albida, nigro maculata; thorace magno suborbiculato, postice rotundate elevato; abdomine dilutiore, subgloboso.

*Tab.* 5, *fig.* 4.

*Scytode thoracique.* Walck. *Tabl. des Aran.*, *pag.* 79.

*Araignée thoracique.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 3, *pag.* 56; *et tom.* 7, *pag.* 249.

Habitat Parisiis, in domibus.

Annotatio. Araneas textorias *Scytodis* nomine generico designaveram.

XXVIII. Genus. *Pholcus. Pholcus.*

*Pholcus*, Walck. — *Aranea*, Geoff., Scop. — *Scytodes*, Latreille.

*Oculi* (*tab.* 4, *fig.* 1) octo, tuberculo inserti; parvi duo geminati, transverse positi, in medio; tres utrinque, impositi tuberculi lateribus in pedunculum producti, duplo majores, in triangulum conglobati. *Maxillæ* obliquæ, labii lateribus incumbentes, a basi ad summum convergentes, subcylindricæ, apice interne truncatæ. *Labium* transversum, late subquadratum, ad angulos laterales apicis rotundatum, submarginatum. *Pedes* longissimi, tenuissimi; primi longiores, secundi quartique postea, subæquales.

Spec. 1. *Pholcus phalangioides. Pholcus phalangiste.*

P. Pallido-lividus; abdomine elongato, cylindrico-ovali, mollissimo, obscure cinereo; femorum tibiarumque apicibus annulo pallidiore, albicante.

*Pholcus phalangiste.* Walck. *Tabl. des Aran.*, *pag.* 80. — *Araignée phalangiste. Faun. Paris.*, *tom.* 2, *pag.* 213.

*L'Araignée domestique à longues pattes.* GEOFF. *Hist. des Insect.*, *tom.* 2, *pag.* 651.

*Aranea Pluchii.* SCOP. *Entom. carn.*, *n°.* 1120.

*Aranea opilionoides.* SCHRANCK. *Enum. Insect. Aust.*, *n°.* 1103.

*Aranea phalangioides.* FOURC. *Entom. paris.*, *pars* 2, *p.* 213.

*Araignée phalangiste.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 241.

Habitat in Galliæ, Carnioliæ domibus; corpus vibrat, more *Tipularum.*

## XXIX. GENUS. *LINYPHIA. Linyphie.*

*Linyphia*, LATR., WALCK. — *Aranea*, LINN., DE GEER.

*Oculi* (*tab.* 4, *fig.* 3) octo; quatuor in medio quadratum irregulare, latere antico transversoque breviore (triangulumve apice truncato), delineantes; huic inferi minores, approximati; superi majores, uno ab altero distantes, prominentiæ impositi, opposita latera spectantes (subverticales); duobus utrinque geminatis, oblique positis, inferis paululum minoribus, sensu opposito ad latera versis. *Maxillæ* subrectæ, inverso-subovatæ. *Labium* subsemicirculare. *Pedes* elongati, graciles; primi, secundi deinde, quarti postea, longiores.

SPEC. 1. *LINYPHIA TRIANGULARIS. Linyphie triangulaire.*

L. Pallido-rufescenti-flavescens; thorace linea dorsali nigra, antice bifida; abdomine globoso-ovali, maculis fasciisque angulatis, fuscis et albis; pedibus immaculatis.

*Linyphie.* LATR. *Nouv. Dict. d'Hist. nat.*, *tom.* 24, *tabl.*, *pag.* 134. — *Araignée triangulaire. Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 242.

*Linyphie triangulaire.* WALCK. *Tabl. des Aran.*, *pag.* 70. — *Araignée triangulaire. Faun. Paris.*, *tom.* 2, *pag.* 214.

*Araignée renversée sauvage.* De Geer. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 244, *pl.* 14, *fig.* 13.

Lист. *Aran.*, *pag.* 64, *tab.* 19, *fig.* 19.

Clerk. *Aran. Suec.*, *pag.* 71, *pl.* 3, *tab.* 2.

Habitat in Europæ sepibus, Genistis, pinetis, autumno frequens.

## XXX. Genus. *Tetragnatha. Tétragnathe.*

*Tetragnatha*, Latr., Walck. — *Aranea*, Linn., Geoff., de Geer, Fab., Olivier.

*Oculi* (*tab.* 4, *fig.* 4) octo, subæquales, in lineas duas transversas, rectas, fere parallelas, ordinati; quatuor medii quadratum subregulare delineantes; quadrati duobus superis uno ab altero paululum magis remotis; inferis omnibus sensim aliis minoribus. *Maxillæ* rectæ, elongatæ, angustæ, latitudine fere æquali, apice solo externo dilatato, rotundato. *Labium* semicirculare, submarginatum. *Pedes* longissimi, tenuissimi; primi, secundi deinde, quarti postea, longiores.

Spec. 1. *Tetragnatha extensa. Tétragnathe étendue.*

T. Rufescens; abdomine oblongo, aurato-viridi; lateribus lineisque duabus inferis, flavicantibus; medio inferne longitudinaliter nigro.

*Tétragnathe.* Latr. *Nouv. Dict. d'Hist. nat.*, *tom.* 24, *tabl.*, *pag.* 135. — *Araignée étendue. Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 249.

*Tétragnathe étendue.* Walck. *Tabl. des Aran.*, *pag.* 68. — *Araignée étendue. Faun. Paris.*, *tom.* 2, *pag.* 204.

*Aranea extensa.* Linn. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1034 — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 2011.

*L'Araignée à ventre cylindrique et pattes de devant étendues.* Geoff. *Hist. des Insect.*, *tom.* 2, *pag.* 642.

*Araignée patte-étendue.* De Geer. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 236.

*Aranea extensa.* Fab. *Entom. system.*, *tom.* 2, *pag.* 407.
List. *Aran.*, *pag.* 30, *tit.* 3, *fig.* 3.
Ræm. *Gener. Insect.*, *tab.* 30, *fig.* 6.
Habitat in Europæ locis humidis, pedibus extensis, anticis porrectis, tela verticali.

XXXI. Genus. *Epeira. Epeïre.*

*Epeira*, *Walck.* — *Aranea*, *Linn.*, *Geoff.*, *de Geer*, *Fab.*, *Oliv. Latr.*, *Lamarck.*

*Oculi* (*tab.* 4, *fig.* 5) octo, subæquales, in lineas duas, transversas, approximatas, subrectas, ad apices convergentes, ordinati; quatuor medii quadratum subregulare efformantes, prominentiæ communi sæpius inserti; duo utrinque subgeminati, oblique positi. *Maxillæ* subrectæ (1), ad originem angustatæ, deinde suborbiculatæ, aut subovato-dilatatæ, (fere spathuliformes) ad basim internam concavæ, apice supra labium incurvatæ, oblique truncatæ. *Labium* semicirculare, submarginatum. *Pedes* elongati, graciles; primi, secundi deinde, quarti postea, longiores; tertii multo breviores.

*I. Thorax elongato-ovato-quadratus, latitudinis dimidio circiter longior, margine antico latitudine summa paululum minore. (Oculi laterales tuberculo impositi, a mediorum oculorum quadrato ejusdem latitudine intervallo duplo majore distantes; inferis omnibus in eadem linea transversa). Abdomen supra coriaceum, spinosum; aut molle, valde elongatum, cylindricum,*

---

(1) Linea a maxillæ basi ad apicis summum ducta, labii diametro longitudinali haud parallela, ad illum sensim paulo accedens.

*basi et apice rotundatum ; istis thorax dorso bituberculato.*

1. *Abdomen supra coriaceum, spinosum , ano infero , prominulo , tubuloso.*

A. *Abdomen longitudine extensum , ( subtriangulare. )*

SPEC. 1. *EPEIRA ARMATA. Epeïre fourchue.*

E. Abdomine depresso, punctato, spinis quatuor ; duabus lateralibus , brevissimis ; aliis posticis , longissimis , arcuatis.

*Araignée fourchue.* OLIV. *Encycl. méthod. Hist. nat., tom* 4, *pag.* 205.

*Aranea Taurus ?* FAB. *Entom. system.* , *tom.* 2 , *pag.* 424.

*Araignée fourchue.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 7 , *pag.* 276.

Habitat in insula Santo-Domingo.

SPEC. 2. *EPEIRA ACULEATA. Epeïre armée.*

E. Nigra ; abdomine spinis octo ; sex dorsalibus ; duabus minimis , horizontalibus ad basin ; tribus utrinque marginalibus , erectis ; posticis duabus maximis , rufis, apice nigricantibus ; duabus inferis sub istarum origine ; femoribus scabro-spinosulis.

*Epeïre armée.* WALCK. *Tabl. des Aran.*, *pag.* 65. — Ejusdem *E. pointue.* Ibidem.

*Araignée épineuse allongée.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 7 , *pag.* 322 , *pl.* 39 , *fig.* 11 , 12.

*Aranea aculeata.* FAB. *Entom. system.*, *tom.* 2 , *pag.* 417.

*Araignée armée.* OLIV. *Encycl. méth. Hist. nat.* , *tom.* 4 , *pag.* 205.

Habitat Cajennæ. A celeberrimo Zootomiæ professore Cuvier illam accepi.

B. *Abdomen latitudine extensum.*

SPEC. 3. *EPEIRA CANCRIFORMIS. Epeïre cancriforme.*

E. Abdomine transverso-subovali , depresso ; ambitu punctato ,

sex dentato ; dentibus æqualibus ; duabus utrinque, aliis posticis.

*Aranea cancriformis.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1031.

*Aranea cancriformis.* FAB. *Entom. system.*, *tom.* 2, *pag.* 408.

BROWN. *Jamaic.* 419, *tab.* 44, *fig.* 5.

SLABB. *Microsc.*, *tab.* 1.

Habitat in Americæ insulis.

2. *Abdomen molle, spinis nullis, sæpissime elongatum, subcylindricum, basi apiceque rotundatum ; thorax tuberculis duobus dorsalibus. (Tibiis, tertiis exceptis, plerumque subfasciculato-villosis.)*

SPEC. 4. EPEIRA CLAVIPES. *Epeïre à brosses.*

E. Thorace nigro, serico argenteo, punctis nigris ; abdomine obscure lutescenti, punctis albis ; ore, pectoris maxima parte, pedibusque pallide rufescentibus ; tibiis, tertiis exceptis, apice fasciculato villosis.

*Epeïre clavipède.* WALCK. *Tab. des Aran.*, *pag.* 54.

*Aranea clavipes.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1034.

*Araignée à brosses.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 316, *pl.* 39, *fig.* 1.

PALL. *Spicil. zool.*, *fasc.* 9, *tab.* 3, *fig.* 13.

*Aranea clavipes.* FAB. *Entom. system.*, *tom.* 2, *pag.* 420.

*Araignée à brosses.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 273.

BROWN. *Jamaic.*, *tab.* 44, *fig.* 44.

Habitat in America Australi.

*II. Thorax subcordatus, latitudine haud dimidio longior, margine antico latitudine summa multo angustiore.*

1. *Thorax antice depresso-planus, lateribus abrupte, fere ad angulum rectum, declivibus (oculis laterum, subgeminatisve, verticaliter insertis, sæpius a quadrato mediorum ejusdem*

*ejusdem latitudine intervallo duplo aut majore distantes, inferis omnibus in eadem linea transversa.* )

A. *Oculi laterales, subgeminative, a mediorum oculorum quadrato ejusdem quadrati latitudine intervallo duplo aut majore distantes. ( Thoracis margo anticus dimidius saltem latitudinis majoris thoracis. )*

Spec. 5. *Epeira sexcuspidata. Epeïre impériale.*

E. Fusca, thorace tuberculis sex, serie duplici transverse positis; tribus anticis oculiferis; palpis, tibiis tarsisque compressis.

*Epeïre impériale.* Walck. *Tabl. des Aran.*, pag. 67.

*Aranea sexcuspidata.* Fab. *Entom. system.*, tom. 2, p. 427.

Habitat ad prom. Bonæ-Spei. DD. Peron, le Sueur.

Spec. 6. *Epeira umbraticola. Epeïre ombraticole.*

E. Mandibulis, thorace postice, corpore infra, femorumque maxima parte, nigris; thoracis antico, tibiis tarsisque griseo-rufescentibus; iis nigro annulatis; abdomine depresso, trigono-ovato, obscure rufescente-griseo, punctis cicatricato, dorsalibus sex aut octo, nigris, duplici serie longitudinaliter dispositis, lineisque duabus nigris, undatis, pallido marginatis, una utrinque, postice coeuntibus.

*Epeïre ombraticole.* Walck. *Tabl. des Aran.*, pag. 61. — *Araignée ombraticole. Faun. Paris.*, tom. 2, pag. 196.

*Araignée à cicatrices.* De Geer. *Mém. s. l. Insect.*, tom. 7, pag. 225, pl. 12, fig. 19.

*Aranea umbratica.* Vill. *Entom.*, tom. 4, pag. 129.

*Araignée ombraticole.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 7, pag. 259.

Clerck. *Aran. Suec.*, pag. 31, pl. 1, tab. 7.

Habitat in Europæ umbrosis: frequens Parisiis, loco gallice dicto *Champ de Mars*, ad fossarum muros.

Observatio. Mandibulæ basi elevatæ; thoracis margo anticus quam in aliis latior.

Spec. 7. *Epeira diadema. Epeïre diadème.*

E. Rufescens ; abdomine globoso-ovato, utrinque ad basin angulo elevato ; fascia dorsali, lata, triangulari, dentata, obscuriore ; cruce triplici e punctis maculisve luteo-albidis efformata ; punctis quatuor mediis impressis, in quadrangulum dispositis.

*Epeïre diadème. Walck. Tabl. des Aran.*, *pag.* 58. — *Araignée diadème. Faun. Paris.*, *tom.* 2, *pag.* 192.

*Aranea diadema. Linn. System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1030. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 1993.

*L'Araignée à croix papale. Geoff. Hist. des Insect.*, *tom.* 2, *pag.* 647.

*Araignée à croix. De Geer. Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 218, *pl.* 11, *fig.* 3.

*Araignée diadème. Latr. Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 255.

*List. Aran.*, *pag.* 28, *tit.* 2, *fig.* 2.

*Clerk. Aran. Suec.*, *pag.* 25, *pl.* 1, *tab.* 4.

*Rœs. Insect.*, *tom.* 4, *pl.* 35 *et* 36.

Habitat in Europa : frequens in hortis, autumno præsertim.

B. *Oculi laterales, subgeminative, a mediorum oculorum quadrato ejusdem quadrati latitudini intervallo fere œquali distantes. ( Thoracis margo anticus latitudinis majoris thoracis circiter pars tertia. )*

*a. Abdomen lateribus integris.*

Spec. 8. *Epeira fasciata. Epeïre fasciée.*

E. Thorace basique supera abdominis argenteis ; abdomine ovato, fasciis flavis lineisque nigris, transversis.

*Epeïre fasciée. Walck. Tabl. des Aran.*, *pag.* 55.

*Aranea fasciata. Fab. Entom. system.*, *tom.* 2, *pag.* 414.

*Aranea formosa. Vill. Entom.*, *tom.* 4, *pag.* 130, *pl.* 11, *fig.* 10.

*Aranea phragmitis. Ross. Faun. Etrusc.*, *tom.* 2, *pag.* 128, *tab.* 3, *fig.* 13 ; *tab.* 9, *fig.* 5.

*Araignée à bandes.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom* 7, *pag.* 269.

ALDROV. *De Insect.*, *lib.* 5, *pag.* 607, *fig.* 9.

Habitat in Europa Australi; nuperrime Parisiis lecta a D. Laurent, erucarum studiosissimo observatore.

*b. Abdomen lateribus sinuato-lobatis.*

SPEC. 9. *EPEIRA SERICEA. Epeïre soyeuse.*

E. Corpore argenteo; abdomine mammato; pedibus rufis, rufo nigroque annulatis. OLIV. *Enclycl. méth. Hist. nat.*, *tom.* 4, *pag.* 198.

*Epeïre soyeuse.* WALCK. *Tabl. des Aran.*, *pag.* 56.

*Araignée soyeuse.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 270.

Habitat in Gallia Australi, Africa.

2. *Thorax antice convexus, lateribus sensim rotundate proclivis.*

A. *Distantia ab oculis lateralibus ad quatuor medios latitudine quadranguli ab his quatuor efformata multo major.*

SPEC. 10. *EPEIRA CUCURBITINA. Epeïre cucurbitine.*

E. Abdomine globoso, flavo-viridi, punctis aliquot nigris, postice macula rufa.

*Epeïre cucurbitine.* WALCK. *Tabl. des Aran.*, *pag.* 53. — *Araignée cucurbitine. Faun. Paris.*, *tom.* 2, *pag.* 202.

*Aranea cucurbitina.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1030. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 1996.

*L'Araignée rougeâtre à ventre jaune ponctué de noir.* GEOFF. *Hist. des Insect.*, *tom.* 2, *pag.* 648.

*Araignée verte à points noirs.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 233, *pl.* 14, *fig.* 1, 2.

*Araignée cucurbitine.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 265.

LIST. *Aran*, *pag.* 34, *tit.* 5, *fig.* 5.

CLERC. *Aran. Suec.*, *pag.* 44, *pl.* 2, *tab.* 4.

Schæff. *Icon. Insect.*, *tab.* 124, *fig.* 6; 196, *fig.* 6.
Habitat in Europæ plantis.

B. *Distantia ab oculis lateralibus ad quatuor medios latitudini quadranguli istorum subæqualis.*

Spec. 11. *Epeira calophylla. Epeïre calophylle.*

E. Thorace pedibusque pallido-flavescente-lividis, mandibulis, thoracis macula antica et trigona, maculisque pedum nigricantibus; abdomine globoso-ovato, cinerceo-griseo; dorso punctis quatuor impressis; macula magna dorsali subargenteo-grisea, ovata, postice truncata, lateraliter sinuata; marginibus illius maculaque utrinque antica, pectoris linea duplici, ventris fascia media longitudinalique, nigris; lateribus istius linea flavicante.

*Epeïre calophylle.* Walck. *Tabl. des Aran.*, *pag.* 62.

*Araignée calophylle.* Latr. *Hist. nat. des Crust et des Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 73.

List. *Aran.*, *pag.* 47, *tit.* 10, *fig.* 10.

Frequens Parisiis, ad ædificiorum coronides, quandoque ad fenestras.

Spec. 12. *Epeira Menardi. Epeïre de Ménard.*

E. Livido-rubescens; thorace postice profunde impresso, linea dorsali anterius bifida, fusca; abdomine globoso-ovato, obscuriore, dorso, ventris medio lineaque utrinque, dilutioribus, flavescentibus; spatio dorsali postice fasciis transversis intersecto, antice maculis duabus nigricantibus, oblongis; pedibus annulis obscurioribus.

*Epeïre brune.* Walck. *Tabl. des Aran.*, *pag.* 63.

*Araignée de Ménard.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 266.

Habitat Cenomani, in cellis vinariis, a dom. Menard mihi cum de ejus industria, moribus, plurimis observationibus, transmissa; vide Historiam nostram præcitatam. Amico Walckenaer nondum integre assentior, qui araneam illam a de Geer sub nomine *Araneæ fuscæ* descriptam fuisse, asseverat; nec icones,

nec de Geer istius Epeiræ nostræ characteres satis exprimunt. Lineæ duæ sulphureæ quæ in A. *fuscæ* abdominis parte infera conspiciuntur dubia non tollunt, cum in quibusdam Epeiris observentur. Patria, locus habitationis E. *Menardi* diversa videntur. Nidificationem A. *fuscæ* siluit Suecicus Reaumurius. E. Menardi oculi laterales tuberculo parvo communi, inferique medii singuli privato, insistunt; istis oculis superis paulo majoribus.

Spec. 13. *Epeira conica. Epeïre conique.*

E. Oculis lateralibus inferisque mediis tuberculo communi insistentibus; thorace nigro; abdomine ovato, rufescente-griseo, maculis lineolisque reticulatis nigricantibus, postice supra infraque conice producto; pedibus pallido-flavescentibus, geniculis rufescentibus.

*Epeïre conique.* Walck. *Tabl. des Aran.*, *pag.* 64. — *Araignée conique. Faun. Paris.*, *tom.* 2, *pag.* 202.

*Araignée à ventre conique.* De Geer. *Mém. s. l. Insect.*, *t.* 7, *pag.* 251, *pl.* 15, *fig.* 16.

Pall. *Spic. zool.*, *fasc.* 9, *pag.* 48, *tab.* 1, *fig.* 16.

*Araignée conique.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 266.

List. *Aran.*, *pag.* 32, *tit.* 4, *fig.* 4.

Habitat in Europæ sylvis.

## XXXII. Genus. *Uloborus. Ulobore.*

*Oculi* octo, æquales, minutissimi, in lineas duas transversas dispositi; antica subrecta, vix retrorsum arcuata, oculis duobus mediis paululum approximatis; linea postica antrorsum arcuata, intervallo oculorum duorum mediorum majore. *Maxillæ* rectæ, latæ, inverso-trigonæ, latere apicis latiore. *Labium* minimum, semicirculare. *Pedes* primi multo majores; quarti deinde, tum secundi, longiores.

Spec. 1. *Uloborus Walckenaerius. Ulobore Walckenaerien.*

U. Pallido-rufo-flavescens; thorace abdomineque sericeis, dorso albo; abdomine oblongo, villis fasciculatis; pedibus fasciis aliquot dilutioribus.

In pinetis Burdigalensibus ubi telam, fere ut *Liniphya triangularis* conficit.

## XXXIII. Genus. *Thomisus. Thomise.*

*Thomisus*, *Walck.* — *Aranea*, *Linn.*, *Geoff.*, *de Geer.*, *Fab.*, *Oliv.* — *Heteropoda*, *Misumena*, *Latreille.*

*Oculi* (*tab.* 4, *fig.* 6, 7) octo, sæpius subæquales, in lineas duas transversas, postica latiore, dispositi, segmentum circulare, lunatumve, arcu antico, delineantes. *Maxillæ* obliquæ, labii lateribus incumbentes, subconvergentes, apice interne truncatæ. *Labium* subovatum aut fere quadratum, sæpissime latitudine longius. *Pedes* primi et secundi longiores, his illos excedentibus, aut vix brevioribus; tertii et quarti sæpius longe minores, istis paulo longioribus, in paucis brevioribus; incessus sæpe lateralis.

Observatio. Mandibulæ perpendiculares aut subinflexæ, in multis subconicæ, ungulis brevissimis.

*I. Thorax convexus, lateribus posticeque præsertim abrupte declivis, cordatus, antice late truncatus; pedes majores corpore non duplo longiores; primi et secundi alios magnitudine, crassitie præsertim, longe abrupteque superantes, subæquales (illis aut istis paulo longioribus); tarsorum articulo primo spinulis plurimis, mobilibus, serie duplici et infera; ungues tarsorum omnium infra nudiusculi.*

Observatio. Labium subovatum, apice truncato, aut obtuso; maxillæ apice subcuneatæ.

Spec. 1. *Thomisus citreus. Thomise Citron.*

T. Thorace, ad insertionem oculorum, transverse elevato, lateraliter in cornua producto; oculis æqualibus; abdomine orbiculato-trigono, postice latiori, linea utrinque rubra; corpore citrino-luteo.

*Thomise citron.* Walck. *Tabl. des Aran.*, pag. 21. — *Araignée citron. Faun. Paris.*, tom. 2, pag. 231.

*L'Araignée citron.* Geoff. *Hist des Insect.*, tom. 2, pag. 642, pl. 21, fig. 1.

*Araignée jaune-citron.* De Geer. *Mém. s. l. Insect.*, tom. 7, pag. 298, pl. 18, fig. 17.

*Araignée citron.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 7, pag. 285. — *Genre misumène. Nouv. Dict. d'Hist. nat.*, tom. 24, tabl., pag. 135.

Clerc. *Aran. Suec.*, pag. 128, pl. 6, tab. 5?

Schæff. *Icon. Insect.*, tab. 19, fig. 13.

Habitat in Europæ floribus. Mas a femina omnino dissimilis, multo minor, brunneus, flavo-viridi fasciatus.

Spec. 2. *Thomisus cristatus. Thomise crêté.*

T. Oculis lateralibus tuberculo impositis, paululum, inferis præsertim, majoribus; corpore pallido-griseo-rufescente; thoracis dorso, macula utrinque postica, marginibusque albicantibus; abdomine suborbiculato, ambitu supra obscure brunneo, fascia dorsali pallidiore, lata, lateribus dentata.

*Thomisus cristatus.* Walck. *Tabl. des Aran.*, pag. 32. — *Araignée crêtée. Faun. Paris.*, tom. 2, pag. 232.

*L'Araignée brune à trois raies transverses blanches sur le ventre.* Geoff. *Hist. des Insect.*, tom. 2, pag. 643.

*Araignée crêtée.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 7, pag. 286. — *Araignée jardinière. Ibid.*, pag. 288?

Clerck. *Aran. Suec.*, pag. 136, pl. 6, tab. 6.

Habitat in hortis, arvis, Parisiis frequens. Thoracis macula dorsalis pallidior, sæpius antice bifida. Abdomen punctis dorsalibus impressis quinque; uno antico majori, quatuor aliis in quadrangulum.

Huic proxima *Aranea liturata* Fabricii.

*II. Thorax convexus, lateribus posticeque præsertim abrupte declivis, cordatus, antice late truncatus; pedes majores corpore non duplo longiores; omnes subæque crassi; postici quatuor non multo breviores; tarsorum quatuor anticorum articulo primo spinulis paucis; ungues tarsorum omnium vix conspicui, (pilis obsiti).*

Annotatio. Maxillæ labiumque præcedentium.

Spec. 3. *Thomisus lynceus. Thomise Lynx.*

T. Oculis lateralibus majoribus, sigillatim tuberculo impositis; tuberculis posticorum crassioribus; corpore pallido-flavescenti-griseo, punctis maculisque parvis nigricantibus variegato; abdomine maximo, subtrigono-ovato, postice latiori.

Habitat Burdigalæ. Dom. Dargelas.

Affinis *Thomiso onusto* dom. Walckenaer. *Tabl. des Aran.*, *pag.* 32.

*III. Thorax depressus, subovatus, antice obtusus aut anguste truncatus; pedes majores corpore duplo non longiores; omnes æque crassi; tarsi infra subtus hirsuti; articulo primo spinulis paucis; scopulis duabus parvis ad ultimi apicem, sub unguibus; abdomen oblongum.*

Observatio. Maxillæ palporum ultra insertionem, subæque latæ, distincte abrupteque truncatæ; labium subquadratum; oculi laterales postici remoti.

Spec. 4. *Thomisus oblongus. Thomise oblong.*

T. Pallido-flavescens, supra albido-villosus, abdomine subcylindrico, lineis tribus longitudinalibus, obscuris.

*Thomise oblong. Walck. Tabl. des Aran.*, *pag.* 38. — *Araignée oblongue. Faun. Paris.*, *tom.* 2, *pag.* 228.

*Mull. Zool. danic. prodr.*, *n°.* 2306.

*Araignée*

*Araignée oblongue.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 280.

Habitat in Galliæ, Daniæ plantis; *Micrommatis* accedens.

*IV. Thorax depressus, cordatus, antice truncatus; pedes quatuor antici corpore duplo et amplius longiores; tarsi, in individuis majoribus saltem, subtus hirsuti, in omnibus scopulis duabus instructi, sub unguibus.*

Observatio. Maxillæ breves, supra labium multum inflexæ, palporum ultra insertionem subæque latæ, abrupte truncatæ; labium quadratum, latiusculum; pedes secundi longiores, tertii quandoque ultimos excedentes.

1. *Oculi secundum duas lineas subparallelas; tarsi infra hirsuti. (Pedes tertii quartis breviores.)*

Spec. 5. *Thomisus leucosia. Thomise leucosie.*

T. Oculis quatuor lateralibus majoribus; illorum posticis privatæ, mediis duobus inferis communi, prominentiæ insertis; corpore colore pallido-luteo-rufescente; thoracis margine antico fasciaque postica lutescente-griseis; postica fascia superne nigro marginata.

*Thomise leucosie.* Walck. *Tabl. des Aran.*, *pag.* 36.

*Aranea regia.* Fab. *Entom. system.*, *tom.* 2, *pag.* 408.

Ex insula gallice dicta, *Isle de France*, ad celeberrimum professorem Lamarck a dom. Dumond, missus.

Observatio. Magnus; mandibulæ obscuro-rufæ, ungulis nigris; macula obsoleta et nigricans ad tibiarum basin; pedum pili aculeiformes tarsorumque hirsutia nigra; lineæ anticæ oculi per paria approximati.

Spec. 6. *Thomisus Lamarck. Thomise de Lamarck.*

T. Oculis lineæ anticæ majoribus, subæqualibus; ejusdem mediis duobus subapproximatis, prominentiæ parvæ impositis;

corpore cinereo-griseo; mandibulis nigricantibus; pectore, abdominis subtus medio maculaque transversa dorsali ad basin, fasciis pedum inferis, atris.

*Aranea nobilis? Fab. Suppl. entom. system.*, *pag.* 291.

Cum præcedente missus.

Dom. Lamarck, zoologiæ celeberrimi professoris, e cujus favore perspicacique ingenio, in ordinandis insectis tot fructus collegi, hoc insectum nomine insignitur.

2. *Oculi segmentum circulare delineantes; tarsi infra vix hirsuti. (Pedes tertii ultimis in nonnullis longiores.)*

Spec. 7. *Thomisus venatorius. Thomise chasseur.*

T. Luteo-rufus; abdomine flavo-griseo, cinereo-nebuloso; pedibus nigro maculatis.

*Aranea venatoria. Linn. System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1035.

*Gronov. Zooph.*, *n°.* 938.

*Aranea pallens? Fab. Suppl. entom. system.*, *pag.* 291.

*Araignée chasseuse. Latr. Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 282.

*Nhamdiu* 11. *Pison. Bras.*, *pag.* 285.

*Mérian. Surin.*, *tab.* 18., *fig. sup.*

*Sloan. Jam.*, *tom.* 2, *pag.* 181, *tab.* 235, *fig.* 7.

Habitat in Americæ insulis. *Aranea venatoria* Fabricii eadem ac *Mygale nidulans* Walckenaer.

3. *Oculi segmentum circulare delineantes; tarsi infra vix hirsuti. (Pedes tertii in nonnullis ultimis longiores.)*

Spec. 8. *Thomisus tigrinus. Thomise tigré.*

T. Pedibus tertiis posticis longioribus; corpore griseo, nigro maculato; abdomine plano, rhomboidali.

*Thomise tigré. Walck. Tabl. des Aran.*, *pag.* 34. — *Araignée tigrée. Faun. Paris.*, *tom.* 2, *pag.* 230.

*Aranea levipes. Linn. System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1037. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 2025.

*Araignée tigrée.* De Geer. *Mém. s. l. Insect., tom.* 7, *pag.* 302, *pl.* 18, *fig.* 25.

*Aranea levipes.* Fab. *Entom. system., tom* 2, *pag.* 413.

*Araignée tigrée.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 7, *pag.* 281, *pl.* 62, *fig.* 2.

Frisch. *Insect., tom.* 10, *tab.* 14.

Clerck. *Aran. Suec., pag.* 130, *pl.* 6, *tab.* 3.

Ræm. *Gener. Insect., tab.* 30, *fig.* 5.

Panz. *Faun. Insect. Germ., fasc.* 83, *tab.* 21 ?

Habitat in arboribus Europæ : celerrime currens.

Observatio. Thomisi divisionum 1, 2, mihi genus *Heteropodæ. Nouv. Dict. d'Hist. nat., tom.* 24, *tabl., pag.* 135.

XXXIV. Genus. *Micrommata. Micrommate.*

*Aranea,* de Geer, Fab. — *Sparassus, Walckenaer.*

*Oculi* (*tab.* 4, *fig.* 8) octo, subæquales, fere in semicirculum (diametro postico) dispositi, pilis brevibus circumdati; intervallis oculos quatuor medii transverse separantibus, superos præsertim, paululum majoribus; oculis quatuor in linea antica, transversa, subrecta; quatuor aliis in linea postica, transversa, latiore, retrorsum paulo arcuata. *Maxillæ* rectæ, quadrato-subovales, cum angulo longitudinali ad interiora; latere interno basi subconcavo; apice oblique truncato. *Labium* breve, semicirculare. *Pedes* elongati; quarti longiores, secundi deinde at vix breviores; tum primi, ultimo tertii; tarsorum apices subtus scopula parva duplici instructi.

Spec. 1. *Micrommata smaragdina. Micrommate smaragdine.*

M. Oculis lateralibus lineæ anticæ mediis oculis paulo majoribus; læte viridis; abdomine fascia longitudinali dorsalique intensiori.

*Micrommate.* Latr. *Nouv. Dict. d'Hist. nat.*, *tom.* 24, *tabl.*, *pag.* 135. — *Araignée éméraudine. Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 278.

*Araignée toute-verte.* De Geer. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 252, *pl.* 18, *fig.* 6.

*Aranea smaragdula.* Fab. *Entom. system.*, *tom.* 2, *pag.* 412.

*Sparasse éméraudine.* Walck. *Tabl. des Aran.*, *pag.* 39. — *Araignée éméraudine. Faun. Paris.*, *tom.* 2, *pag.* 226.

Clerck. *Aran. Suec.*, *pag.* 136, *pl.* 6, *tab.* 4.

Habitat in Galliæ nemoribus. *Mas* abdomine lineis tribus longitudinalibus rubris striato.

## XXXV. Genus. *Oxyopes. Oxyope.*

*Sphasus*, *Walckenaer.*

*Oculi* (*tab.* 4, *fig.* 9) octo, sectorem circuli, apice truncato, antico, delineantes; duo antici, minimi, approximati, transverse dispositi; duo alii supra, majores, in linea lineæ præcedenti parallela, majores, remotiores; quatuor postici, mediocres, æquis intervallis, lineam retroarcuatam, latiorem, efformantes. *Maxillæ* rectæ, longitudinales, elongatæ, latitudine fere ubique æquali, apice externe sensim arcuato, interne oblique truncato. *Labium* elongato-quadratum. *Pedes* elongati, graciles; primi longiores, quarti et secundi deinde, subæquales; tertii breviores; ungues tarsorum exserti, scopulis nullis inferis.

Spec. 1. *Oxyopes variegatus. Oxyope bigarré.*

O. Corpore villoso, griseo, rufo nigroque vario; pedibus pallido-rufescentibus, fusco maculatis, spinulis tibialibus elongatis.

*Oxyope.* Latr. *Nouv. Dict. d'Hist. nat.*, *tom.* 24, *tabl.*, *pag.* 135. — *Araignée hétérophthalme. Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 280.

*Sphase hétérophthalme.* Walck. *Tabl. des Aran.*, *pag.* 19.

Brivæ, in Gallia meridionali, lecta; ovorum folliculo orbiculato, depresso, albo, *Carlinæ* dessicatæ flori superposito, incumbens et excubans.

Spec. 2. *Oxyopes lineatus. Oxyope rayé.*

Tab. 5, fig. 5.

O. Mandibulis, thorace pedibusque pallido-rufo-flavescentibus; mandibulis linea, thorace fasciis tribus, longitudinalibus, fuscis; abdomine obscure brunneo, lineis longitudinalibus pallido-rufo-flavescentibus; linea dorsali antice furcata.

Habitat Burdigalæ. Dom. Dargelas.

XXXVI. Genus. *Dolomedes. Dolomède.*

*Dolomedes*, *Latr.*, *Walck.* — *Aranea*, *Linn.*, *de Geer*, *Fabricii.*

*Oculi* (*tab.* 4, *fig.* 11) octo, secundum lineas tres transversas dispositi; antica e quatuor, paulo minoribus; aliæ duæ singulæ e duobus; oculis duobus lineæ posticæ, uno ab altero, valde distantibus, sublateralibus. *Maxillæ* rectæ, ovali-quadratæ, apice externe rotundatæ, interne oblique truncatæ. *Labium* subquadratum, diametris subæqualibus, angulis apicis rotundatis. *Pedes* elongati; quarti longiores, secundi primique, deinde; isti vix longitudine minores, tertii breviores; tarsorum ungues exserti, scopulis nullis inferis.

Spec. 1. *Dolomedes mirabilis. Dolomède admirable.*

D. Pallido-rufescens, cinereo-lanuginosus; thorace cordato, antice abrupte declivis; angulis anticis lineaque dorsali albicantibus; abdomine ovato-conico, dorso obscuriore.

*Dolomède. Latr. Nouv. Dict. d'Hist. nat.*, *tom.* 24, *tabl.*, *pag.* 135. — *Araignée admirable. Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 296.

*Dolomède admirable. Walck. Tabl. des Aran.*, *pag.* 16. — *Araignée admirable. Faun. Paris.*, *tom.* 2, *pag.* 236.

*Aranea Listeri.* SCOP. *Entom. carn.*, *n°.* 1093.

*Araignée à bande rousse.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 267, *pl.* 16, *fig.* 1.

*Aranea obscura.* FAB. *Entom. system.*, *tom.* 2, *pag.* 419.

LIST. *Aran.*, *pag.* 80, *tit.* 27, 28, *fig.* 27, 28.

CLERCK. *Aran. Suec.*, *pag.* 108, *pl.* 5, *tab.* 10.

SCHÆF. *Icon. Insect. ratisb.*, *tab.* 187, *fig.* 5, 6.

Habitat in Europæ sylvis.

SPEC. 2. *DOLOMEDES MARGINATUS. Dolomède bordé.*

D. Thorace abdomineque supra obscure brunneis, albo lateraliter marginatis; thorace ovato, antice truncato; abdomine ovali; pedibus viridibus.

*Dolomède bordé.* WALCK. *Tabl. des Aran.*, *pag.* 16. — *Araignée bordée. Faun. Paris.*, *tom.* 2, *pag.* 236.

*Araignée-loup bordée.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 281., *pl.* 16, *fig.* 13, 14.

*Araignée bordée.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 297.

CLERCK. *Aran. Suec.*, *pag.* 100, *pl.* 5, *tab.* 1.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 71, *tab.* 22.

Habitat in Europæ locis aquaticis.

## XXXVII. GENUS. *LYCOSA. Lycose.*

*Lycosa*, LATR., WALCK. — *Aranea*, LINN., GEOFF., DE GEER, FAB., OLIV., LAMARCK.

*Oculi* (*tab.* 4, *fig.* 10) octo, magnitudine inæquales, quadratum longitudinale, postice apertum, (latere deficiente) delineantes; scilicet: quatuor parvi, approximati, in linea antica, transversa, subrecta, dispositi, laterales tuberculo obsoleto inserti; quatuor postici, multo majores, in quadrangulum dispositi, duobus in linea lineæ anticæ apici perpendiculari, ex utroque latere. *Maxillæ* rectæ, longitudinali, antice convexiusculæ,

lateraliter externe subarcuatæ, interne submarginatæ, ad basin sensim angustiores, apice oblique truncatæ, fere triangulum inversum, lateribus curvis, inæqualibus, efformantes. *Labium* elongato-quadratum. *Pedes* robusti; quarti, primi post hos, secundi deinde longiores, tertii breviores.

Spec. 1. *Lycosa tarentula. Lycose tarentule.*

L. Corpore supra obscure cinereo-fusco; mandibulis palpisque versus medium, ferrugineis, eorumdem apicibus nigris; thoracis linea dorsali radiata marginibusque griseis; abdomine supra antice maculis trigonis, postice strigis arcuatis, transversis, nigris, albo marginatis; subtus læte croceo, fascia transversa nigra; femoribus tibiisque infra rufo-albidis, maculis duabus atris.

*Lycose. Latr. Nouv. Dict. d'Hist. nat., tom.* 24, *tabl., pag.* 135. — *Araignée tarentule. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 7, *pag.* 289, *pl.* 62, *fig.* 3.

*Lycose tarentule. Walck. Tabl. des Aran., pag.* 11.

*Aranea tarentula. Linn. System. nat., ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1035.

*Aranea tarentula. Fab. Entom. system., tom.* 2, *pag.* 425.

*Senguerdii Tract. phys. de tarent.*

*Albin. Aran., tab.* 39.

*Ræm. Gen. Insect., tab.* 30, *fig.* 1.

Habitat in Europa Australiori.

Observatio. *Lycosa tarentula narbonensis* Walckenaer minor, abdomine infra atro, postice læte croceo.

*Lycosa tarentula* Russiæ Australis tarentulam Italicam magnitudine, æquat; ab illa differt, thoracis dorsi radiis griseis; abdominis macularum nigricantium margineque postico albidarum serie triplici, longitudinali; abdomine infra atro; pedibus griseis, supra plurimis, tibiis infra duabus, fasciis tarsisque infere, nigris; femoribus subtus albidis; oculis lineæ anticæ æque dissitis, dum in tarentula Italica medii lateralibus proxime accedunt.

In Gallia temperata reperitur lycosa *tarentulæ* affinis, fere species illa degenerata, minor et dilutior, abdomine infra atro.

SPEC. 2. *LYCOSA RURICOLA. Lycose des champs.*

L. Virescente-brunneo-livida; thoracis carina, marginibus, abdominis baseos linea dorsali, longitudinali, abbreviata, pedibusque dilutioribus, brunneo-lividis; abdominis dorso serie duplici, parallela, longitudinali, postica, una utrinque, e punctis quinque minimis, livido-brunneïs.

*Lycose agrétique.* WALCK. *Tabl. des Aran.*, *pag.* 13. — *Araignée agrétique. Faun. Paris.*, *tom.* 2, *pag.* 238.

*Araignée de terre.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 282, *pl.* 17, *fig.* 1.

*Araignée agrétique.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 293.

CLERCK. *Aran. Suec.*, *pag.* 99, *pl.* 4, *tab.* 11.

Frequens Parisiis, primo vere, in locis paludosis. De synonymo Listeri, *Aran.*, *pag.* 78, *tit.* 26, a Walckenaer allato dubitare possum, ob verba ista : *alvo oblique virgata ..... alvus subteres*, *subacuminatus ... tela caputque nigra* ... linearum dilutiorum thoracis mentio nulla.

SPEC. 3. *LYCOSA SACCATA. Lycose à sac.*

L. Supra fuliginoso-nigricans, nebuloso-cinereo-villosa; thoracis carina obscure rufescente, linea cinereo-villosa; abdominis basi dorsali pilorum griseorum fasciculo parvo; pedibus livido-rufis, maculis nigricantibus intersectis.

*Lycose à sac.* WALCK. *Tabl. des Aran.*, *pag.* 13. — *Araignée à sac. Faun. Paris.*, *tom.* 2, 239.

*Aranea Lyonetti.* SCOP. *Entom. carniol.*, *n°.* 1116.

*Araignée des rivages.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 274, *pl.* 15, *fig.* 17, 18.

*L'Araignée-loup.* GEOFF. *Hist. des Insect.*, *tom.* 1, *pag.* 649.

LIST. *Aran.*, *pag.* 77, *tit.* 25, *fig.* 25.

CLERCK. *Aran. Suec.*, *pag.* 94, *pl.* 4, *tab.* 7.

In Europæ hortis, locis cultis vulgatissima. Saccum oviferum viridem

viridem femina secum circumfert ; palpi, mandibulæ, thoracisque margo anticus, livido-rufa, nigra vero in mare. *Aranea saccata* Linnæi species omnino obscura : forte *Dolomedes mirabilis*, ut hæc verba : *abdomine ovato*, *ferrugineo-fusco*, et citatio Listeri, *tit.* 28, *fig.* 28, indicare videntur.

Lycosa quam nomine *Araneæ peritæ* descripsi, *Bullet. de la soc. philom.* n°. 22, ad lycosam *velocem* Walckenaer referenda ; facile dignoscitur pedibus griseo-rufis, nigro annulatis ; ventre anoque cinereis ; macula magna ad basin abdominis pallido-rufescente, cum medio griseo, hastam referente ; medio dorsi transverse nigro, utrinque punctis duobus maculaque intermedia griseis.

## XXXVIII. Genus. *Eresus. Erèse.*

*Eresus*, Walck. — *Aranea*, Vill., Ross., Oliv. — *Salticus*, Latreille.

*Oculi* (*tab.* 4, *fig.* 12) octo ; quatuor minimi, æquales, in quadratum magnum dispositi ; quatuor alii, lateris antici quadrati medio superpositi, congesti, trapezium efformantes, posticis duobus majoribus, inter se magis distantibus. *Maxillæ* rectæ, longitudinales, subcuneiformes, apice latiori, externe rotundato, interne oblique truncato. *Labium* fere in triangulum æquilaterale, marginibus ad apicem subreflexis. *Pedes* validi, breves, saltatorii ; quarti, primi deinde, tum secundi, longiores ; tertii his paulo breviores (1).

Spec. 1. *Eresus cinnaberinus. Erèse cinabre.*

E. Niger ; abdomine supra cinnaberino, punctis quatuor aut sex nigris, linea duplici, longitudinali, dispositis ; pedum articulis apice albis ; thoracis lateribus posticis, femoribus tibiarumque pedum posteriorum quatuor articulo primo, pallido-cinnaberinis.

---

(1) Thorax in *Eresis* generibusque subsequentibus haud carinatus, sed æque altus, dorso planus, subcubico-ovatus.

*Eresus cinnaberinus.* Walck. *Tabl. des Aran.*, *pag.* 21. — *Araignée cinabre. Faun. Paris.*, *tom.* 2, *pag.* 249.

*Aranea moniligera.* Vill. *Entom.*, *tom.* 4, *pag.* 128, *tab.* 11, *fig.* 8.

*Aranea 4-guttata. Ross. Faun. Etrusc.*, *tom.* 2, *pag.* 135, *pl.* 1, *fig.* 8, 9.

*Araignée rouge.* Oliv. *Encycl. méth. Hist. nat.*, *tom.* 4, *pag.* 221.

*Araignée rouge.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 297. — *Saltique. Nouv. Dict. d'Hist. nat.*, *tom.* 24, *tabl.*, *pag.* 136.

Schæff. *Icon. Insect.*, *pl.* 32, *fig.* 20.

Coqueb. *Illust. Icon. Insect.*, *dec.* 3, *tab.* 27, *fig.* 12.

Habitat in Gallia, Italia, Germania. In viciniis Augustæ Taurinorum a professore *Ré* lectus, cum insectorum divite copia ad me transmissus.

## XXXIX. Genus. *Salticus. Saltique.*

*Salticus*, Latr. — *Aranea*, Linn., Geoff., de Geer, Fab., Oliv. — *Attus*, Walckenaer.

*Oculi* (*tab.* 4, *fig.* 13) octo, ferrum equinum, quadratumve latere postico transversoque deficiente et angulis rotundatis, delineantes; quatuor antici in linea antrorsum arcuata, duobus mediis maximis, lateralibus mediocri magnitudine; quatuor alii ad latera thoracis longitudinaliter seriati, minimi, priores præsertim, duo utrinque. *Maxillæ* rectæ, longitudinales, subrhomboïdæ, vel inverso-cuneato-ovatæ. *Labium* elongatum, subovale, apice obtuso. *Pedes* plerumque robusti, primi præsertim, breves, saltatorii; quarti primique longiores, subæquales; tum secundi tertiique, magnitudine vix diversi.

*I. Pedes crassi, breves; palpi clavati; thorax truncato-ovatus, vel parallelogrammicus.*

Spec. 1. *Salticus scenicus. Saltique chevronné.*

S. Niger; thoracis ambitu marginali albido-villoso; abdomine brevi, ovato, supra hirsutia griseo-rufescente, lineis tribus transversis, arcuatis anoque albis; prima et integra ad basin, aliis ad angulum acutum antrorsum arcuatis medioque interruptis.

*Obs.* Palpi in *femina* albidi; pedes villis rufescente-griseis, maculis obscurioribus. — *Mas* mandibulis maximis.

*Saltique.* Latr. *Nouv. Dict. d'Hist. nat., tom.* 24, *tabl., pag.* 135. — *Araignée chevronnée. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 7, *pag.* 299.

*Aranea scenica.* Linn. *System. nat., ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1035. — *Faun. Suec., ed.* 2, *n°.* 2017.

*Araignée sauteuse à trois chevrons blancs.* Geoff. *Hist. des Insect., tom.* 2, *pag.* 650.

*Araignée à bandes blanches.* De Geer. *Mém. s. l. Insect., tom.* 7, *pag.* 287, *pl.* 17, *fig.* 8, 9.

*Aranea scenica.* Fab. *Entom. system., tom.* 2, *pag.* 422.

*Atte paré.* Walck. *Tabl. des Aran., pag.* 24. — *Araignée parée. Faun. Paris., tom.* 2, *pag.* 245.

List. *Aran., pag.* 87, *tit.* 31, *fig.* 31.

Clerck. *Aran. Suec., pag.* 117, *pl.* 5, *tab.* 13.

Schæff. *Icon. Insect., pl.* 44, *fig.* 11.

Frequens ad muros Europæ.

Spec. 2. *Salticus Sloanii. Saltique de Sloane.*

S. Ater; thoracis lateribus linea villoso-albida; abdomine parvo, suborbiculato, sanguineo, macula dorsali media, lanceolata, nigra; tibiis quatuor anticis læte croceis.

*Aranea Sloanii.* Scop. *Entom. carn., n°.* 1108.

*Aranea sanguinolenta.* Linn. *System. nat., edit.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1032.

*Aranea sanguinolenta.* Fab. *Entom. system., tom.* 2, *pag.* 422.

*Aranea Sloanii.* Ross. *Faun. Etrusc.*, *tom.* 2, *pag.* 134.

*Araignée sanguinolente.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 302.

*Atte sanguinolent.* Walck. *Tabl. des Aran.*, *pag.* 24.

Habitat in Europa Australiori, Augustæ Taurinorum. *Prof.* Ré.

Spec. 3. *Salticus Rumphii. Saltique de Rumphius.*

S. Ater, hirsutia cinereo fuscoque varia; thoracis margine antico villis pallido-rufescentibus; abdomine elliptico, fascia dorsali, longitudinali, grisea, lata, dentata, nigroque marginata.

*Aranea Rumphii.* Scop. *Entom. carn.*, *n°.* 1110.

Clerck. *Aran. Suec.*, *pag.* 116, *pl.* 5, *tab.* 12.

*Araignée tardigrade.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 298.

*Atte tardigrade.* Walck. *Tabl. des Aran.*, *pag.* 25. — *Araignée tardigrade. Faun. Paris.*, *tom.* 2, *pag.* 244.

Frequens Parisiis, loco *Petit-Gentilly*, in salicum truncis.

## *II. Pedes tenues, elongati; palpi filiformes; thorax elongatus, angustus, subconicus.*

Spec. 4. *Salticus formicarius. Saltique Fourmi.*

S. Thorace antice nigro, postice rufo; abdomine fusco, macula utrinque alba; pedibus rufis.

*Araignée Fourmi.* De Geer. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 293, *pl.* 18, *fig.* 1, 2.

*Araignée Fourmi.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 304.

*Atte Fourmi.* Walck. *Tabl. des Aran.*, *pag.* 26. — *Araignée Fourmi. Faun. Paris.*, *tom.* 2, *pag.* 241.

Habitat in Europæ plantis, muris.

Annotatio. Walckenaer genera sequentia, *storena*, *ctenus*, *nyssus*, observare non potui; prima duo fere immediate *Epeiras*, *Araneas*, forte sequuntur; *Nyssi* ab *Araneis* non

discernuntur. Entomologiæ neophytorum opportunitati consulens, generum *Araneidum* characteres essentiales, ordine eodem nihilo minus servato, sic exponam.

*I. Mandibulæ ungulis subtus antice inflectendis; (oculi octo, litteram* X *vel* H *una delineantes).*

*Mygale.* Palpi maxillarum apicibus inserti.

*Atypus.* Labium sub maxillarum origine insertum, minimum, quadratum.

*Eriodon.* Labium exsertum, sublineare.

*II. Mandibulæ ungulis interne lateraliterque inflectendis.*

1\. *Oculi nec segmentum circuli transversum arcuque antrorsum verso; nec sectorem longitudinalem, apice antico et truncato; nec quadratum vel parabolam, delineantes.*

A\. *Oculi sex aut octo; in Araneidibus octonoculis pedes quarti, primi deinde, et vicissim, aut quarti, secundi postea longiores.*

*Gnaphosa.* Maxillæ labium arcuatim includentes.

*Segestria.* Oculi sex, in linea transversa, apicibus recurva.

*Dysdera.* Oculi sex, fere in circulum et antice apertum, dispositi.

*Clubiona.* Labium elongato-subquadratum; maxillæ rectæ, ad basim externam dilatatæ; oculi octo, secundum duas lineas transversas, approximatas, dispositi; postica latiore, retrorsum subarcuata; infera recta.

*Argyroneta.* Maxillæ rectæ, elongato-quadratæ; labium paulo brevius, subconicum; oculi octo; quatuor medii in quadrangulum ordinati; laterales subgeminati, prominentiæ impositi.

*Aranea.* Maxillæ rectæ, latitudine æquales; labium subquadratum; oculi octo, secundum lineas duas transversas, retrorsum concentrice arcuatas, dispositi.

*Theridion.* Oculi octo; quatuor medii in quadrangulum ordinati; inferis lateralibusque prominentiæ insertis; his sæpe

geminis ; maxillæ sursum convergentes , ( labii lateribus incumbentes ) subæque latæ.

Observatio. Genus *Latrodectus* Walckenaer a gen. *Theridion* distingui posset oculis lateralibus inter se distantibus, non binis.

*Scytodes.* Oculi sex , per paria , in triangulum subæquilaterale dispositi.

B. *Oculi octo in omnibus ; pedes primi, secundi deinde, tum quarti longiores.*

*Pholcus.* Oculi duo medii , geminati , transverse positi ; tres utrinque tuberculo impositi , in triangulum fere glomerati.

*Linyphia.* Oculi quatuor medii in trapezium antice transverse angustius ordinati ; duobus superis eorumdem aperte majoribus , uno ab altero distantibus ; lateralibus geminis , minoribus.

*Tetragnatha.* Oculi secundum lineas duas transversas , parallelas , rectas , subæquis intervallis , seriati ; maxillæ rectæ , elongatæ , angustæ , apice solo latiore.

*Epeira.* Oculi secundum lineas duas transversas , approximatas , apicibus convergentes , ordinati ; quatuor medii quadratum delineantes ; maxillæ subrectæ , basi angustatæ , tum suborbiculatæ , vel inverso-ovatæ, dilatatæ.

2. *Oculi segmentum circulare , transversum arcuque antrorsum verso ; aut sectorem longitudinalem apice antico et truncato ; vel quadratum aut parabolam , delineantes.*

A. *Oculi in segmentum circuli transversum , arcu antrorsum verso , vel in sectorem longitudinalem apice antico et truncato ordinati , magnitudine subæquales.*

*Uloborus.* Oculi in segmentum circuli transversum ordinati ; maxillæ rectæ , latæ , inverso-trigonæ ; pedes primi, quarti deinde longiores.

*Thomisus.* Oculi in segmentum circuli transversum ordinati , maxillæ sursum convergentes ; pedes primi et secundi, aut vice versa , longiores.

*Micrommata.* Oculi semicirculum delineantes; maxillæ rectæ; pedes quarti longiores.

*Oxyopes.* Oculi in sectorem circuli, apice (angulo centri) truncato, antico, dispositi; pedes primi, quarti deinde, longiores.

B. *Oculi* (1) *quadratum parabolamve delineantes, magnitudine valde inæquales.*

*a. Thorax medio longitudinaliter elevatus, vel carinatus.*

*Dolomedes.* Oculi secundum tres lineas transversas ordinati, media angustiore (aut in seriem duplicem, transversam, postica antrorsum medio valde arcuata, dispositi).

*Lycosa.* Oculi in quadratum longitudinale dispositi, latere postico transversoque nullo.

*b. Thorax, parte postica excepta, æque elevatus, haud carinatus, dorso planus, lateribus abrupte declivibus.*

*Eresus.* Oculi quatuor, quadratum magnum, lateri transverso et antico cujus inscribitur trapezium parvum, e quatuor aliis oculis efformatum, delineantes.

*Salticus.* Oculi in parabolam aut ferrum equinum ordinati.

Annotatio. His generibus Walckenaer sequentia genera addi possunt et in divisione II, 1, B, ordinanda.

*Ctenus.* Oculi laterales subgeminique cum superis quadranguli ab alteris quatuor oculis efformati, lineam antrorsum arcuatam delineantes; labium quadratum.

*Storena.* Oculi laterales cum inferis quadranguli ab alteris quatuor oculis efformati, lineam retrorsum arcuatam delineantes; maxillæ labio ovali, elongato, incumbentes.

*Nyssi* genus, ut jam notavi, generi *Araneæ* adjungendum.

---

(1) In omnibus octo; quadrati parabolæve parte antica transversa, e quatuor oculis composita.

## FAMILIA SECUNDA.

### PEDIPALPI. *PEDIPALPES.*

OBSERVATIO. Palpi maxillarum apici inserti.

### XL. GENUS. *PHRYNUS. PHRYNE.*

*Phryne*, OLIV., LAM., HERM. — *Phalangium*, LINN., PALL., HERBST. — *Tarantula*, BROWN., FABRICII.

*Labium* teliforme, corneum, elongatum, basi dilatatum, cylindricum, rectum, porrectum, apice furcato. *Maxillæ* obverso-conicæ, divergentes, angulo interno apicali producto, compresso, rotundato. *Palpi* ad apicem ungue corneo mobilique instructi, manu didactyla nulla.

*Corpus depressum. Thorax latus, reniformis vel lunatus. Abdomen cauda nulla. ( Oculi octo ; duo thoracis marginis antici medium versus, tres utrinque in triangulum, dispositi. )*

SPEC. 1. *PHRYNUS LUNATUS. Phryne lunulé.*

P. Palpis corpore fere triplo longioribus ; articuli tertii apice solum spinoso, spinis quatuor, duabus superis validioribus.

*Phryne lunulé.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 136, *pl.* 61, *fig.* 1.

GRONOV. *Zooph.*, *n°.* 935.

*Phalangium reniforme.* LINN. *System. nat.*, *edit.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1029. — *Mus. Lud. Ulr.*, *pag.* 427.

PALL. *Spicil. zool.*, *fasc.* 9, *pag.* 35, *tab.* 3, *fig.* 5, 6.

*Tarantula lunata.* FAB. *Entom. system.*, *tom.* 2, *pag.* 433.

HERBST. *Naturg. phalang.*, *tab.* 3.

SEBA. *Mus.*, *tom.* 4, *tab.* 99, *fig.* 13.

Habitat in India Orientali, non vero in America.

*Phrynus medius.* ( HERBST. *Ibid.*, *tab.* 4, *fig.* 1. ) Corporis figura

figura præcedenti affinis, differt palpis duplo longioribus, interne per totam longitudinem spinosis, spinis apicalibus numerosioribus; illius patria certe America australis.

Spec. 2. *Phrynus reniformis. Phryne réniforme.*

P. Palpis corporis longitudine, articulis secundo tertioque compressis, interne spinosis; hujus latere interno subdilatato, spinis quinque aut sex validis.

*Phryne réniforme.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 136.

Pall. *Spicil. zool.*, *fasc.* 9, *pag.* 33, *tab.* 3, *fig.* 3, 4.

*Tarantula reniformis.* Fab. *Entom. system.*, *tom.* 2, *pag.* 432.

Herbst. *Naturg. phalang.*, *tab.* 5, *fig.* 1.

Habitat in America Meridionali, Santo-Domingo, Jamaïca, etc.

Annotatio. *Phalangium reniforme* Linnæi, *phalangiumque* Gronovii, *zooph.*, n°. 935, ad speciem præcedentem referenda, ut illorum descriptionibus patet. « *Pedes octo* ; 1, 2 (*palpi*) *corpore quadruplo longiores*, *setacei*, *nigri*, *mutici*; *articulo primo brevissimo*, *crassiore*; *secundo antice hispido*, *corpore longiore*; *tertius longitudine secundi*, *vix hispidus*, *terminatus aculeis robustis*, *quorum duo magni*; *digitus tertius spinis magnis*, *inæqualibus*. Linn. *Mus. Lud. Ulric.*, *pag.* 427. » — « *Phalangium palpis longissimis*, *crassis* ». Gronov. *zooph.*, *n°*. 935. Synonymia ergo Pallas, Fabricii, Herbst, reformanda. Linnæus pedes anticos, vel tentaculiformes, pro antennis habet.

XLI. Genus. *Thelyphonus. Thélyphone.*

*Phalangium*, Linn., Pall., Herbst. — *Scorpio*, Gronov. — *Tarantula*, Fabricii.

*Maxillæ* subtriangulares, magnæ, intus conniventes. *Palpi* crassissimi, manu didactyla terminati.

*Corpus elongatum. Thorax ovatus. Abdomen seta articulata, terminali* (*oculi ut in Phrynis*).

Spec. 1. *Thelyphonus proscorpio. Thélyphone proscorpion.*

*Thelyphone à queue.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 132, *pl.* 60, *fig.* 4.

Gronov. *Zooph.*, *n°.* 952.

*Phalangium caudatum.* Linn. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1029. — *Mus. Lud. Ulr.*, *pag.* 426.

Pall. *Spicil. zool.*, *fasc.* 9, *pag.* 30, *tab.* 3, *fig.* 1, 2.

*Tarantula caudata.* Fab. *Entom. system.*, *tom.* 2, *pag.* 433.

Herbst. *Naturg. phalang.*, *tab.* 5, *fig.* 2.

Seba. *Mus.*, *tom.* 1, *tab.* 70, *fig.* 7, 8.

Rœm. *Gener. Insect.*, *tab.* 29, *fig.* 11.

Habitat in America Australi; ab incolis Martinicæ Insulæ vocatur *le Vinaigrier*; sub nomine *Proscorpionis Cajennensis* in museo Parisino servabatur.

## FAMILIA TERTIA.

### SCORPIONIDES. *SCORPIONIDES.*

### XLII. Genus. *Scorpio. Scorpion.*

*Scorpio*, Linn., de Geer, Fab., Oliv., Lam., Herbst.

*Maxillæ* breves, rotundatæ, intus suborbiculato-fornicatæ, hirsutæ. *Labium* laciniis quatuor triangularibus, porrectis, conniventibus; externis duabus pedum anticorum, internis pedum secundi paris, basi adnatis.

*Corpus elongatum. Oculi sex aut octo; duo majores approximati, thoracis medium versus impositi; duo aut tres utrinque, parvi, subcontigui, ad ejusdem marginem anticum et lateralem. Laminæ duæ pectinatæ, inferæ, ad basin abdominis. Cauda articulis sex, ultimo aculeato; aculeo arcuato, venenum intromittente.*

Spec. 1. *Scorpio Europæus. Scorpion d'Europe.*

S. Oculis sex; pectinibus novemdentatis; manibus subcordatis,

angulatis, carpis unidentatis; corpore obscure brunneo, caudæ articulo ultimo pedibusque brunneo-flavescentibus.

*Scop. Entom. carn.*, *n°.* 1122.

*Scorpion à queue jaune.* De Geer. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 339, *pl.* 40, *fig.* 11.

*Scorpio Europæus.* Vill. *Entom.*, *tom.* 4, *pag.* 151, *tab.* 2, *fig.* 11.

Herbst. *Naturg. skorp.*, *tab.* 3, *fig.* 2.

*Scorpion d'Europe.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 116.

Seba. *Mus.*, *tom.* 1, *tab.* 70, *n°.* 9, 10.

Rœs. *Insect.*, *tom.* 3, *suppl.*, *tab.* 66, *fig.* 1, 2.

Habitat in Europa Australiori.

Observatio. Linnæus speciem hanc non apprime novit: *Scorpioni Europæo* enim nec pectines octodecim dentati, nec cauda sub aculeo mucronata. Varietatem illius insecti *Scorpionis carpathici* nomine designavit, et hanc delineaverunt Schæffer, *Elem. Entom.*, *tab.* 113, et Herbst (*Scorp. Germanicus*), *tab.* 3, *fig.* 2. Auctoritate Linnæi abductus illustris Fabricius synonymiam intactam reliquit. De Geer etiam Scorpionem quemdam Cajennensem pro Europæo descripsit.

Spec. 2. *Scorpio maurus. Scorpion maure.*

S. Oculis sex; pectinibus ab octo ad decem dentibus; manibus cordatis, sublævibus; corpore fusco, granulato.

*Scorpio maurus.* Linn. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1037.

*Scorpion maure.* De Geer. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 337, *pl.* 40, *fig.* 1.

*Scorpio maurus.* Fab. *Entom. system.*, *tom.* 2, *pag.* 434.

Herbst. *Naturg. skorp.*, *tab.* 6, *fig.* 4.

*Scorpion maure.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 119.

Seba. *Mus.*, *tom.* 1, *pl.* 70, *fig.* 6.

Habitat in Barbaria.

SPEC. 3. *SCORPIO OCCITANUS. Scorpion roussâtre.*

S. Oculis octo ; pectinibus viginti octo dentibus ; corpore flavescente ; cauda corpore longiore, lineis elevatis, granulosis, mucrone nullo sub aculeo.

*Scorpio occitanus.* AMOREUX. *Journ. de Phys., juill.* 1789.

*HERBST. Naturg. skorp., tab.* 3 , *fig.* 3.

*MOUFF. Theat. Insect., pag.* 204.

*Scorpio tunetanus. REDI. De Gener. Insect.*

*MAUPERT. Mém. de l'Acad. des Scienc., ann.* 1731 , *pl.* 16, *fig.* 3.

Habitat in Europa Australiori, in Gallia prope Nemausum, frequens in Lusitania. *Scorpio australis* Linnæi, ( Herbst, *tab.* 4, *fig.* 1 ) probabiliter ejusdem insecti varietas major.

## XLIII. GENUS. *CHELIFER. Pince.*

*Chelifer, GEOFF., DE GEER, OLIV., LAM., HERM. — Acarus, phalangium, LINN. — Scorpio, FAB. — Obisium, ILLIG., WALCKENAER.*

*Maxillæ* longitudinales, magnæ, convexæ, ad latus internum inflexæ, conniventes, apice in acumen producto. *Labium* nullum.

*Corpus depressum, ecaudatum. Oculi duo aut quatuor, thoracis lateribus inserti.*

SPEC. 1. *CHELIFER CANCROIDES. Pince cancroïde.*

C. Thorace linea transversa, impressa, bipartito ; brachiis corpore duplo longioribus, articulis secundo tertioque conicis, elongatis ; corpore rubro-brunneo ; abdomine ovali.

*Pince cancroïde. LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 7 , *pag.* 141 , *pl.* 61 , *fig.* 2.

*Le scorpion araignée. GEOFF. Hist. des Insect., tom.* 2, *pag.* 618.

*Faux-scorpion d'Europe. DE GEER. Mém. s. l. Insect., tom.* 7 , *pag.* 355 , *pl.* 19 , *fig.* 14.

*Phalangium cancroides.* Linn. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1028, — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 1968.

*Scorpio cancroides.* Fab. *Entom. system.*, *tom.* 2, *pag.* 436.

*Obise cancroïde.* Walck. *Faun. Paris.*, *tom.* 2, *pag.* 253.

Frisch. *Insect.*, *tom.* 8, *tab.* 1.

Ræs. *Insect.*, *tom.* 3, *suppl.*, *tab.* 64.

Habitat in umbrosis suffocatis, libris, cistis, Acaris victitans, retrogradus.

Spec. 2. *Chelifer cimicoides. Pince cimicoïde.*

C. Thorace linea transversa, impressa, bipartito; brachiis mediocribus, articulis brevibus, subovalibus, pilosis; abdomine orbiculato-ovato.

*Pince cimicoïde.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 142.

*Pince parasite.* Herm. *Mém. apterol.*, *pag.* 117, *pl.* 7, *fig.* 6.

*Scorpio cimicoides.* Fab. *Entom. system.*, *tom.* 2, *pag.* 436.

*Obise cimicoïde.* Walck. *Faun. Paris.*, *tom.* 2, *pag.* 253.

Habitat in Europa, sub arborum cortice.

Spec. 3. *Chelifer trombidioides. Pince trombidioïde.*

C. Oculis quatuor; mandibulis maximis, exsertis; brachiorum articulo secundo elongato; digitis longis, rectis.

*Pince trombidioïde.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 142.

*Pince ischnochèle.* Herm. *Mém. aptérol.*, *pag.* 118, *pl.* 6, *fig.* 14.

Habitat Parisiis, sub lapidibus; Argentorati, inter muscos.

## FAMILIA QUARTA.

### PHALANGITA. *PHALANGIENS.*

XLIV. Genus. *Galeodes. Galéode.*

*Galeodes*, Oliv., Lam. — *Phalangium*, Pall. — *Solpuga*, Lichtenst., Fab., Herbst. — *Rhax*, Hermann.

*Os* palpis, mandibulis maxillisque duobus, labio

inferiori. *Palpi* maximi, pediformes, porrecti, pedum posticorum fere longitudine, filiformes, maxillarum apici inserti, articulis quinque; primo brevissimo; tribus sequentibus, cylindricis, elongatis, secundo tertioque longioribus, illo præsertim; ultimo brevissimo, cylindrico-conico, apice rotundato, exungue, subcarnoso. *Mandibulæ* corneæ, ovatæ, ventricosæ, externe convexæ, interne planæ, bichelatæ, prægrandes, porrectæ; chelis magis corneis, validissimis, dentiformibus, longitudine mandibularum, compressis, apice acutissimis, arcuatis, latere interno valide dentatis; inferis mobilibus. *Maxillæ* coxiformes, breves, crassæ, cylindricæ, basi contiguæ, inde divaricatæ, angulo interno et apicali in dentem parvum conicum, villosum, producto. *Labium* inter maxillas, ad angulum quo divaricant, exsertum, parvum, corneum, liguliforme, compressum; apice unidentato; dente discreto, antico, inferne arcuato, falcato, aspectu quo labium compresso; labii facie antica lacinias duas parvas, ex angulo supero baseos maxillarum nascentes, inde coalitas, cum stylis duobus, mobilibus, villosis, ad apicem, præbente.

*Corpus* elongatum, molle, cute in annulos plicata. *Thorax* antice segmento maximo, caput referente, scuto duro, subtriangulari, antice latiore, postice truncato, oculifero, supra clypeato, infra os pedesque duos anticos gerente; a tergo in segmenta pedigera divisus, margine antico illorum, priorum præsertim, firmiori, inde magis minusve molli *Abdomen* ovato-oblongum, segmentis, plicisve, octo vel novem. *Oculi* quatuor, ad thoracis scuti marginem anticum, medio tuberculi transverse impositi; duo præcipui, majores, oppositi, contigui, circulares, pupilla elevata, subgranulata, iride radiata; duo alii minimi, intermedii,

inferi, substemmatiformes. *Pedes* elongati, filiformes, pari antico excepto, didymi, basi transverse coaliti; tibiis articulis duobus elongatis; tarsis brevibus, duobus tribusve articulis, ultimo digitis duobus, filiformibus, arcuatis, ad apicem ungue corneo instructis; pedes quatuor antici minores, subæquales; tertii secundos paululum excedentes, quarti longiores; primi tentaculares, basi, intervallo parvo, uno ab altero distantes; coxis triarticulatis; articulo primo majore, maxillis interne subobliquе coadunato, femoribus et tibiis quam in pedum sequentium duobus paribus longioribus; tibiis femoribus longioribus, gracilioribus, spinis nullis terminalibus; tarsis articulo unico brevissimo, ultimo apice exungui; sequentium tibiarum eodem articulo tarsisque spinosis; pedum secundorum coxæ tribus, tertiorum et posticorum quatuor, articulis; coxæ ultimæ et singulæ appendiculis quinque, membranaceis, flabelliformibus, ad angulum complicatis, pedicellatis, in serie longitudinali et infera dispositis.

Observatio. Mandibulæ quorumdam, ad chelarum originem, supra cirrhiferæ. Corpus in omnibus villosum; palpis pedibusque pilis elongatis et setis rigidis, spinas æmulantibus, e puncto glanduloso enascentibus.

Spec. 1. *Galeodes araneoides. Galéode Aranéoïde.*

G. Pallido-flavescens, cinereo mixtus.

*Galéode Aranéoïde.* Oliv. *Encycl. méth. Hist. nat.*, *tom.* 6, *pag.* 580.

*Galéode Aranéoïde.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 313.

Pall. *Spic. zool.*, *fasc.* 9, *pag.* 37, *tab.* 3, *fig.* 7, 8, 9.

*Solpuga Arachnoides.* Lichtenst. *Catal. Hamb.*, 1797, 151, 196.

*Solpuga Araneoides.* Fab. *Suppl. entom. system.*, *pag.* 294.

*Solpuga Arachnoides.* HERBST. *Naturg. solp.*, *tab.* 1, *fig.* 2. SEBA. *Tom.* 4, *tab.* 99, *fig.* 14.

Habitat ad promontorium Bonæ Spei.

ANNOTATIO. A Galeode Russiæ Australis vix differt.

XLV. GENUS. *PHALANGIUM. Faucheur.*

*Phalangium*, LINN., GEOFF., DE GEER, FAB., OLIV., LAM., HERM. — *Opilio*, HERBST.

*Os* constat *rostello* supero, labriformi; *mandibulis palpis*que duobus; *maxillis*, partibusve forma similibus, sex; *labio vagina*que sexuali; hac labii specie et pro illo habita.

*Rostellum* labriforme, sub mandibulis, supra maxillas, et palporum originis medio, insertum, corneum, breve, conicum, recta porrectum, apice acuminatum, corpus membranaceum operiens. *Mandibulæ* sub thoracis marginis antici medio insertæ, longitudinaliter contiguæ, porrectæ, corneæ, subcylindricæ, compressæ, elongatæ, biarticulatæ, ad articulum secundum inflexæ aut geniculatæ; articulo isto apice forcipato; chelis conicis, æqualibus, externa (polliceve), mobili. *Palpi* maxillarum priorum basi superæ, et sub mandibularum ortu, inserti, subfiliformes, articulis quinque, tertio excepto, cylindricis; primo brevissimo; secundo ultimoque longioribus; isto graciliori, ungue parvo, corneo, arcuato, ad apicem instructo; articulo tertio, (basilari excepto) breviore, subconico. *Maxillæ* sex, (corporave illas æmulantia), duplici ordine, oris aperturæ transverse et per paria opposita incumbentes, illam claudentes, brevissimæ, membranaceæ; quatuor superis subvesiculosis, tumescentibus, basi subarticulatim incrassatis, subcylindricis; apice rotundatis, hirsutis; stylo parvo, conico, erecto, ad priorum basin supernam;

inferis

inferis duabus angustis, elongatis, lanceolatis, ligulatis, vaginæ sexualis apici incumbentibus, e pedum secundæ paris origine nascentibus. *Labium* maxillis occultatum, membranaceum, quadratum, apice rotundatum, medio emarginatum. *Vagina* sexualis organum sexuale maris aut oviductum feminæ includens, sub maxillis, pectoris medio longitudinaliterque prominulo, sterniformis, semiteres, apice truncato, labii marginem superum referente.

*Corpus* suborbiculatum aut ovale, molle, cute semicoriacea, latitudine altitudinem paulo superante. *Thorax* semicircularis, tuberculo oculum rotundum pupillaque conspicua, utrinque gerente, marginis postici medium versus. *Abdomen* subtus plicatum. *Pedes* octo, longissimi, tenues; apice volubiles; secundi longiores, tum quarti; tertii primique omnium breviores; *coxæ* articulis tribus; *tibiæ* duobus; *tarsi* plurimis, basilari multo longiore; ungue parvo, corneo, arcuato, ad ultimi apicem.

*I. Pedes secundi corpore sextuplo fere longiores; tarsi omnes tenuissimi, capillares, articulis inferis elongatis, latitudine quadruplo aut magis longioribus.*

Spec. 1. *Phalangium opilio. Faucheur des murailles.*

P. Tuberculo oculifero spinularum corona duplici; corpore ovali, femoribus spinulis distinctis, per series longitudinales plurimas dispositis; dorso cinereo vel testaceo, abdominis medio nigricante; spinis tuberculi oculiferi valde conspicuis; oculis sursum distantibus; spatio thoracis illos præcurrente non abrupte elevato; tibiis anticis angulatis (feminis unisulcatis); palporum articulo secundo sæpius macula nigricante aut obscuriore. — *Mas.* mandibularum articulo secundo ante apicem, transverse

longitudinaliterque præcedenti affixo, dimidio supero conico-elevata, corniformi; palpis corpore longioribus.

*Le Faucheur.* Geoff. *Hist. des Insect.*, *tom.* 2, *pag.* 627, *pl.* 20, *fig.* 6, *n. o.* mas — *p.* femina.

*Faucheur des murailles.* Latr. *Hist. nat. des Fourm. et Recueil de Mém.*, *pag.* 377, *pl.* 12, *fig.* 7. — *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 321.

List. *De Aran.*, *pag.* 94, *tit.* 35, *fig.* 35.

Mas.

*Phalangium cornutum.* Linn. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1028.

Schæff. *Elem. entom.*, *tab.* 99. — *Icon. Insect.*, *tab.* 39, *fig.* 13.

*Faucheur cornu.* De Geer. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 173, *pl.* 10, *fig.* 12.

*Phalangium cornutum.* Fab. *Entom. system.*, *tom.* 2, *pag.* 430.

Herbst. *Naturg. Opil.*, *tab.* 1, *fig.* 3.

Herm. *Mém. aptérol.*, *pag.* 102, *pl.* 8, *fig.* 6.

Femina.

*Phalangium opilio.* Linn. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1027. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2., *n°.* 1992.

*Faucheur des murailles.* De Geer. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 166, *pl.* 10, *fig.* 1.

*Phalangium opilio.* Fab. *Entom. system.*, *tom.* 2, *pag.* 429.

Herbst. *Naturg. Opil.*, *tab.* 1, *fig.* 1.

Herm. *Mém. aptérol.*, *pag.* 98.

Habitat in Europæ plantis, muris.

Observationes. 1°. Differentias sexuum recte vidit celeberrimus Geoffroi, vanæque de his Hermann objurgationes, ut constat observationibus nostris de hujus insecti copulatione. (Libro præcitato : *Hist. nat. des Fourm.*)

2°. Vidi phalangium præcedenti ſere simile, at tibiis anticis

subcylindricis, nec distincte angulatis; palporum articulis tertio quartoque, illo præcipue, ad apicem internum in cornu ramumve productis, ut in *Phalangio uncato* Hermann, *Mém. aptér.*, *pag.* 106, *pl.* 8, *fig.* 5; articulo secundo aliis concolore; corpore supra subnuceo, maculis pallidioribus, nec dorso nigricante; femoribus minus spinosis. Hæc species forte Hermann phalangium relatum, majus, et hoc individuum *femina.*

3°. *Opilio longipes* Herbst, *Naturg. opil.*, *tab.* 2, *fig.* 2, a phalangio *opilione* distinguitur colore pallido-nuceo, macula dorsali nigricante nulla; spinis tuberculi oculiferi brevioribus, minus conspicuis; oculis sursum approximatis, rubicundis, macula nigra impositis; spatio illos antecedente abrupte elevato; palporum articulo secundo aliis concolore; tibiis anticis cylindricis, subspinosulis. *Opilionis* varietas, Hermann. *Mém. aptér.*, *p.* 101.

4°. Hermann ph. *cornigerum* a mare ph. *opilionis*, *cornuto*ve Linnæi discernitur palpis spinosulis, articulis tertio quartoque interne ad apicem prominulis; mandibularum articulo secundo ante apicem tantum, chelas prope, in cornu superne elevato. *Mas* phal. *uncati ?*

Spec. 2. *Phalangium rotundum. Faucheur rond.*

P. Tuberculo oculifero, lævi, nigro; corpore orbiculato-ovali, supra testaceo, dorso *feminæ* macula nigra, pallide punctata, quadrata aut trigona; denticulis duobus supra mandibularum basin; pedibus tenuissimis, nigris, femorum tibiarumque articulorum apicibus plerumque albidis.

*Faucheur rond.* Latr. *Hist. nat. des Fourm. et Recueil de Mém.*, *pag.* 379. — *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 325.

Herbst. *Naturg. Opil.*, *tab.* 4.

Razoum. *Hist. nat. du Jorat*, *tom.* 1, *pl.* 3, *fig.* 13.

Herm. *Mém. aptérol.*, *pag.* 109, *pl.* 8, *fig.* 1.

List. *De Aran.*, *pag.* 95, *tit.* 36.

Frequens Parisiis, in sylva *St.-Germain* dicta; ad pedes Salicum, loco *Petit-Gentilly.*

*Phalangium Chrysomeles* Hermanni hic locandum.

*II. Pedes secundi corpore triplo quadruplove ad magis longiores ; tarsi articulis quarto , quinto et sequentibus parum elongatis , latitudine duplo longioribus.*

Spec. 3. *Phalangium histrix. Faucheur Porc-épic.*

P. Tuberculo oculifero parum elevato , granulis obsolete coronato ; corpore quadrato-ovali , supra cinerescente, vel lutescente-griseo ; coxis thoracisque lateribus spinosulis ; istius marginis antici medio spinis tribus approximatis , porrectis; pedibus pallide lutescentibus, maculis obscuris ; tibiis angulatis ; tarsis articulis triginta aut amplius. — *Femina.* Macula dorsali , nigricante , quadrata.

*Faucheur porc-épic.* Latr. *Hist. nat. des Fourm. et Recueil de Mém.* , *pag.* 376. — *Hist. nat. des Crust. et des Insect.* , *tom.* 7 , *pag.* 323.

*Herm. Mém. aptérol.* , *pag.* 107 , *pl.* 7 , *fig.* 1.

Frequens Parisiis ; affine ph. *cristato* Olivier ( *Encyclop. méthod.* ) , et *opilioni hispido.* Herbst, *tab.* 3, *fig.* 1 , 2.

Spec. 4. *Phalangium quadridentatum. Faucheur à quatre dents.*

P. Tuberculo oculifero , palporum pedumque basi spinosis ; corpore ovali , depresso, obscure cinereo ; thoracis marginis antici medio spina validiori , elevata ; abdomine tuberculorum serie quadruplici , apice quadridentato ; tarsis secundi paris circiter decem et septem articulis.

*Phalangium quadridentatum.* Cuv. *Mag. encycl.*

*Faucheur épineux.* Latr. *Hist. nat. des Fourm. et Recueil de Mém.* , *pag.* 375. — *Faucheur à quatre dents. Hist. nat. des Crust. et des Insect.* , *tom.* 7 , *pag.* 322.

*Phalangium quadridentatum.* Fab. *Suppl. entom. system.* , *pag.* 293

Habitat in Gallia Australi , sub lapidibus ; Parisiis rarum.

Annotationes. *Phalangium annulatum* Hermann , *Mém. aptér.* , *pag.* 110 , *pl.* 7 , *fig.* 2 , ph. *rotundo* admodum simile , et fortuito mandibulis adactylis.

*Phalangium urnigerum* ejusdem, *tab.* 9, *fig.* 2, 3, nomine *palliati*, a nobis designatum. *Hist. nat. des Fourm. et Recueil de Mém.*, *pag.* 378.

*Phalangium* 2-*maculatum* Fabricii, *Herm. tab.* 8, *fig.* 4, tarsis apice subclavatis.

Ad *Trogulos Acaridias*ve forsan revocandum ph. *Melanotarsum* Hermann, *tab.* 5, *fig.* 2.

## XLVI. Genus. *Trogulus. Trogule.*

*Phalangium*, Linn., Fab. — *Acarus*, Scopoli.

*Os* sub thoracis cavitate antica cuculliformi inclusum, *mandibulis*, *palpis*, *maxillisque* duobus, *corporeque labiiformi* medio. *Mandibulæ* cylindricæ, compressæ, elongatæ, biarticulatæ, geniculatæ, articulo ultimo forcipato, chelis subæqualibus, (apicem versus interne unidentatis, corporis labiiformis fossula apicibus insertis.) *Palpi* filiformes, mandibulis paulo longiores, geniculati, e maxillarum basi interna lateralique nascentes, articulis quinque : primo brevissimo ; secundo longissimo, cylindrico ; tertio quartoque mediocribus, cylindrico-conicis ; quarto paululum longiore ; ultimo, cylindrico-ovali, ad apicem ungue minutissimo, corneo, instructo. *Maxillæ* subcorneæ, ovales, cochleariformes, marginatæ, divaricatæ. *Corpus labiiforme* ad angulum ubi divaricantur, parvum, membranaceum, suborbiculatum, veluti e partibus duabus, lunatis, conniventibus, efformatum, spatio medio chelarum apicem recipiente. *Corpus* ovato-ellipticum, depressum, anteriora versus emarginatum, apice rotundo. *Oculi* duo, dorsales, ad corporis partis anticæ cucullatæ originem, intervallo brevi distantes, insertione singuli vix prominula. *Pedes* octo, elongati, filiformes, utrinque e basi communi, a pectore discreta, orti ; secundi quartique longiores, sub-

æquales, tertii primique deinde; omnes coxis tibiisque articulis duobus, tarsis tribus; tarsorum primo longiore, tum ultimo; hujus apice rotundato, ungueo corneo instructo.

Spec. 1. *Trogulus nepæformis. Trogule népiforme.*

T. Obscuro-cinereus, coloreve terreo; abdominis dorsi medio lateribusque obsolete, subcarinatis; tarsorum articuli primi apice externo producto.

*Tab. 6, fig.* 1.

*Trogule népiforme. Latr. Hist. des Crust. et des Insect., tom.* 7, *pag.* 327. — *Faucheur à bec. Hist. nat. des Fourm. et Recueil de Mém., pag.* 374.

*Phalangium tricarinatum. Linn. System. nat., ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1029.

*Acarus nepeformis. Scop. Entom. carn., n°.* 1070.

*Phalangium carinatum. Fab. Entom. system., tom.* 2, *pag.* 431.

*Walck. Faun. Paris., tom.* 2, *pag.* 252.

*Ræm. Gener. Insect., tab.* 29, *fig.* 8?

Habitat in Gallia, Germania, sub lapidibus.

## XLVII. Genus. *Siro. Ciron.*

*Os* detectum, *mandibulis* duabus, biarticulatis, cylindricis, compressis, apice forcipatis, longitudine fere corporis, apicibus, inter *maxillas* duas longitudinales, angustas, intus marginatas, repositis. *Palpi* duo articulis quinque, elongatis, secundo longiori, ut in generibus præcedentibus configurati. *Corpus* ovale. *Oculi* duo, inter se valde distantes, thoracis ad latera, tuberculo erecto pedunculove impositi. *Abdomen* supra et infra annulatum. *Pedes* elongati, filiformes; insertione privata; tibiis tarsisque articulis duobus; horum ultimo clavato, majore, ungue arcuato instructo.

SPEC. 1. *SIRO RUBENS. Ciron rougeâtre.*

S. Pallide ruber; pedibus dilutioribus.

*Tab. 6, fig. 2. Amplificatum; scala longitudinis adjecta.*

*Ciron rougeâtre. LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom. 7, pag. 329. — Préc. des car. génér. des Insect., pag. 185.*

Habitat in Gallia, ad radices arborum, sub muscis.

Cum *Phal. rubente* Hermann comparandus, *Mém. aptér., pag.* 105.

## FAMILIA QUINTA.

### PYCNOGONIDES. *PYCNOGONIDES.*

*I. Mandibulæ (biarticulatæ); pedes decem, antici duo spurii, inflexi, oviferi.*

### XLVIII. GENUS. *NYMPHON. Nymphon.*

*Phalangium, LINN. — Pycnogonum, OTH. FAB., MULL. — Nymphon, FAB., LAMARCK.*

*Mandibulæ* didactylæ. *Palpi* duo.

SPEC. 1. *NYMPHON GROSSIPES. Nymphon grossipède.*

N. Corpore glabro; pedibus longissimis.

*Nymphon grossipes. FAB. Entom. system., tom. 4, pag. 417.*

*Nymphon grossipède. LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom. 7, pag. 333.*

*Phalangium grossipes. LINN. System. nat., ed. 13, tom. 1, pars 2, pag. 1027.*

*Pycnogonum grossipes. OTH. FAB. Faun. Groenl., pag. 229.*

*Pycnogonum grossipes. MULL. Zool. dan., tom. 2, pag. 67, tab. 119, fig. 5 — 9.*

*STRŒM. Sondm., tom. 1, pag. 208, tab. 1, fig. 16.*

Habitat in mari Norwegico, *mytilorum* testas penetrans et exhauriens.

### XLIX. GENUS. *PHOXICHILUS. Phoxichile.*

*Pycnogonum, OTH. FABRICII.*

*Mandibulæ* monodactylæ. *Palpi* nulli.

Spec. 1. *Phoxichilus spinipes. Phoxichile à pattes épineuses.*

*Phoxichile.* Latr. *Nouv. Dict. d'Hist. nat.*, *tom.* 24, *tabl.*, *pag.* 137.

*Pycnogonum spinipes.* Oth. Fab *Faun. Groenl.*, *pag.* 232.

*Nymphon hirtum?* Fab. *Entom. system.*, *tom.* 4, *pag.* 417.

Habitat ad littora maris Norwegici.

*II. Mandibulæ nullæ ; pedes octo.*

L. Genus. *Pycnogonum. Pycnogonon.*

*Pycnogonum*, Brunnich., Mull., Oth. Fab., Joan. Fab., Oliv., Lamarck.

Spec. 1. *Pycnogonum balænarum. Pycnogonon des Baleines.*

*Pycnogonum.* Brunn. *Entom.*, *pag.* 84, *fig.* 4.

*Pycnogonum Balœnarum.* Fab. *Entom. system.*, *tom.* 4, *pag.* 416.

*Pycnogonon des Baleines.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 332.

Strœm. *Sondm.*, *tom.* 1, *pag.* 209, *tab.* 1, *fig.* 17.

Habitat in Oceani Europæi littoribus, sub lapidibus.

Annotatio. *Pycnogonum Ceti* Fabricii generis nostri *Cyami* typus.

## FAMILIA SEXTA.

### ACARIDIÆ. *ACARIDIES.*

*I. Palpi exserti, prominuli.*

LI. Genus. *Trombidium. Trombidion.*

*Trombidium*, Fab., Oliv., Lam., Herm. — *Acarus*, Linn., Geoff., de Geer.

*Palpi* elongato-conici, labii laterum posticorum ad basin inserti, incurvi, articulis quatuor; primo brevissimo; secundo majore; tum tertio; ultimo conico, apice saltem corneo, unguiformi, acuto, subtus, ad basin,

basin, appendice pendula, mobili, polliceve, subcylindrico, instructo, (subchelato). *Mandibulæ* duæ corneæ, compressæ, basi incurvæ, postea subelongato-quadratæ, modo perpendiculari paralleloque labio longitudinaliter inclusæ, apice inferiore ungue corneo, valido, compresso, recurvo, mobili, munito. *Labium* membranaceum, subconicum, mandibulas vaginans. *Corpus* subovale, aut subquadratum posticeque angustius, in duas partes transverse veluti divisum; antica thoracica, firmiore, humiliore, angustiore, os, oculos, pedes quatuor anticos gerente; postica abdominali, multo majore, mollissima, pedes quatuor posteriores et a præcedentibus intervallo notabili distantes, ferente. *Oculi* utrinque duo, bini, ad apicem pedunculi, cylindrici, erecti, impositi. *Pedes* articulis sex, unguibus duobus brevissimis, compressis, arcuatis, in fissura tarsorum apicis media, absconditis; antici duo sæpius longiores.

Spec. 1. *Trombidium tinctorium. Trombidion colorant.*

T. Subquadratum, coccineum, immaculatum, tomentoso-hirsutissimum; pilis setaceis, elongatis, barbatis.

*Trombidium tinctorium.* Fab. *Entom. system.*, *tom.* 2, *p.* 398.

*Trombidion colorant.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 397, *pl.* 61, *fig.* 1.

Herm. *Mém. aptér.*, *pag.* 20, *pl.* 1, *fig.* 1.

*Acarus tinctorius.* Linn. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1025.

Pall. *Spicil. zool.*, *fasc.* 9, *pag.* 42, *tab.* 3, *fig.* 11.

Slabb. *Microsc.*, *tab.* 2.

Habitat in Guinea.

Spec. 2. *Trombidium holosericeum. Trombidion satiné.*

T. Subquadratum, coccineum, immaculatum, tomentosum;

tomento brevi, e pilis, papillisve, cylindricis, apice rotundatis, aut obtusis, efformato.

*Trombidium holosericeum.* Fab. *Entom. system., tom.* 2, *pag.* 398.

*Trombidion satiné.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 7, *pag.* 396.

Herm. *Mém. aptérol., pag.* 20, *pl.* 1, *fig.* 2; *et pl.* 2, *fig.* 1.

*Acarus holosericeus.* Linn. *System. nat., ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1025. — *Faun. Suec., ed.* 2, *n°.* 1979.

*La Tique rouge satinée, terrestre.* Geoff. *Hist. des Insect., tom.* 2, *pag.* 624.

*Mitte satinée terrestre.* De Geer. *Mém. s. l. Insect., tom.* 7, *pag.* 136, *pl.* 8, *fig.* 12, 13.

List. *De Aran., pag.* 100, *tit.* 38, *fig.* 38.

Habitat in Europa; frequens vere primo, in hortorum muris, arboribus.

Spec. 3. *Trombidium fuliginosum. Trombidium fuligineux.*

T. Elongato-subquadratum, obscure rubrum, immaculatum, tomentosum; tomento brevi, pilis barbatis.

Herm. *Mém. aptérol., pag.* 23, *pl.* 1, *fig.* 3.

Habitat in Gallia.

## LII. Genus. *Erythræus. Erythrée.*

*Acarus*, de Geer. — *Trombidium*, Hermann.

*Palpi* elongati, conici, articulo ultimo subtus appendice mobili instructo, subchelato. *Pedes* quatuor antici a cæteris intervallo notabili nec distantes, nec corporis parti ab abdomine discretæ, inserti. *Oculi* duo, sessiles.

Spec. 1. *Erythræus phalangioides. Erythrée Faucheur.*

E. Pedibus longissimis, articulo ultimo lato, compresso; posticis primis deinde longioribus; corpore obscure-rubro; fascia dorsali flavo-aurantia.

*Mitte Faucheur.* De Geer. *Mém. s. l. Insect., tom.* 7, *pag.* 134, *pl.* 8, *fig.* 7, 8.

*Trombidion Faucheur.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 7, *pag.* 397.

Herman. *Mém. aptérol., pag.* 53, *pl.* 1, *fig.* 10.

Habitat humo, in Europa, velocissime currens.

Cum *Acaro rupestri* Linnæi conferendus.

## LIII. Genus. *Gamasus. Gamase.*

*Acarus*, Linn., Geoff., de Geer, Fab., Oliv. — *Trombidium*, *Acarus*, Hermann.

*Palpi* appendice pendula mobilique nulla. *Pulvilli* vesiculosi (unguiculati ?) ad tarsorum apicem.

### *I. Corpus cute molli, dorso haud coriaceo.*

Observatio. *Trombidia Acari*que perpauca Fabricii, Hermann, huc referenda. Specierum illarum designationem nondum satis exploravi. Sequentes, anxie tamen, indicabo : *Trombidium trimaculatum* Hermann ; ejusdem *miniatum*, *parietinum* (*Acarus baccarum ?* Linn.) *cornigerum*, *lapidum*, *telarium*, *sociale*, *Acarus Hirundinis*, *Vespertilionis*; insecta forte genus peculiare constituentia. Trombidium *trimaculatum* figuravit etiam Rossi, *Faun. Etrusc. Mant.* 2, *tab.* 7, *fig.* 1.

### *II. Corpus (depressum) cute dorsali partim aut omnino coriacea.*

Spec. 1 *Gamasus coleoptratorum. Gamase des Coléoptères.*

G. Dorsi dimidio antico maculaque trigona postica, coriaceis, fuscis ; pedibus primis ultimis paulo longioribus.

*Gamase des Coléoptères.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 7, *pag.* 399. — *Gen.* Carpais. *Préc. des carac. gén. des Insect., pag.* 184.

*Acarus Coleoptratorum.* Linn. *System. nat., ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1026. — *Faun. Suec., ed.* 2, *n°.* 1973.

*La mitte des Coléoptères.* Geoff. *Hist. des Insect.*, *tom.* 2 ; *pag.* 623.

*Mitte des Bourdons.* De Geer. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 112, *pl.* 6, *fig.* 15.

*Acarus Coleoptratorum.* Fab. *Entom. system.*, *tom.* 4, *pag.* 432.

Herm. *Mém. aptérol.*, *pag.* 74.

Rœs. *Insect.*, *tom.* 4, *tab.* 1, *fig.* 10 — 15.

Habitat in excrementis bovinis, equinis, coleopterisque illuc advenientibus, *scarabaeidibus*, *Necrophoris*, maxime, se affigens.

Spec. 2. *Gamasus marginatus. Gamase bordé.*

G. Ovatus, brunneus, pilosus, supra infraque coriaceus, abdominis marginibus solis membranaceis, albidis ; pedibus anticis corpore fere duplo longioribus.

Herm. *Mém. aptérol.*, *pag.* 76, *pl.* 6, *fig.* 6.

In cadaveris humani *corpore calloso* a doctore Hermann lecta ; sub plantis putrescentibus, in fimo, Parisiis, a me sæpius detecta. Ab *Acaro Cellari* ejusdem differt pedibus valde inæqualibus, abdomine immarginato : istum non vidi ; forte idem insectum.

*Gamasis* associandi *Acarus longipes* Hermann, *tab.* 1, *fig.* 8 ; Ejusd. A. *testudinarius*, *tab.* 9, *fig.* 1 ; A. *Crassipes.*, *tab.* 3, *fig.* 6. Primus, errore profecto, in icone, pedibus decem gaudet. Affinis, ut subsequens, *Gamaso marginato.* Ultimus tertiusve pedibus secundis crassissimis, dentatis, facile agnoscendus.

### *II. Palpi brevissimi, haud exserti.*

### LIV. Genus. *Oribata. Oribate.*

*Acarus*, Linn., Geoff., de Geer, Fab., Oliv. — *Notaspis*, Hermann.

*Corpus* cute coriacea ( dorso sæpius clipeato ), antice rostratum ; rostro instrumenta cibaria includente. ( *Tarsi* ad apicem sæpius tribus unguibus instructi ).

*I. Abdomen subglobosum, nec antice angulatim productum, nec alatum.*

SPEC. 1. *ORIBATA GENICULATA. Oribate gros-genoux.*

O. Fusco-castanea, nitida, pilosa; pedibus pallido-fuscis, femoribus subclavatis.

*Oribate gros-genoux.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 7, *pag.* 400. — *Gen.* ACARUS. *Préc. des caract. génér. des Insect., pag.* 184.

*Acarus geniculatus.* LINN. *System. nat., ed.* 13, *tom.* 1, *pag.* 1025. — *Faun. Suec., ed.* 2, *n°.* 1977.

*La tique noire et lisse des pierres.* GEOFF. *Hist. des Insect., tom.* 2, *pag.* 626.

*Mitte de l'écorce des arbres.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect., tom.* 7, *pag.* 131, *pl.* 8, *fig.* 1.

HERM. *Mém. aptérol., pag.* 88, *pl.* 4, *fig.* 7.

Habitat in Europæ arboribus, lapidibus.

*Notaspis corynopus* Hermann a *notaspide castaneo* ejusdem parum diversus, pedum articulo penultimo subfurcato, si fides Iconi adhibenda, distinctus.

SPEC. 2. *ORIBATA THELEPROCTUS. Oribate théleprocte.*

O. nigra; dorso clypeato; clypeolo per circulos concentricos diviso, striato.

HERM. *Mém. aptérol., pag.* 91, *pl.* 7, *fig.* 5, K. L. M.

Frequens Brivæ, in arboribus; forma clypeata, motu lentissimo, Testudinibus proxima accedens.

SPEC. 3. *ORIBATA CASSIDEA. Oribate cassidée.*

O. Castanea; scuto depresso, hyalino; pedibus primis anteniformibus, motatoriis.

HERM. *Mém. aptérol., pag.* 93, *pl.* 6, *fig.* 2.

Inter muscos, Argentorati.

*II. Abdomen subglobosum; laterum anticorum margine in angulum producto, vel aliformi.*

SPEC. 4. *ORIBATA ALATA. Oribate ailée.*

O. Abdomine obscure castaneo, glaberrimo; lateribus solute alatis.

*Acarus coleoptratus.* Linn. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1023. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 1973.

Herm. *Mém. aptérol.*, *pag.* 92, *pl.* 4, *fig.* 6.

In muscis, Argentorati.

Spec. 5. *Oribata humeralis. Oribate huméral.*

O. Abdomine nigricante-castaneo, glaberrimo; lateribus ad angulum rectum, antice, membranaceo-productis.

Herm. *Mém. aptérol.*, *pag.* 92, *pl.* 4, *fig.* 5.

*Mitte à rebord.* De Geer. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 133 ? *pl.* 8, *fig.* 6.

Habitat cum præcedentibus.

### *III. Abdomen subquadratum, nec antice angulatim productum, nec alatum.*

Spec. 6. *Oribata tegeocrana. Oribate tégéocrane.*

O. Abdomine oblongo, margine anteriore setis quatuor albis; capite scuto triangulari tecto, squamula laterali pellucida.

Herm. *Mém. aptérol.*, *pag.* 93, *pl.* 4, *fig.* 3, 4.

Habitat cum præcedentibus.

Spec. 7. *Oribata horrida. Oribate horrible.*

O. aspera; abdomine postice bidentato, quadrihamato.

Herm. *Mém. aptérol.*, *pag.* 90, *pl.* 6 *fig.* 3.

Habitat cum præcedentibus.

## LV. Genus. *Acarus. Mite.*

*Acarus*, Linn., Geoff., de Geer, Fab., Oliv., Hermann.

*Corpus* molle, instrumentis cibariis nudis. *Tarsi* vesicula apicali, pedunculata.

Spec. 1. *Acarus domesticus. Mite domestique.*

A. Albus, maculis binis fuscis; corpore ovato, medio co arctato, pilis longissimis; pedibus æqualibus.

*Acarus siro.* Linn. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1024. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 1975.

*Ciron du fromage.* Geoff. *Hist. des Insect.*, *tom.* 2, *p.* 622.

*Mitte domestique.* De Geer. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 88, *pl.* 5, *fig.* 1, 2, 3, 4.

*Acarus siro.* Fab. *Entom. system.*, *tom.* 4, *pag.* 430.

*Mite domestique.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 400, *pl.* 66, *fig.* 2, 3. — *Gen.* Tyroglyphus. *Préc. des caract. génér. des Insect.*, *pag.* 185.

Habitat in caseo, farina, diutius asservatis.

Spec. 2. *Acarus farinæ. Mite de la farine.*

A. oblongus, albus; capite rufescente; pedibus conicis, crassioribus, æqualibus.

*Mitte de la farine.* De Geer. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 97, *pl.* 5, *fig.* 15.

*Mite de la farine.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 400.

Schrank. *Enum. Insect. aust.*, *n°.* 1051, *tab.* 3, *fig.* 4.

Nota. *Acari lactis*, *dysenteriæ* Linnæi, Fabricii, ab illo specifice distincti? Forte idem animalculum ætatibus diversis. *Acarus dimidiatus* Hermann, *tab.* 6, *fig.* 4, ab *Ac. domestico* haud multum differt. Ejusdem *Acarus favorum* ab *Acaro farinæ* nostro haud diversus. Genus hoc forte cum sequenti ad examen usque ulterius conjungendum.

## FAMILIA SEPTIMA.

### RICINIÆ. *TIQUES.*

*I. Corpus mollissimum, crassiusculum, cute dorsali haud coriacea; oculi conspicui.*

LVI. Genus. *Sarcoptes. Sarcopte.*

*Acarus*, Linn., Geoff., de Geer, Fab., Oliv., Hermann.

Spec. 1. *Sarcoptes passerinus. Sarcopte des Moineaux.*

S. Pedibus tertiis crassissimis.

*Sarcopte des moineaux.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 54, *pl.* 67, *fig.* 9.

*Acarus passerinus.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pag.* 1023.

*Mitte des moineaux.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 109, *pl.* 6, *fig.* 12.

*Acarus passerinus.* FAB. *Entom. system.*, *tom.* 4, *pag.* 429.

HERM. *Mém. aptérol.*, *pag.* 82, *pl.* 3, *fig.* 7.

*Pulex Sturni.* REDI. *Opusc.*, *tom.* 1. *Insect.*, *tab.* 2, *fig.* 4.

Habitat in avibus.

ANNOTATIO. Tarsi vesicula pedunculata, apicali; *Acarus* n°. 14 Geoffroi diversus, e genere *Caris.*

SPEC. 2. *SARCOPTES SCABIEI. Sarcopte de la gale.*

S. Subrotundus; pedibus brevibus, rufescentibus; posticis quatuor seta longissima; plantis quatuor anticis capitulo terminatis.

*Sarcopte de la gale.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 55; *et tom.* 7, *pl.* 66, *fig.* 8. — *Nouv. Dict. d'Hist. nat.*, *tom.* 20, *pag.* 137.

*Le ciron de la gale.* GEOFF. *Hist. des Insect.*, *tom.* 2, *p.* 622.

*Mitte de la gale.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 94, *pl.* 5, *fig.* 12, 13.

*Acarus scabiei.* FAB. *Entom. system.*, *tom.* 4, *pag.* 430.

Habitat in scabiei ulceribus.

Cum illo confer *Ac. exulcerantem* Linnæi, *system. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1024. Pediculum loco hujus insecti delineavit Villers, *Entom.*, *tom.* 4, *tab.* 11, *fig.* 6.

Sarcoptibus acarisve nostris associandi acari sequentes : *Destructor* Schrank (*Enum. Insect. aust.*, *n°.* 1057); *torosus* Hermann. Hujus *Acarus flavicans Liviæ juncorum* larva.

## LVII. GENUS. *CHEYLETUS. Cheylète.*

*Corpus* brachiis duobus anticis crassissimis, apice falcatis.

SPEC. 1.

SPEC. 1. *CHEYLETUS ERUDITUS. Cheylète érudit.*

*Cheylète érudit.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 54.

*Acarus eruditus.* SCHRANK. *Enum. Insect. Aust.*, n°. 1058. *tab.* 2, *fig.* 1. — *Pediculus Musculi*, n°. 1024, *tab.* 1, *fig.* 5.

Habitat in libris, musæis.

LVIII. GENUS. *SMARIS. Smaris.*

*Acarus*, SCHRANK. — *Trombidium*, HERMANN.

*Os* in rostrum elongatum, porrectum, subcylindricum, apice sensim paulo graciliore, truncato, productum, e maxillis duabus setiformibus, longioribus, labioque efformatum. *Palpi* rostrum longitudine vix excedentes, subparalleli, porrecti, recti, subcylindrici, articulis quatuor, ultimo setis nullis elongatis, distinctis, apicalibus.

*Corpus* ovale, squamosum (rubrum). *Oculi* duo. *Pedes* antici longiores; postici quatuor subremoti.

SPEC. 1. *SMARIS SAMBUCI. Smaris du sureau.*

*Smaris du sureau.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 54. — *Genr.* SMARIS. *Préc. des caract. génér. des Insect.*, *pag.* 180.

*Acarus sambuci.* SCHRANK. *Enum. Insect. Aust.*, n°. 1085.

HERM. *Mém. aptérol.*, *pag.* 30, *pl.* 2, *fig.* 8; *et pl.* 9, *fig.* L, M, N.

Habitat in arboribus; Brivæ, in Gallia Australi, lectus.

LIX. GENUS. *BDELLA. Bdelle.*

*Bdella*, LATR., LAM. — *Acarus*, LINN., FAB. — *Chelifer*, GEOFF. — *Scirus*, HERMANN.

*Os* in rostrum elongatum, depresso-conicum, vel subulatum, valvulis setisve (maxillis et labio) tribus, subæqualibus, lanceolatis. *Palpi* elongati, sæpius geniculati,

articulo ultimo pilis setisve duobus, elongatis, distinctis.

*Corpus* ovatum (coccineum), transverse subbipartitum. *Oculi* quatuor. *Pedes* postici longiores.

SPEC. 1. *BDELLA RUBRA. Bdelle rouge.*

B. Antennis geniculatis, articulis secundo tertioque brevissimis, primo et ultimo elongatis; rostro thorace longiore, subulato; corpore coccineo; pedibus pallidioribus.

*Bdelle rouge.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 53, *pl.* 67, *fig.* 7. — *Genr.* BDELLE. *Préc. des caract. génér. des Insect.*, *pag.* 180.

*Bdella rubra.* LAM. *Syst. des An. sans vertèb.*, *pag.* 179.

*Acarus longicornis.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1026. — *Faun. Suec.*, *edit.* 2, *n°.* 1985.

*La pince rouge.* GEOFF. *Hist. des Insect.*, *tom.* 2, *pag.* 618, *pl.* 20, *fig.* 5.

HERM. *Mém. aptérol.*, *pag.* 61, *pl.* 3, *fig* 9, *et pl.* 9. S.

Habitat in Europa, sub lapidibus.

OBSERVATIO. Haud valde diffinis *Scirus longirostris* Hermann, *pag.* 62, *tab.* 6, *fig.* 12, has præter species duas memorat: *latirostrem, setirostrem.* Prior distinguitur rostro thorace breviore; antennis triarticulatis, ultimo breviore; posterior, rostro subulato, antennis biarticulatis, apice unisetis. Inter muscos, cum præcedenti collectæ.

*II. Corpus sæpius cute partim aut plane coriacea, depressum, membranaceum fere, insecto jejuno; oculi indistincti. (Haustellum laminis tribus corneis, durissimis, lateraliter dentatis, infera validiore; Insecta Mammalium, Avium, Reptilium, sanguinem sugentia.)*

LX. GENUS. *ARGAS. Argas.*

*Acarus*, FAB. — *Rhynchoprion*, HERMANN.

*Palpi* rostrumque distincta, infera; palpis conicis, brevibus, incurvis, quadriarticulatis. *Corpus* ovatum,

membranaceum, cute supera non magis antice quam postice coriacea. *Pedes* e ventris fere medio nascentes, unguibus duobus apicalibus, insertis, elongatis, articuli rotundati ad basin.

Spec. 1. *Argas reflexus. Argas bordé.*

A. Pallido-flavescens, aut carneo-violaceus, marginatus, squamulis brevissimis, vasis sanguiferis ramosis.

*Tab.* 6, *fig.* 3. *Amplificatus, scala longitudinis adjecta.*

*Argas bordé.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 53. — *Genr.* Argas. *Préc. des caract. génér. des Insect.*, *pag.* 178.

*Acarus marginatus.* Fab. *Entom. system.*, *tom.* 4, *pag.* 427.

Coqueb. *Illust. Iconog. Insect.*, *dec.* 3, *tab.* 27, *fig.* 11.

Herm. *Mém. aptérol.*, *pag.* 69, *pl.* 4, *fig.* 10, 11.

Habitat in Galliæ domibus, columbarum sanguinem hauriens.

Observatio. *Acarus Nigua* De Geer, *tom.* 7, *pl.* 37, *fig.* 9, 10. *Rhyncoprion americanum* Hermann, *pag.* 71, Ixodibus forma corporis, rostro terminali assimile; palpis filiformibus, triarticulatis (vide Iconem De Geer), rostrum non vaginantibus, ab his recedere videtur forteque generis peculiaris typus.

### LXI. Genus. *Ixodes. Ixode.*

*Acarus*, Linn., Geoff., de Geer, Fab., Oliv. — *Cynorhæstes*, Hermann.

*Palpi* terminales, porrecti, brevissimi, coriacei, plani, depressi, longiores quam latiores, subæque lati, apice rotundati, aut obtusi, basi haustelli pedunculoque communi inserti, haustellum intus vaginantes rostrumque elongato-quadratum, depressum, obtusum, cum illo efformantes, triarticulati; articulo baseos minimo; aliis subæqualibus, latere interno cavis; ultimo in aliquibus veluti pervio. *Haustellum* corneum, lamellis tribus;

duabus superis ad basin, infera multo brevioribus, semitubum efficientibus et apice subexterne rejectis, dentatis; lamina infera multo majore, porrecta, lineari, depressa, medio supra canaliculata, lateribus valde serrata, apice obtusa.

*Corpus* ovato-orbiculatum, antice membranaceum, emarginatum, pro insertione rostri; parte dorsi vicina sæpius magis coriacea, thoracem referente. *Pedes* fere marginibus lateralibus inserti, articulis crassis; ultimo unguibus duobus, vesiculæ insertis; vesicula pedunculata.

SPEC. 1. *IXODES RICINUS. Ixode Ricin.*

I. Rostro, macula antica dorsali, thoracica, pedibusque atro-sanguineis; abdomine (insecto jejuno) dilutius rubro, villis raris, lateribus marginatis; palpis liberis, aut haustellum vix vaginantibus, oblongis.

*Ixode Ricin.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 51; *et tom.* 7, *pl.* 66, *fig.* 4 — 7. — *Genr.* IXODE. *Préc. des caract. génér. des Insect.*, *pag.* 179.

*Acarus Ricinus.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 1023. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 1967.

*La Tique des chiens.* GEOFF. *Hist. des Insect.*, *tom.* 2, *p.* 621.

*Mitte Reduve.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 101, *pl.* 6, *fig.* 1, 2.

*Acarus Ricinus.* FAB. *Entom. system.*, *tom.* 4, *pag.* 425.

HERM. *Mém. aptérol.*, *pag.* 65.

FRISCH. *Insect.*, *tom.* 5, *tab.* 19.

Habitat in lucis, sylvis Europæ, Canibus, Bobus se affigens tenaciterque adhærens.

OBSERVATIO. *Acarus sanguisugus* Fabricii, forsan quoque A. *holsatus*, idem insectum jejunum. Confer ejusdem *Acarum pallipedem* cum A. *ricinoide* De Geer, *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 98, *pl.* 5, *fig.* 16, 17.

SPEC. 2. *IXODES SANGUINEUS. Ixode sanguin.*

I. Sanguineus, punctatus, postice lineolis tribus impressis; dorso antico macula nulla thoracica, distincta.

Habitat in Gallia; I. *Ricino* paulo minor: vide *Acarum lipsiensem* celeberrimi Fabricii.

SPEC. 3. *IXODES RETICULATUS. Ixode réticulé.*

I. Infra intensive sanguineus, supra albicans, fusco-sanguineo variegatus, maculis dorsalibus obscure marginatis; abdominis lateribus marginatis, punctatis, striatis; palpis subovalibus.

*Ixode Reduve.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 8, *pag.* 51.

*Acarus Reduvius.* SCHRANK. *Enum. Insect. Aust.*, *n°.* 1043, *tab.* 3, *fig.* 1, 2.

*Acarus reticulatus.* FAB. *Entom. system.*, *tom.* 4, *pag.* 428.

RŒM. *Gener. Insect.*, *tab.* 29, *fig.* 7.

HERM. *Mém. aptérol.*, *pag.* 67.

Frequens in Galliæ plantis, præsertim *Genistis*, Boves infestans, suctu admodum turgidus, lineas fere quinque longus, tuncque abdomine cinereo aut pallide flavescente.

*Acarus Reduvius* Hermann, *pag.* 66, forte et idem Linnæi, aut varietas. Præcedenti multum affinis; obscure sanguineus, rostro, macula dorsali antica, pedum baseos articulis, albicantibus; macula dorsali lineolis duobus longitudinalibus, contrarie arcuatis, ad punctum impressum incipientibus, maculis punctisve duobus intermediis, obscure sanguineis; abdomine profunde punctato, subrugoso, radiatim postice striato; punctis impressis marginalibus magis obviis. *Acarus radiatus* Scopoli cum illis conferendus.

## LXII. GENUS. *UROPODA. Uropode.*

*Acarus*, DE GEER.

*Rostellum*? sub corporis marginis antici medio. *Palpi* haud conspicui. *Pedes* brevissimi (in quiete corpori infero appressi, complicati); quarti longiores, tum tertii; primi brevissimi, in cavitate utrinque antica et infera

recipiendi; spatio intercepto sublabiiformi. *Corpus* ovale-orbiculatum, dorso corneo, clipeiformi, disco sensim convexo; infra planiusculum; anus, Insectis *coleopteris*, pedunculo filiformi, elongato, infixus.

Spec. 1. *Uropoda vegetans. Uropode végétante.*

Brunnea, lævissima, nitida.

*Mitte végétative.* De Geer. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 123, *pl.* 7, *fig.* 15.

*Mite végétative.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 7, *pag.* 381; *et tom.* 8, *pl.* 67, *fig.* 8.

Frequens apud nos, et *Histerum* abdomini pedibusque fixus.

## FAMILIA OCTAVA.

### HYDRACHNELLÆ. (1) *HYDRACHNELLES.*

### LXIII. Genus. *Eylais. Eylaïs.*

*Eylaïs*, Latr., Lam. — *Hydrachna*, Mull., Oliv. — *Trombidium*, Fabricii.

*Mandibulæ* depressæ, apice ungue instructæ, in labio receptæ. *Palpi* elongato-conici, arcuati, articulis tribus aut quatuor, acuti.

Spec. 1. *Eylais extendens. Eylaïs étendue.*

E. Oculis quatuor; corpore rotundato, nitido, glabro, rubro, immaculato; pedibus posticis strictis.

*Gen.* Eylais. Latr. *Préc. des caract. génér. des Insect.*, *pag.* 182 — *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 34.

*Eylais extendens.* Lam. *System. des Anim. sans vert.*, *pag.* 177.

L. Ænea; elytris punctato-striatis; stria quarta, a sutura, ſoveolis tribus.

*Tab.* 7, *fig.* 5. *Aucta*, *cum longitudinis scala.*

*Loricère bronzée.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 274, *pl.* 73, *fig.* 2.

*Le Bupreste à six points enfoncés.* Geoff. *Hist. des Insect.*, *tom.* 1, *pag.* 147.

*Carabus pilicornis.* Fab. *System. eleut.*, *tom.* 1, *pag.* 193.

*Carabe pilicorne.* Oliv. *Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 35, *pl.* 11, *fig.* 119.

Panz. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 11, *fig.* 10.

Habitat in Gallia, Germania.

*II. Labium*

*II. Labium transversum ; palpi ejus marginis superi medio inserti, basi contigui.*

( *Corpus subhæmispherico-ovatum ; thorax brevis, transversus.* )

CIII. Genus. *Omophron. Omophron.*

*Scolytus, Fab. — Carabus, Olivier.*

Spec. 1. *Omophron limbatum. Omophron bordé.*

O. Pallido-ferrugineum ; capitis vertice, thoracis macula postica, elytrorum macula humerali, sutura fasciisque duabus transversis, viridibus.

*Tab. 7, fig. 7. Auctum, longitudinis scala adjecta.*

*Omophron bordé. Latr. Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 284, *pl.* 73, *fig.* 4.

*Scolytus limbatus. Fab. Syst. eleut.*, *tom.* 1, *pag.* 247.

*Carabe bordé. Oliv. Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 35, *pl.* 4, *fig.* 43. *a. b.*

*Panz. Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 2, *fig.* 9.

Habitat in Galliæ, Germaniæ locis sabulosis, humidis.

*Larvam* observavit *Anselmus* Desmarets. *Corpus* elongatum, conicum, depressum, antice latius, segmentis duodecim, quorum tria antica latiora, pedigera. *Antennæ* duæ, setaceæ, secundum latera ante oculos insertæ, articulis quinque, tribus baseos crassioribus. *Oculi* duo parvi, nigri. *Os* mandibulis duabus elongatis, arcuatis, intus denticulatis ; *maxillis* duabus linearibus, apice subulatis denteque interno acutiusculo ; *palpis* duobus subulatis ; *labio* elongato, apice palpos duos biarticulatos gerente. *Caput* trapezoidale, segmento sequenti latius, supra subtiliter punctatum, retrorsum arcuatim impressum, lateribus dilatatis. *Thorax* segmentis tribus, aliis novem majoribus, antico præsertim. *Abdomen* articulo ultimo seta erecta, quadriarticulata et apice bipili. *Pedes* sex, per paria, totidem thoracis segmentis affixi, retrorsum arcuatim flexi, corporis medio, primo intuitu, veluti inserti, subelongati, e femore, tibia, tarso biarticulato, subtus rigide piloso et unguibus duobus acutis terminato. Insecto

vivente, *corpus* nigricanti-griseum; capite, segmenti primi parte antica pedibusque obscuro-ferrugineis; oculis mandibularumque apicibus nigris; labio, palpis tarsisque diluto-rufis. In Sequanæ ripis, prope Lutetiam, loco valde circumscripto, ubi crescunt *potentilla anserina, polygonum persicaria,* cum insecto elarvato observata, agilissima, tactu corporis, posteriora erigens *Staphylinorum*, *Forficularum* modo insectis minimis victitans. Hujus familiæ genera modo expeditiore tyronibusque accomodatiore sic ordinari possunt:

### *I. Tibiæ neutiquam emarginatæ.*

1. *Palpi maxillares externi labialesque articulo ultimo brevi, ad summum duplo longiore quam latiore, cochleariformi aut subsecuriformi.*

*(Corpus haud valde depressum.)*

*Cychrus.* Palpi maxillares externi labialesque articulo ultimo cochleariformi; mandibulæ intus dentatæ.

*Calosoma.* Thorax orbiculatus; abdomen subquadratum.

*Carabus.* Thorax truncato-cordatus aut subquadratus; abdomen ovale.

2. *Palpi maxillares externi labialesque articulo ultimo elongato.*

*(Corpus valde depressum.)*

*Nebria.* Palpi maxillares externi labialesque capite non duplo longiores; mandibulæ ad basin externam non admodum dilatatæ.

*Pogonophorus.* Palpi maxillares externi labialesque capite duplo longiores; mandibulæ ad basin externam valde dilatatæ.

### *II. Tibiæ anticæ emarginatæ.*

1. *Elytra apice haud truncata.*

*Omophron.* Corpus subhæmispherico-ovale.

*Loricera.* Caput collo abrupte distincto; palpi filiformes; antennarum articulis inferis ab aliis forma, magnitudine, diversis, pilosis.

*Panagæus.* Caput collo abrupte distincto ; palpi articulo ultimo securiformi.

*Scarites.* Antennæ moniliformes , articulo secundo tertio longiore ; tibiæ anticæ palmatæ ; mandibulæ latere interno inæquali , dentato , aut prominente.

*Clivina.* Antennæ moniliformes , articulo secundo tertio longiore ; tibiæ anticæ palmatæ ; mandibulæ latere interno recto , haud manifeste dentato.

*Licinus.* Mandibulæ truncatæ , subemarginatæ.

*Siagona.* Mandibulæ lateris interni medio valide unidentato ; antennæ articulo basilari elongato , conico.

*Bembidion.* Palpi maxillares externi labialesque articulo penultimo crassiore , apicali minimo , acuto.

*Elaphrus.* Thorax capite angustior ; oculi prominuli ; antennæ thoracis vix longitudine , articulis brevibus ; palpi maxillares externi articulo ultimo præcedente multo longiore.

*Harpalus.* Corpus oblongum , capite collo minime distincto ; palpi filiformes ; antennæ filiformes , articulo secundo tertio breviore, basilari subcylindrico ; tibiæ anticæ haud palmatæ ; mandibulæ acutæ , latere interno recto , et ultra basin non unidentato ; thorax capite latior.

2. *Elytra apice truncata.*

*Agra.* Caput pone oculos attenuato-elongatum ; thorax subconicus.

*Odacantha.* Caput pone oculos attenuatum ; thorax subcylindricus.

*Drypta.* Palpi maxillares externi labialesque elongati , apice crassiores ; antennæ articulo primo longissimo , conico ; thorax cylindricus.

*Galerita.* Palpi maxillares externi labialesque elongati , apice crassiores ; caput postice productum , rotundatum , collo distincto ; thorax truncato - cordatus ; corpus haud valde depressum

*Zuphium.* Palpi maxillares externi labialesque apice crassiores ;

antennæ articulo primo elongato, subconico; caput collo distincto; corpus valde depressum.

*Cymindis.* Corpus valde depressum; abdomen quadrato-ovale; palpi maxillares externi filiformes; labiales articulo ultimo securiformi.

*Lebia.* Corpus valde depressum; palpi filiformes; abdomen quadratum aut quadrato-ovale; tertio antennarum articulo non angulato.

*Graphipterus.* Corpus valde depressum; palpi filiformes; addomen orbiculare; tertio antennarum articulo elongato, angulato.

*Brachinus.* Caput neutiquam collo abrupte distincto; palpi filiformes, nec valde elongati; corpus crassum; abdomine quadrato, elytris basi transversa anguloque humerali.

*Anthia.* Caput neutiquam collo abrupte distincto; palpi filiformes, non valde elongati; corpus crassum; abdomine ovali; elytris ab humeris sensim arcuato-rotundatis.

## FAMILIA TERTIA.

### HYDROCANTHARI. *HYDROCANTHARES.*

Observationes. *Hydrocanthari*, præter characteres jam prolatos, a *cicindeletis*, *carabicis*, notis sequentibus discernuntur: *mandibulæ* breviores, sub apice infra excavatæ; ipso apice latiusculo, oblique truncato, subbidentato aut furcato maximeve bidentato. *Maxillæ* pariter breviores, et subito a palporum origine arcuatæ. *Palpi* earum externi articulis secundo, tertio, magnitudine, forma, subæqualibus. *Labium* in omnibus corneum, subquadratum aut trigono-quadratum, menti sinu plane inclusum; medio longitudinali incrassato; lateribus, ad palporum originem, compressis, excavatis; margine supero recto, in omnibus indiviso, sæpius ciliato pilisve fimbriato.

*I. Palpi maxillares externi labialesque articulo ultimo præcedentis saltem magnitudine ; femora postica basi nuda.*

### CIV. Genus. *Dyticus. Dytique.*

*Dyticus*, Geoff., Illig. — *Dytiscus*, Linn., de Geer, Fab., Oliv., Lamarck.

*Palpi* maxillares externi labialesque articulo ultimo subcylindrico. *Mandibulæ* apice non furcatæ aut non profunde bidentatæ. ( *Antennæ* sæpissime thorace longiores. )

Corporis altitudo major ( *pectoralis* ), in pluribus, vix abdominis longitudinis tertiam partem adæquans.

*I. Scutellum distinctum, thoracis margine postico recto medioque in angulum non producto.*

( Tarsi antici *maris* articulis baseos latis, patellam, sæpius infra acetabuliferam, efformantibus. )

Spec. 1. *Dyticus latissimus. Dytique très-large.*

D. Ovatus, infra obscuro-rufus, supra niger, thoracis lateribus omnibus, elytrorum fascia marginali marginisque externi valde et acute dilatati pagina infera, lutescentibus.

*Mas.* Patellis suborbicularibus : acetabulis nullo ordine dispositis : duobus majoribus orbicularibus, prope tarsorum basin. *Illiger.* — Elytro singulo lineis duabus longitudinalibus obiter impressis, punctulatis.

*Fem.* Elytris, apice excepto, sulcatis ; sulcis tribus quatuorve suturalibus lutescentibus.

*Dyticus latissimus.* Linn. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 665. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 768.

*Grand Ditisque large.* De Geer. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 4, *pag.* 390.

*Dytiscus latissimus.* Fab. *System. eleut.*, *tom.* 1, *pag.* 257.

*Dytique large.* Oliv. *Entom.*, *tom.* 3, *n*°. 40, *pl.* 2, *fig.* 8. *a. b.*

*Dytique large.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 160.

Frisch. *Insect. Germ.*, *tom.* 2, *tab.* 7, *fig.* 1, 2, 3. Mas.

Panz. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 14, *tab.* 1. Mas. — Ibid. *tab.* 2. Femina.

Habitat in Europa boreali, Galliæ extraneus.

Spec. 2. *Dyticus marginalis. Dytique marginé.*

D. Ovatus, infra luteo-rufescens, supra olivaceo-niger, scutello concolore; clypeo, thoracis margine toto elytrorumque limbo rufo-lutescentibus.

*Mas.* Elytris lævibus, lineis duabus longitudinalibus obsolete subimpressis et punctulatis, punctis remotis; patellis tarsorum anticorum orbiculatis, acetabulis minimis, numerosis, duobus magnis et umbilico centrali, uno majore.

*Fem.* Elytris dimidiato-sulcatis.

*Dytiscus marginalis.* Linn. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 665. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n*°. 769. Mas.

Ejusd. *Dytiscus semistriatus. System. nat.*, *ed* 13., *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 665. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n*°. 772. Femina.

*Grand Ditisque à bordure complète.* De Geer. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 4, *pag.* 391, *pl.* 16, *fig.* 1, 2.

*Le Ditique demi-sillonné.* Geoff. *Hist. des Insect.*, *tom.* 1, *pag.* 187, *pl.* 3, *fig.* 2. *Femina.*

*Dytiscus marginalis.* Fab. *System. eleut.*, *tom.* 1, *pag.* 258.

*Dytique marginal.* Oliv. *Entom.*, *tom.* 3, *n*°. 40, *pl.* 1, *fig.* 1. *a. b. c. d*; *fig.* 6. *a.*

*Dytique marginé.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 161, *pl.* 70.

Panz. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* ~~14~~ 16, *tab.* 3. Mas. — *Tab.* 4. Femina.

Habitat in Europæ aquis.

Observationes. 1°. *Dyticus punctulatus*, etsi præcedenti

maxime affinis, ab eo tamen specifice distinctus forma, proportionaliter, latiore, thorace longiore lateribusque solis luteo-marginatis; *mas* ejus *Dyticus n°.* 2. Geoffroi : « *sa couleur en dessus est très-noire, à l'exception du bord extérieur du corcelet.* »

2°. *Dyticus* ejusdem *n°.* 1 non ad *D. punctulatum* referendus sed ad *D. striatum* Fabricii.

3°. *Dyticus* noster *flavo-scutellatus, (Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom. 8, pag.* 162.) D. *marginali* proximus, sed forma elongato-ovata, macula scutellari rufescente, elytris in utroque sexu lævibus singuloque striis tribus obsoletis, corpore infra luteo nigroque vario, præsertim differt. A Fabricio nomine *D. circumflexi*, in systemate eleutheratorum, descriptus. — Patellæ maris acetabulis duobus multo majoribus, ut in *D. marginali.*

4°. *Dytisci* Fabricii, *atratus*, *Rœselii*, forma postice magis ovata et latiore, antice angustiore, corpore multo depresso, a cæteris recedunt.

Spec. 3. *Dyticus bipustulatus. Dytique bipustulé.*

D. Ovalis, depressus, niger, plane supra subtilissime striatus, elytris punctis impressis, vagis, obsoletis; antennis, labro, punctis duobus frontalibus sæpeque vix conspicuis, tibiis tarsisque anticis obscuro-rufis; oculis griseis.

*Mas.* Tarsi antici quam in *femina* breviores, basi latiores, articulo primo ad latera dilatato, unguibus apicis valde inæqualibus.

*Dytiscus bipustulatus.* Linn. *System. nat., ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 667.

*Le Ditique en deuil.* Geoff. *Hist. des Insect., tom.* 2, *p.* 189.

*Ditisque tout noir.* De Geer. *Mém. s. l. Insect., tom.* 4, *pag.* 401.

*Dytiscus bipustulatus.* Fab. *System. eleut., tom.* 1, *p.* 263.

*Dytique bipustulé.* Oliv. *Entom., tom.* 3, *n°.* 40, *pl.* 3, *fig.* 26.

*Dytique bipustulé.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 8, *pag.* 168.

In Galliæ aquis frequens.

*II. Scutellum nullum, thoracis marginis postici medio in angulum producto.*

( Tarsi in utroque sexu subæquales. )

Spec. 4. *Dyticus crassicornis. Dytique crassicorne.*

D. Ovalis, convexus, brunneus, capite thoraceque ferrugineis; elytris punctis impressis, sparsis; antennis *maris* crassis, articulo quinto latiore, cum sequenti arcum minimum efformante, ultimo acuto. — *Feminæ* articulo septimo subcrassiore, conico.

*Le Ditique à grosses antennes.* Geoff. *Hist. des Insect., tom.* 1, *pag.* 193.

*Ditisque à grosses antennes.* De Geer. *Mém. s. l. Insect., tom.* 4, *pag.* 402.

*Dytique crassicorne.* Oliv. *Entom., tom.* 3, *n°.* 40, *pl.* 4, *fig.* 34. *a. b.*

*Dytiscus crassicornis.* Fab. *System. eleut., tom.* 1, *pag.* 273.

*Dytique crassicorne.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 8, *pag.* 173.

Habitat in Galliæ, Germaniæ aquis.

Observatio. Thorax in utroque sexu lateribus marginatis, singulo linea impressa longitudinali, quam in cæteris magis distincta.

Spec. 5. *Dyticus fusculus. Dytique brunâtre.*

D. Ovalis, planus, niger, pubescens, subtiliter punctatulus; elytris fuscis; antennis, pedibus, sæpius humeris margineque externo elytrorum basis rufescentibus.

*Le Ditique noir à étuis bruns.* Geoff. *Hist. des Insect., tom.* 1, *pag.* 190.

Schrank. *Enum. Insect. Aust., n°.* 382.

*Dytique rufipède.* Oliv. *Entom., n°.* 40, *pl.* 4, *fig.* 39. *a. b.*

*Dytiscus fusculus.* Illig. *Coleopt., Bor.* 1, *pag.* 264.

*Dytique*

*Dytique brunâtre.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 172.

Frequens Parisiis, in aquis.

CV. GENUS. *HYPHYDRUS. Hyphydre.*

*Hyphydrus*, ILLIG., DUMÉR. — *Dytiscus*, LINN., GEOFF., OLIV. — *Hydrachna*, FAB. — *Hygriobia*, LATREILLE.

*Palpi* maxillares externi labialesque articulo ultimo subovali. *Mandibulæ* apice furcatæ aut valide bidentatæ. ( *Antennæ* thorace haud longiores. Corporis altitudo major, *pectoralis*, abdominis longitudinis dimidium saltem æquans. )

SPEC. 1. *HYPHYDRUS HERMANNI. Hyphydre d'Hermann.*

H. Scutellatus, niger, capite, thoracis fascia transversa, elytrorum basi limboque, pedibus, ferrugineis.

*Tab.* 6, *fig.* 5.

ILLIG. *Mag. Inseck.* 1804, *pag.* 8.

*Dytique Hermann.* OLIV. *Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 40, *pl.* 2, *fig.* 14. *a. b.*

*Hydrachna Hermanni.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 1, *pag.* 255.

*Dytique de Hermann.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 180.

Habitat in Galliæ aquis paludosis.

OBSERVATIO. Segmenta ultima abdominis elytrorum apicibus fricando stridorem edit.

SPEC. 2. *HYPHYDRUS FERRUGINEUS. Hyphydre ferrugineux.*

H. Exscutellatus, obscuro-ferrugineus, impunctatus; spatio impresso scutelliformi ad basin suturæ.

*Le Ditique sphérique.* GEOFF. *Hist. des Insect.*, *tom.* 1, *pag.* 191?

*Dytiscus ovatus.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 667? — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 2282?

*Ditisque sphérique.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 4, *pag.* 402, *pl.* 15, *fig.* 17, 18, 19.

*Hydrachna gibba.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 1, *pag.* 256.

*Dytique ové.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 178.

Habitat in Europæ aquis.

ANNOTATIO. *Dyticus ovalis* Illiger, *Hydrachna ovalis* Fabricii, ab *Hyphydro ferrugineo* differt colore nitido, elytris distincte vageque punctulatis, obscurioribus vel brunneis. Forte pro *D. ovato* Linnæi, *le ditique sphérique* Geoffroi, habendus; hujus enim insecti elytra fusca esse dicunt. Ad *D. ovalem* Illiger certe referendus *D. ovatus* Olivier, *Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 40, *pl.* 3, *fig.* 28: « *Les élytres sont brunes, finement pointillées.* »

*II. Palpi maxillares externi labialesque articulo ultimo præcedente tenuiore, conico; femora postica basi lamina clypeiformi tecta.*

## CVI. GENUS. *HALIPLUS. Haliple.*

*Dytiscus*, GEOFF., DE GEER, FAB., OLIV. — *Cnemidotus*, ILLIGER.

OBSERVATIO. Omnes exscutellati, corpore ovali, crasso.

SPEC. 1. *HALIPLUS OBLIQUUS. Haliple oblique.*

H. Flavescens vel ferrugineus; elytris striis aliquot obsoletis, abbreviatis, punctatis, lineolis maculisque nigricantibus.

*Haliple oblique.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 182.

*Dytiscus obliquus.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 1, *pag.* 270.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 86, *tab.* 6.

Habitat in Germania, Gallia; *Montmorenci.*

SPEC. 2. *Haliplus impressus. Haliple enfoncé.*

H. Flavescens vel ferrugineus; elytris virescente-cinereis, punctato-striatis; laminis femorum posticorum punctatis.

*Tab.* 6, *fig.* 6. *Auctus, scala longitudinis adjecta.*

*Fig.* 7. *Abdomen infra visum; a, a, laminæ femorum posticorum.*

*Haliple enfoncé.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 8, *pag.* 182.

*Le Ditique strié, à corcelet jaune.* GEOFF. *Hist. des Insect., tom.* 1, *pag.* 191.

*Ditisque strié, à corcelet roux.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect., tom.* 4, *pag.* 404, *pl.* 16, *fig.* 9, 10.

*Dytiscus impressus.* FAB. *System. eleut., tom.* 1, *pag.* 271.

*Dytique enfoncé.* OLIV. *Entom., tom.* 3, *n*°. 40, *pl.* 4, *fig.* 40. *a. b.*

Frequens Parisiis, loco vulgo dicto, *Petit-Gentilli.*

ANNOTATIO. Non cofamiliare genus *Spercheus.* Maxillarum lacinia externa elongata quidem, tenuis, arcuata, at non *palpus* proprie dictus.

## TRIBUS SECUNDA.

### SAPROPHAGI. *SAPROPHAGES.*

*Palpi* quatuor.

*I. Antennæ clava lamellata vel pectinata, plicatili, haud terminatæ.*

1. *Antennæ articulis undecim (rarissime decem aut duodecim), palpis maxillaribus multo longiores.*

A. *Antennæ ad basin articulo nullo valde dilatato et auriformi, in fossulis sub oculis non recipiendæ.*

## FAMILIA QUARTA.

### STERNOXI. *STERNOXES.*

Antennæ filiformes (rarissime extrorsum crassiores et articulis decem, in *Cebrione brevicorni*), pectinatæ, serratæ articulisve ad apicem superum in dentem

prominulis. Sternum anticum (1) postice mucronatum : mucronis apice in cavitate sterni medii excipiendo. Corpus sæpius ellipticum , conicumve aut trigonum , thoracis angulis posticis in spinam productis.

---

(1) Modo thoracis partem pronam , inter pedes anticos sitam , modo infimam spatiumve pectorale cui pedes quatuor alii inseruntur , pro *sterno* habuerunt Entomologi. Thoracis truncive potius , formarum diversitatem inspiciamus. In *Coleopteris* thorax e partibus duabus , intervallo distantibus , efformatur ; prior aut antica magna , *thorax* nuncupata, pedum par anterius gerens ; posterior cum abdominis basi unita, elytris et alis supertecta ; ex illa prodeunt pedes quatuor postici. Pleraque *Orthoptera* , *Hemiptera* quædam , eamdem fere structuram præbent ; his tamen partes illæ magis contiguæ ; pluribus *Hemipteris* , (*Cicadis, Psyllis, Aphidibus*) thorax nudus, solutus, sive cum abdomine postice haud coalitus , e segmentibus duobus arcte conjunctis , postico majore , constans. *Myrmeleonibus* segmenta tria , singula bipedata posticaque duo bialata ; *Hymenopteris* , perpaucis *Hemipteris* , duo tantum ; *Dipteris* sæpius unicum , hexapodum ; tria *Lepismis*. Vocis hujus *thorax* acceptio igitur restringenda aut explicanda saltem , et ad hanc diem nimis arbitraria. Mihi , nunc quantum licet , Linnæi, Geoffroi , Fabricii , Olivier , opinioni practicæ accomodatum me præbeam , *thorax* erit trunci ( partisve ab abdomine distinctæ ) , e segmentis tribus ad summum compositi , pedes et alas gerentis , portio nuda. Itaque cum auctoribus præcitatis , *thoracem* vocabo , in *Coleopteris* , trunci partem ex qua nascunt pedes duo antici; in *Hemipteris, Nevropteris, Hymenopteris* , *Lepidopteris* , *Dipteris* truncum totum , e duobus tribusve segmentis constantem , pedes omnes et alas ferens , cum in illis vel thoracis portiuncula vel thorax totus nudus sit et solutus, aut ab abdomine postice distinctus. Mihi *pectus* trunci regio infera cui inseruntur pedes ; *sternum* , medium ejus longitudinale, pectorisve pars inter pedes sita. Exinde etiam , cum *thorax* in

## FAMILIA QUINTA.

### MALACODERMI. *MALACODERMES.*

Antennæ filiformes aut setaceæ, sæpius pectinatæ, serratæve aut articulis cylindricis, vel conicis. Caput sæpissime inflexum aut nutans, thoraci ad oculos usque intrusum aut ab illo opertum. Thorax magis minusve planus, semicircularis aut subquadratus. Corpus sæpius molle (labium, genere *cupes* solo excepto, nudum aut mento brevissimo, molli; maxillæ membranaceæ, molles; palpi maxillares sæpius majores, exserti et extrorsum crassiores aut subfiliformes.)

---

duo vel tria segmenta secatur, *pectus anticum* aut *primum*, *sternum anticum* vel *primum*; *pectus medium secundum*ve, *sternum medium* vel *secundum*; *pectus posticum* aut *tertium*, *sternum posticum* vel *tertium*, de pectoris partibus pedes anticos, medios, posticos gerentis, utcumque loquar.

Sedulo notandum familiarum plurium characteres tarsis, antennis instrumentisque cibariis solum exprimi non posse. Oris enim structura pro generibus mutatur, ut exemplis plurimis constat; familias quasdam profecto naturales, *Staphylinios*, *Scarabæides*, *Cerambycinos*, etc., observare velis. Mandibulæ in secundis *his* corneæ, et modo exsertæ et modo sepultæ; *illis* membranaceæ, fere nullæ; maxillæ pariter aliis substantia durissima, dentatæ, aliis molles, lobis forma diversis desinentes. Palpi quoque, ut in *Staphyliniis*, varii; hic filiformes, illic diverse clavati. Familiarum characteres igitur e corporis totius partibus præcipuis mutuandi, non ex solis instrumentis cibariis. In methodo naturali ordinanda proinde auxilia tantum suppeditat systema Fabricii.

## FAMILIA SEXTA.

### CLERII. *CLAIRONES.*

Antennæ articulis tribus ultimis, apicalive saltem, crassioribus ( corpore breviores ). Caput intra thoracem ad oculos usque retractile, inflexum ( oculi sæpe lunati ). Thorax elongatus, subcylindricus, vel subcordatus, fere quadratus, postice angustatus. Corpus elongatum, subcylindricum. ( Mandibulæ apice fissæ. Palpi in plerisque clavati, posticis sæpius majoribus. Maxillæ bifidæ. Labium elongatum, annulatum, apice emarginato. Tarsi articulo penultimo in omnibus bifido. )

## FAMILIA SEPTIMA.

### PTINIORES. *PTINIORES.*

Antennæ *his* filiformes, simplices, aut pectinatæ serratæve; *illis* articulis tribus longioribus, subcrassioribus, subito terminatæ. Mandibulæ breves, crassæ, apice sæpius bifido aut bidentato. Palpi breves, subæquales, apice subcrassiores. ( Maxillæ bifidæ, processu externo triangulari, interno dentiformi, acuto. Labium apice emarginatum vel bifidum, mento corneo, subquadrato, brevi. ) Corpus cylindrico-ovale aut ovatum; capite intra thoracem elevato, ad oculos usque retracto; abdomine magno, convexo aut gibbo. ( Tarsi plerumque breves, articulis latis. )

## FAMILIA OCTAVA.

### PALPATORES. *PALPEURS.*

Antennæ sensim extrorsum crassiores. Labium jugulumve sterno antico non occultandum. Pedes nullo modo

contractiles. ( Mandibulæ apice indivisæ ). Palpi maxillares capite longiores, apice crassiores. Corpus oblongum, dimidio antico angustiore ; capite nutante , a thorace collo intervallove discreto ; thorace subovato-truncato, vel subcylindrico ; abdomine ovato , convexo , elytris obvoluto.

## FAMILIA NONA.

### STAPHYLINII. *STAPHYLINIENS.*

Antennæ apicem versus sensim paulo crassiores aut subclavatæ, sæpius moniliformes ( thoracis longitudine, aut circiter , naso insertæ ). Mandibulæ apice edentatæ, sæpius processu vel dente interno. Tarsi articulo baseos sequenti duplo fere longiore. Corpus sæpissime lineare aut filiforme ; elytris abbreviatis , truncatis ; abdominis dimidio saltem nudo.

Annotatio. *Pselaphii Aleocharis* forma corporis, victu maxime affines , illas subsecuturi, tarsorum articulorum non obstante numero diverso.

## FAMILIA DECIMA.

### NECROPHAGI. *NECROPHAGES.*

Antennæ sensim extrorsum crassiores , vel apice clavatæ, clava sæpius perfoliata. Sternum anticum haud concavo-dilatatum ad oris partem inferam recipiendum. Pedes nec omnino nec partim contractiles. ( Caput in omnibus inflexum , thoracive intrusum. Corpus sæpissime ovale , aut elongato-quadratum. )

## FAMILIA UNDECIMA.

### BYRRHII. *BYRRHIENS.*

Antennæ sensim extrorsum crassiores , aut apice clavatæ. Sternum primum antice concavo-dilatatum , oris

partem inferam recipiens. Pedes in plerisque omnino aut partim contractiles. ( Corpus sæpius ovatum, subglobosum aut quadratum. )

B. *Antennæ articulo uno e basilaribus valde dilatato, auriformi (brevissimæ, elongato-clavatæ); singula sub oculo singulo in cavitate recipienda.*

## FAMILIA DUODECIMA.

### OTIOPHORI. *OTIOPHORES.*

2. *Antennæ articulis novem (perfoliato-clavatæ), palpis maxillaribus breviores aut vix longiores. Oculi plerumque maxima parte inferi.*

## FAMILIA DECIMA TERTIA.

### HYDROPHILII. *HYDROPHILIENS.*

Palpi maxillares articulo secundo aliis nec abrupte nec multo crassiore. Pedes natatorii; tarsis, in speciem, articulis quatuor aut quinque distinctis, basilari primove sequentibus multo breviore. ( Maxillæ processu interno corneo. )

## FAMILIA DECIMA QUARTA.

### SPHÆRIDIOTA. *SPHÉRIDIOTES.*

Palpi maxillares externi articulo secundo aliis subito multoque crassiore. Pedes tantum gressorii; tarsis articulis quinque distinctis, basilari elongato. ( Maxillæ processibus membranaceis. Corpus hemisphæricum. Tibiæ valde spinosæ. )

*II. Antennæ*

*II. Antennæ clava lamellata vel pectinata, plicatili, terminatæ.*

## FAMILIA DECIMA QUINTA.

### COPROPHAGI. *COPROPHAGES.*

Antennæ lamellato-clavatæ, articulis novem. Labium bifidum aut profunde emarginatum. Mandibulæ membranaceæ. Maxillæ processu externo apicalive lato. *Clypeus semicircularis.*

## FAMILIA DECIMA SEXTA.

### GEOTRUPINI. *GÉOTRUPINS.*

Antennæ lamellato vel tunicato-clavatæ, articulis undecim. (Labrum mandibulæque exserta. Clypeus sæpius antice in angulum medio prominulus.)

## FAMILIA DECIMA SEPTIMA.

### SCARABÆIDES. *SCARABÆIDES.*

Antennæ lamellato-clavatæ, articulis decem aut novem et mandibulæ insectis quibus antennæ novem-articulatæ semper corneæ. Labium tantummodo emarginatum. Maxillæ vel corneæ et dentatæ, vel membranaceæ, elongatæ, angustæ, setosæ. *Clypeus sæpius quadratus, aut in angulum antice medio prominulus.*

## FAMILIA DECIMA OCTAVA.

### LUCANIDES. *LUCANIDES.*

Antennæ clava pectinata, dentibus lamellisve subparallelis et axi fere perpendicularibus.

## FAMILIA QUARTA.

### STERNOXI. *STERNOXES.*

*I. Sternum primum antice concavo-dilatatum, partem oris inferam recipiens vel occultans. Palpi breves; maxillares capite breviores, mandibulas ultra, ad summum, paululum prominuli, articulo ultimo cylindrico vel ovato, aut securiformi; mandibulæ haud validissimæ, hiatu interposito, dum decussantur, labro protenso, subquadrato vel subsemicirculari, sæpius occupato.*

1. *Palpi maxillares articulo ultimo cylindrico aut ovato globosove. Corpus non saliens.*

**CVII. Genus.** *Buprestis. Bupreste.*

*Buprestis*, *Linn.*, *de Geer*, *Fab.*, *Oliv.*, *Lam.* — *Cucujus*, *Geoff.* — *Trachys*, *Fabricii.*

*Antennæ* in utroque sexu serratæ. *Labrum* exsertum, obvium. *Palpi* filiformes, articulo ultimo magis minusve cylindrico. *Maxillæ* processu duplici terminatæ. *Tarsi* filiformes, articulis, ultimo excepto, latis, cordato-trigonis.

*Thoracis* margo posticus basi elytrorum applicatus.

*I. Corpus subovato-conicum, convexum.*

1. *Exscutellati* (1).

A. *Thoracis margo posticus lobatus.*

Spec. 1. *Buprestis fascicularis. Bupreste fasciculé.*

B. Obscuro-viridi-aurea vel cuprea, scabra; elytris integris, villorum rubrorum et flavorum fasciculis.

---

(1) Characteres e forma corporis deprompti primarii; elytrorum apicis dentes notas omnino artificiales suppeditant.

*B. fascicularis.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 661. — *Mus. Lud. Ulr.*, *pag.* 90.

*Bupreste velu, à touffes de poils.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 629, *pl.* 47, *fig.* 6.

*Buprestis fascicularis.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 2, *pag.* 201.

*Bupreste fasciculé.* OLIV. *Entom.*, *tom.* 2, *n°.* 32, *pl.* 4, *fig.* 38. *a. b. c.*

*Bupreste fasciculaire.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 9, *pag.* 48.

WULF. *Insect. cap.*, *tab.* 1, *fig.* 12.

Habitat ad promontorium Bonæ-Spei.

B. *Thoracis margo posticus rectus.*

SPEC. 2. *BUPRESTIS TÆNIATA. Bupreste bandé.*

B. Nigra, griseo-villosa; elytris serratis, striatis, fasciis duabus ferrugineis pilisque rigidis squamisve albidis.

*Buprestis tæniata.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 2, *pag.* 199.

*Bupreste bandé.* OLIV. *Entom.*, *tom.* 2, *n°.* 32, *pl.* 5, *fig.* 41, *a—f*; 43, *a. b.*

*Bupreste bandé.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 9, *pag.* 48.

*Buprestis hirta.* VILL. *Entom.*, *tom.* 1, *pag.* 338, *tab.* 2, *fig.* 42.

Habitat in floribus Galliæ Australis.

2. *Scutellati.*

SPEC. 3. *BUPRESTIS NOVEM-MACULATA. Bupreste neuf-taches.*

B. Thoracis margine postico recto, breviter striato; corpore subcærulescenti-nigro, nitido, vage subtiliterque punctato; elytro singulo maculis tribus flavis, (sæpius tribus aliis, una in fronte, duabus in thorace), per lineam dispositis; prima humeralive sæpius biloba aut didyma.

*Buprestis novem-maculata.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 662.

*Buprestis novem-maculata.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 1, *pag.* 197.

*Bupreste neuf taches.* Oliv. *Entom., tom.* 2, *n°.* 32, *pl.* 4, *fig.* 30.

*Bupreste neuf-taches.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 9, *pag.* 67.

Panz. *Faun. Insect. Germ., fasc.* 68, *fig.* 17.

Habitat in Galliæ Australis dumetis, pruno sylvestri.

*II. Corpus subovato-triangulare vel trigono-elongatum, depressum.*

1. *Exscutellati.*

Spec. 4. *Buprestis vittata. Bupreste bande-dorée.*

B. Thoracis margine postico sublobato; elytro singulo bidentato, lineis quatuor elevatis vittaque media longitudinali aurea; corpore aurato-viridi.

*Buprestis vittata.* Fab. *System. eleut., tom.* 2, *pag.* 187.

*Bupreste bande-dorée.* Oliv. *Entom., tom.* 2, *n°.* 32, *pl.* 3, *fig.* 17. *a. b. c. d.*

*Bupreste bande-dorée.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 9, *pag.* 50.

Rœm. *Gener. Insect., tab.* 6, *fig.* 14.

Habitat in India Orientali.

2. *Scutellati.*

A. *Thoracis margo posticus rectus.*

Spec. 5. *Buprestis tenebrionis. Bupreste Ténébrion.*

B. Nigra, obscura; thorace pulvere albido consperso, varioloso, ad latera dilatato, supra scutellum profunde impresso; elytris apice subacuminatis, subtruncatis, integris, punctis per strias digestis.

*Buprestis Tenebrionis.* Linn. *System. nat., ed.* 13, *tom.* 1, *pag.* 661. — *Faun. Suec., ed.* 2, *n°.* 761.

*Buprestis Tenebrionis.* Fab. *System. eleut., tom.* 2, *pag.* 206.

*Bupreste Ténébrion.* Oliv. *Entom., tom.* 2, *n°.* 32, *pl.* 4, *fig.* 27. *a. b.*

*Bupreste Ténébrion.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 9, *pag.* 52.

*Richard*, *n°.* 7. Geoff. *Hist. des Insect.*, *tom.* 1, *pag.* 128.

Rœm. *Gener. Insect.*, *tab.* 6, *fig.* 15.

Habitat in Europæ pruno spinosa. Frequens in Gallia Australi.

Observatio. *B. cariosa* forte mera varietas; major, magis scabra, fronte, elytrorum basi medioque cicatricosis; corpore subtus profunde punctato sternoque antico linea utrinque impressa.

B. *Thoracis margo posticus medio lobatus; elytrorum basis rotundata.*

Spec. 6. *Buprestis chrysostigma. Bupreste chrysostigmate.*

B. Obscuro-cuprea, punctata, infra nitidior, thorace rugosulo; elytris apice serratis, singulo ad suturam lineis duabus elevatis foveolisque tribus aureo-cupreis, prima subobsoleta; abdominis margine acute serrato, ultimo segmento subtus carinato; tarsis cæruleis; femoribus anticis crassioribus, processu dentiformi.

*Buprestis chrysostigma.* Linn. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 660. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 755.

*Bupreste à points dorés.* De Geer. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 4, *pag.* 129.

*Buprestis chrysostigma.* Fab. *System. eleut.*, *tom.* 1, *p.* 198.

*Bupreste chrysostigmate.* Oliv. *Entom.*, *tom.* 2, *n°.* 32, *pl.* 6, *fig.* 54.

*Bupreste chrysostigmate.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 9, *pag.* 61.

*Le Richard à fossettes.* Geoff. *Hist. des Insect.*, *tom.* 1, *pag.* 125.

Herbst. *Archiv. Insect.*, *tab.* 28, *fig.* 6.

Panz. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 68, *fig.* 18.

Habitat in Europæ arboribus.

### *III. Corpus breve, ovatum vel trigonum.*

*( Thorax sæpius postice lobatus ; scutellum obsoletum. )*
*Trachys* FABRICII.

SPEC. 7. *BUPRESTIS MINUTA. Bupreste nain.*

B. Supra cupreo-fusca ; fronte impressa ; elytris spatiis subelevatis et fasciis undulatis, transversis, piloso-albidis.

*Buprestis minuta.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 663. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 760.

*Bupreste nain.* OLIV. *Entom.*, *tom.* 2, *n°.* 32, *pl.* 2, *fig.* 14. *a. b.*

*Bupreste nain.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 9, *pag.* 72.

*Le Richard triangulaire ondé.* GEOFF. *Hist. des Insect.*, *tom.* 1, *pag.* 128.

*Trachys minuta.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 2, *pag.* 219.

Habitat in Europæ Coryli, Ulmi foliis.

### *IV. Corpus cylindricum, lineare.*

*Thorax, in indigenis plerumque, lobatus.* )

SPEC. 8. *BUPRESTIS 2-GUTTATA. Bupreste 2-points.*

B. Supra viridis, infra viridi-cœrulea ; scutello transverse impresso ; elytris apice serratis, puncto in singulo ad suturam tribusque abdominis ex utroque latere villoso-albidis.

*Buprestis 2-guttata.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 2, *pag.* 212.

*Bupreste deux points.* OLIV. *Entom.*, *tom.* 2, *n°.* 32, *pl.* 7, *fig.* 75.

*Bupreste deux-points.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 9, *pag.* 70.

*Le Richard à points blancs.* GEOFF. *Hist. des Insect.*, *tom.* 1, *pag.* 126.

SCHÆFF. *Icon. Insect.*, *tab.* 279, *fig.* 6.

Habitat in Gallia, Anglia, Germania.

CVIII. Genus. *Melasis. Melasis.*

*Melasis, Oliv., Fab., Lam. — Elater, Linnæi.*

*Antennæ* in *mare* pectinatæ, *in femina* serratæ, raro pectinatæ. *Labrum* minimum, haud exsertum aut vix conspicuum. *Palpi* articulo ultimo crassiore, fere ovato aut subgloboso. *Maxillæ* processu unico terminatæ. *Tarsi* a basi ad apicem sensim tenuiores, compressi, articulis cylindricis, integris, penultimove tantum bifido.

*Corpus* cylindricum. *Thorax* postice ab abdominis basi intervallo transverso remotus; angulis posticis in dentem productis.

Spec. 1. *Melasis Buprestoides. Mélasis buprestoïde.*

M. Obscuro-nigricans, antennis, tibiis tarsisque rufo-fuscis; capite punctato; thorace punctis minimis elevatis scabro, linea dorsali impressa; elytris subtiliter rugosulis, striatis; tarsis articulis integris.

*Melasis buprestoïde. Oliv. Entom., tom. 2, n°. 30, pl. 1, fig. 1, a—g; taupin, pl. 1, fig.* 8.

*Melasis flabellicorne. Fab. System. eleut., tom.* 1, *pag.* 531.

*Melasis flabellicorne. Latr. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 9, *pag.* 76.

*Elater buprestoides. Linn. System. nat., ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 656. — *Faun. Suec., ed.* 2, *n°.* 742.

*Panz. Faun. Insect. Germ., fasc.* 3, *fig.* 9.

Habitat in Europæ arboribus vetustis quos, more Anobiorum, perforat. Brivæ, in Gallia Australi, frequens; Parisiis rarissimus.

Observatio. *Melasis elateroides (Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 9, *pag.* 76, *n°.* 2*)* ad *Elateres* magis accedit. Antennæ in utroque sexu pectinatæ, magis in mare et articulo tertio sequentibusque ramo elongato, apice rotundato, incrassato.

Palpi maxillares articulo ultimo valde incrassato, ovali, suboblique truncato. Tarsi articulo penultimo bifido. Corpus depressum, nigrum. A dom. Hédouin, Parisiis semel lectus.

2. *Palpi maxillares articulo ultimo securiformi vel trigono. (Mandibulæ sub apice unidentatæ aut subemarginatæ.) Corpus dorso impositum saliens (femora postica ad basin appendice trochanteriformi instructa).*

## CIX. Genus. *Elater. Taupin.*

*Elater*, Linn., Geoff., de Geer, Fab., Oliv., Lamarck.

Observatio. Palpi maxillares quam in generibus præcedentibus magis exserti. Maxillæ processu duplici. Tarsi articulo nullo ad apicem emarginato.

### *I. Antennæ articulo ultimo ad apicem abrupte-acuminato, veluti appendice duodecimove articulo terminatæ.*

Spec. 1. *Elater ferrugineus. Taupin ferrugineux.*

E. Antennis serratis; niger, thorace, margine postico excepto, elytrisque sanguineo-rubris, subtilissime punctatis, pubescentibus; elytris striis punctatis.

*Elater ferrugineus.* Linn. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 654. *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 731.

*Le Taupin rouge.* Geoff. *Hist. des Insect.*, *tom.* 1, *pag.* 130, *pl.* 2, *fig.* 4.

*Elater ferrugineus.* Fab. *System. eleut.*, *tom.* 2, *pag.* 223.

*Taupin ferrugineux.* Oliv. *Entom.*, *tom.* 2, *n°.* 31, *pl.* 3, *fig.* 35.

*Taupin ferrugineux.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 9, *pag.* 15.

Panz. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 10, *fig.* 10.

Habitat in Europæ arboribus cariosis, salicibus præsertim.

Observatio. Elateres Fabricii *noctilucus*, *phosphoreus* *rufus* Panzer (*fasc.* 10, *fig.* 11), ejusdem divisionis. In ultimo

ultimo antennarum articulus tertius præcedenti multo major, speciebus contra præcitatis magnitudine vix diversus.

*II. Antennæ articulo ultimo ovali aut oblongo, apice nec abrupte nec in appendicis speciem terminato.*

1. *Longitudo corporis latitudinis ejusdem subtripla; abdomen elongato-triangulare; corpus haud lineare.*

A. *Antennæ, in maribus saltem, pectinatæ aut serratæ.*

SPEC. 2. *ELATER CASTANEUS. Taupin marron.*

E. Antennis maris pectinatis; niger, capite thoraceque tomentoso-rufis, elytris flavis, punctato-striatis, apice nigris.

*Elater castaneus.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 654. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 727.

*Le Taupin à corcelet velouté.* GEOFF. *Hist. des Insect.*, *tom.* 1, *pag.* 132.

*Taupin jaune à antennes barbues.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 4, *pag.* 153.

*Elater castaneus* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 2, *pag.* 232.

*Taupin marron.* OLIV. *Entom.*, *tom.* 2, *n°.* 31, *pl.* 3, *fig.* 25; *pl.* 5, *fig.* 51.

*Taupin marron.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 9, *pag.* 24.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 77, *fig.* 4.

Habitat in Europæ sylvis, tempore vernali.

Huc revocandi ealteres: *pectinicornis*, *cupreus*, *hæmatodes*, *signatus.* Vide Panzer fasciculum 77.

B. *Antennæ simplices, articulis conicis.*

SPEC. 3. *ELATER MURINUS. Taupin nébuleux.*

E. Nigro-fuscus, villo cinereo nebulosus; thorace bituberculato; antennis tarsisque rufis.

*Elater murinus.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 655. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 738.

*Le Taupin brun nébuleux.* GEOFF. *Hist. des Insect., tom.* 1, *pag.* 134.

*Taupin à tarses roux.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect., tom.* 4, *pag.* 130.

*Elater murinus.* FAB. *System. eleut., tom.* 2, *pag.* 228.

*Taupin nébuleux.* OLIV. *Entom., tom.* 2, *pag.* 31, *pl.* 2, *fig.* 9. *a. b.*

*Taupin nébuleux.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 9, *pag.* 18.

Frequens in Europæ hortis, pratis.

2. *Longitudo corporis latitudinis ejusdem subquadrupla, forma lineari. (Thorax elongato-quadratus.)*

SPEC. 4. *ELATER MARGINATUS. Taupin marginé.*

E. Niger; fronte retusa; antennis, thoracis laterum marginibus, pedibus, ano abdominisque segmentorum posticorum margine brunneo-testaceis; elytris sutura lineaque ad costam nigris.

*Elater marginatus.* LINN. *System. nat., ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 654. — *Faun. Suec., ed.* 2, *n°.* 733.

*Le Taupin bedeau.* GEOFF. *Hist. des Insect., tom.* 1, *pag.* 135.

*Taupin à suture noire.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect., tom.* 4, *pag.* 158.

*Elater marginatus.* FAB. *System. eleut., tom.* 2, *pag.* 236.

*Taupin marginé.* OLIV. *Entom., tom.* 2, *pag.* 31, *pl.* 3, *fig.* 29; *et pl.* 8, *fig.* 29. *b.*

*Taupin marginé.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 9, *pag.* 37.

SCHÆFF. *Icon. Insect., tab.* 194, *fig.* 1.

Frequens in Europæ plantis.

Hæc divisio eadem ac elaterum dom. Paykull familia prima.

*II. Sternum primum antice non concavo-dilatatum ad oris inferam partem recipiendam; palpi elongati, maxillares capite longiores, articulo ultimo subconico*

*( cylindrico , ad basin sensim attenuato ). Mandibulæ validæ , porrectæ , hiatu interposito , dum decussantur , labro haud occupato. Labrum brevissimum , lineari-transversum.*

*( Corpus antice sensim subinflexum ; thorax subtrapeziformis ; margine postico latiore , medio , ad regionem scutellarem in angulum prominulo , angulis posticis in dentem productis. Antennæ articulis secundo tertioque brevibus , ultimi apice abrupte acuminato , quasi è duobus articulis efformato. Femora postica ad basin appendice trocantheriformi instructa. )*

## CX. Genus. *Cebrio. Cébrion.*

*Cebrio , Oliv. , Fab. , Ross. — Cistela , Rossi.*

Spec. 1. *Cebrio gigas. Cébrion géant.*

C. Antennis filiformibus, longitudine corporis ; thorace transverso ; corpore nigro , pubescente ; elytris , abdomine femoribusque badio-subbrunneis , femoribus pallidioribus ; elytris punctulatis , substriatis.

*Cébrion longicorne. Oliv. Entom. , tom. 2 , n°. 30 bis , pl. 1 , fig. 1. a. b. c. ; Taupin , pl. 1 , fig. 1. a. b. c.*

*Cebrio gigas. Fab. System. eleut. , tom. 2 , pag. 14.*

*Cébrion géant. Latr. Hist. nat. des Crust. et des Insect. , tom. 8 , pag. 395.*

*Cistela gigas. Ross. Faun. etrusc. , tom. 1 , pag. 100 , tab. 8, fig. 9. Cebrio longicornis , mant. 1 , pag. 34.*

*Panz. Faun. Insect. Germ. , fasc. 5 , fig. 10.*

Habitat in Europa Australiori, Gallia. Ex dono dom. Serres.

## FAMILIA QUINTA.

### MALACODERMI. *MALACODERMES.*

### *I. Tarsi articulo penultimo bifido.*

1. *Palpi maxillares filiformes, articulo ultimo subcylindrico. Corpus ovatum aut subhæmisphericum, dorso convexo.*

Observatio. Antennæ thorace longiores, articulis conico-cylindricis, secundo brevissimo. Mandibulæ apice indiviso, haud edentulo. Thorax semi-circularis, vel trapeziformis, transversus, postice latior.

### CXI. Genus. *Dascillus. Dascille.*

*Chrysomela*, Linn. — *Ptinus*, de Geer. — *Cistela*, *Oliv.* — *Atopa*, *Payk.*, *Fabricii.*

*Palpi* labiales haud bifurcati.

*Corpus* ovatum, substantia duriuscula.

Spec. 1. *Dascillus cervinus. Dascille cerf.*

D. Niger, cinereo-pubescens, antennis, pedibus elytrisque pallido-testaceis.

*Tab. 7, fig.* 11.

*Dascille cerf.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 386. — *Précis des caract. génér. des Insect.*, *pag.* 43.

*Chrysomela cervina.* Linn. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 602. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 577.

*Vrillette velue.* De Geer. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 4, *pag.* 235, *pl.* 9, *fig.* 8.

*Cistèle cervine.* *Oliv.* *Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 54, *pl.* 1, *fig.* 2. *a.*

*Atopa cervina.* Payk. *Faun. Suec.*, *tom.* 2, *pag.* 116.

*Atopa cervina.* Fab. *System. eleut.*, *tom.* 2, *pag.* 15.

Habitat in Europa Boreali.

**CXII. Genus. *Elodes. Elode.***

*Cyphon*, *Payk.*, *Fab.* — *Chrysomela*, *Lampyris*? *Linnæi.*

*Palpi* labiales apicem versus furcati, articulo ultimo præcedenti, ante ejus apicem prominulum, inserto.

*Corpus* sæpius subrotundo-ovatum, molliusculum.

*I. Pedes postici haud saltatorii, femoribus non incrassatis, tibiis apice muticis spinulisve minimis.*

Spec. 1. *Elodes pallida. Elode pâle.*

E. Subovata, pallido-rufa, punctulata, pubescens, oculis, antennis, basi excepta, elytrorum apicibus abdomineque, ante anum, nigricantibus; thorace subsemi-circulari, transverso, postice lobato.

*Tab. 7. fig. 12 aucta, cum longitudinis scala.*

*Elode pâle. Latr. Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 389, *pl.* 74, *fig.* 9. — *Préc. des caract. génér. des Insect.*, *pag.* 44.

*Lampyris minuta? Linn. System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 645.

*Cyphon pallidus. Fab. System. eleut.*, *tom.* 1, *pag.* 501.

Habitat in Europæ locis humidis.

Observatio. Variat corpore plane pallido-rufo, et hæc varietas *cistela livida* Fabricii; *cistela pallida* Panz. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 8, *fig.* 7; *Cyphon pallidus* Paykull, *Faun. Suec.*, *tom.* 2, *pag.* 118. Forte *cistela læta* Panzer, *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 8, *fig.* 8, ad *cyph. pubescentem* Fabricii et varietatem B. *cyphonis pallidi* entomologi suevi referenda; ab elode *pallida* species tamen distincta, non varietas, ob elytra striata.

*Cyphon melanurus* Fabricii an ab ejusdem *C. pallido* distinctus?

Spec. 2. *Elodes fuscescens. Elode brunâtre.*

E. Subrotundo-ovata, castaneo-fusca vel nigricans, pubescens; thorace brevi, transverso, margine antico subrecto; antennarum basi pedibusque rufescentibus.

*Elode grise.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 390.

*Cyphon griseus?* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 1, *pag.* 502.

*Cyphon coarctatus?* PAYK. *Faun. Suec.*, *tom.* 2, *pag.* 120.

Frequens Parisiis, loco *Petit-Gentilli.*

*II. Pedes postici saltatorii, femoribus incrassatis, tibiis spina valida terminatis.*

SPEC. 3. *ELODES HEMISPHÆRICA. Elode hémisphérique.*

E. Ovato-subrotunda, glabra, nigra; thorace brevi, transverso, margine antico subconcavo; antennarum basi, tibiis tarsisque diluto-fuscis.

*Elode hémisphérique.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 8, *pag.* 391.

*Cyphon hemisphœricus.* PAYK. *Faun. Suec.*, *tom.* 2, *p.* 119.

*Cyphon hemisphœricus.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 1, *pag.* 502.

*Chrysomela hemisphœrica.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 595.

*Chrysomèle sauteuse brune?* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 5, *pag.* 348.

Habitat in Europæ plantis; frequens Burdigalæ, sepibus.

ANNOTATIO. An specifice distinguenda Elodes quædam, Parisiis frequens, præcedenti, forma, magnitudine omnino similis, at obscure rufo-fusca vel nigricans; antennarum basi pedibusque dilutioribus; capite thoraceque subpubescentibus; femoribus posticis macula fusca; tibiarum posticarum spinula majore, quam, in Elode præcedenti, paulo breviore?

2. *Palpi maxillares saltem apice crassiores, articulo ultimo subovato vel subtrigono aut securiformi. Corpus oblongum, dorso planiusculo.*

A. *Mandibulœ apice emarginato aut bidentato.*

CXIII. GENUS. *CUPES. Cupès.*

*Cupes*, *FABRICII.*

*Antennœ* cylindricæ, nec pectinatæ, nec serratæ.

*Palpi* æquales, articulo ultimo truncato. *Maxillæ* processu duplici; externo lineari, interno minore. *Labium* bifidum; *mento* corneo, semiovato, transverso.

*Corpus* lineare, substantia solida, rigida. *Pedes* breves.

SPEC. 1. *CUPES CAPITATA. Cupès à tête jaune.*

C. Obscure-fusca, capite inæquali, rufescenti-luteo.

*Tab. 8, fig. 2. Aucta, scala longitudinis adjecta.*

*Cupes capitata. FAB. System. eleut., tom. 2, pag. 66.*

*Cupès à tête jaune. LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom. 9, pag. 85.*

*COQUEB. Illust. Icon. Insect., dec. 3, tab. 30, fig. 1.*

Habitat in Carolina. Don. Bosc.

## CXIV. GENUS. *DRILUS. Drile.*

*Drilus, OLIV., LAM. — Ptilinus, GEOFF., FABRICII.*

*Antennæ* latere interno pectinatæ. *Palpi* maxillares longiores, apice acuto; *labiales* breves, subcylindrici. *Maxillæ* processu unico. *Labium* integrum aut obsolete emarginatum, nudum *mento*ve brevissimo.

*Corpus* substantia molli, ad antica sensim sub arcuato-inflexum.

SPEC. 1. *DRILUS FLAVESCENS. Drile jaunâtre.*

D. Niger, pubescens, elytris flavescentibus.

*D. jaunâtre. OLIV. Entom., tom. 2, n°. 23, pl. 1, fig. 1, a. b. c. d. e.*

*Drile jaunâtre. LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom. 9, pag. 92.*

*La panache jaune. GEOFF. Hist. des Insect., tom. 1, pag. 66. pl. 1, fig. 2.*

*PANZ. Faun. Insect. Germ., fasc. 3, fig. 8.*

Habitat in Galliæ plantis.

B. *Mandibulæ apice ( acutissimæ ) nec emarginatæ, nec bidentatæ.*

a. *Antennæ basi valde approximatæ, penitus aut fere contiguæ, articulis sæpius compressis. Palpi postici multo maxillaribus minores, parum exserti.*

CXV. Genus. *Lycus. Lycus.*

*Lycus*, Fab., Oliv., Lam. — *Cantharis*, Linn. — *Lampyris*, Geoff., de Geer.

*Caput* antice in rostrum productum. *Maxillæ* processu unico, ad apicem sæpius exsertæ, subsetosæ aut sublaciniato-fimbriatæ. *Palpi* maxillares articulo ultimo subtrigono, apice latiore. ( *Antennæ* compressæ, magis minusve serratæ ).

*Elytra* sæpius elongata, postice latiora.

*I. Elytra apice multo latiora, dilatata; thorax antice rotundatus, fere semicircularis.*

Spec. 1. *Lycus latissimus. Lycus très-large.*

L. Niger, thorace elytrisque fulvo-flavescentibus; thoracis medio nigro; coleoptris suborbiculatis, postice nigris.

*Lycus latissimus.* Fab. *System. eleut.*, *tom.* 2, *pag.* 110.

*Lycus large.* Oliv. *Entom.*, *tom.* 2, *n°.* 29, *pl.* 1, *fig.* 2.

*Lycus dilaté.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 9, *pag.* 89.

*Lampyris latissima.* Linn. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 646.

Habitat in Guinea.

*II. Elytra subæque lata; thorax subquadratus, margine antico transverse recto.*

Spec. 2. *Lycus rufipennis. Lycus rufipenne.*

L. Niger, thoracis lateribus elytrisque coccineis; thoracis medio

medio linea impressa longitudinali; elytris sericeis, singulo lineis novem circiter elevatis, subobsoletis.

*Lycus sanguineus.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 2, *pag.* 116.

*Lycus sanguin.* OLIV. *Entom.*, *tom.* 2, *n°.* 29, *pl.* 1, *fig.* 1, *a. b. c.*

*Lycus sanguin.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 9, *pag.* 87, *pl.* 75, *fig.* 6.

*Labrum* profunde emarginatum, subbilobum. *Antennæ* capitis margini antico (abrupte declivi et cui labrum affigitur), mandibularum basin internam versus, insertæ (subfiliformes, articulis subconicis, apicalibus magis rotundatis, subglobosis). *Palpi* maxillares mandibulas ultra prominuli, labialibus duplo aut amplius longiores, articulis secundo et tertio majoribus, conicis; hoc (et item de labialium penultimo, aut illorum secundo) elongato, crassiore; terminali in palpis omnibus minimo, vix conspicuo, aciculari.

*Caput* collo distincto. *Thorax* elongato-quadratus, margine postico recto, transverso, ab elytrorum basi intervallo pediculove disjuncto. *Corpus* lineare. *Femora* antica incrassata, angulo infero dentiformi.

Annotatio. *Lathrobiorum*, *Pæderorum*, *Stenorum* palporum structuram haud accuratissime vidit dom. Gravenhorst. His enim insectis palpi maxillares articulis quatuor, ultimo tamen sæpius, ob exilitatem, ope etiam miscroscopii, vix conspiciendo. Genera *Staphyliniorum* ab illo auctore proposita naturalia, optima, sed characteribus novis, ex instrumentis cibariis præsertim depromendis, fulcienda.

Spec. 1. *Lathrobium elongatum. Lathrobie alongé.*

L. Pubescens, subtiliter vageque confertim punctatum, nigrum, nitidum, ore, antennis, elytrorum apice pedibusque rufobrunneis; capite ovato; antennis thoracis circiter longitudine, articulis apicalibus subglobosis; thorace elongato-quadrato, angulis obtusis, latitudine ubicunque æquali, linea dorsali media lævi.

*Lathrobium elongatum.* Grav. *Coleopt. micropt.*, *pag.* 55.

*Lathrobie alongé.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect. tom.* 9, *pag.* 340.

*Staphylinus elongatus.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 685.

*Pœderus elongatus.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 2, *pag.* 609.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 9, *fig.* 12.

Habitat sub vegetabilibus putrescentibus ; Parisiis, primo vere, loco Gallice dicto *Lagare.* Affine *Staphylino lineari* Olivier.

SPEC. 2. *LATHROBIUM DEPRESSUM. Lathrobie déprimé.*

L. Valde depressum, pubescens, subtiliter vageque confertim punctatum, nigrum, nitidum, ore, antennis, elytrorum apicibus pedibusque rufo-brunneis ; capite subtrigono ; antennis thorace longioribus, articulis subconicis ; thorace quadrato, antice paulo latiore angulisque prominulis, spatio dorsali triplici, lævi.

*Lathrobium depressum.* GRAV. *Coleopt. micropt.*, *pag.* 182.

*Lathrobie déprimé.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 9, *pag.* 341.

Habitat cum præcedente ; in Lusitania ab Entomologiæ studiosissimo cultore com. de Hoffmannsegg primo lectum.

SPEC. 3. *LATHROBIUM RUFICORNE. Lathrobie ruficorne.*

L. Nigro-fuscum, pubescens, vage confertimque punctatum ; ore, antennis, thorace rufis ; elytris pedibusque luteo-rufescentibus ; antennis moniliformibus ; thorace quadrato, linea dorsali lævi.

*Pœderus bicolor.* GRAV. *Coleopt. micropt.*, *pag.* 59.

*Pédère bicolor.* OLIV. *Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 44, *pl.* 1, *fig.* 4, *a. b.*

*Pédère bicolor.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 9, *pag.* 348.

Habitat in Gallia, sub lapidibus.

## CXLIII. GENUS. *PÆDERUS. Pédère.*

*Pœderus*, FAB., OLIV., PAYK., LAM., GRAV. — *Staphylinus*, LINN., GEOFF., DE GEER.

*Palpi* maxillares labialibus triplo aut amplius longiores,

articulo secundo elongato-conico; tertio crassiore, conico aut cum ultimo clavam turbinatam vel ovali-ovatam efformante; ultimo brevissimo, obsoleto, aut vix conspicuo. *Antennæ* ante oculos insertæ (1), sensim extrorsum crassiores.

*Caput* collo distincto. *Thorax* suborbiculatus. *Coxæ* anticæ elongatæ.

Observationes. Labrum sublineari-transversum, integrum. Mandibulæ dente interno valido, denticulato. Palpi labiales articulis tribus, basilari brevissimo; secundo omnium majore, subconico; ultimo parvo, tenuissimo, aciculari. Labium membranaceum, medio longitrorsum, specie saltem, coriaceo; lateribus carina lineave elevata, longitudinali. Mentum transversum.

*I. Tarsi articulo quarto (ut alii) integro (haud bifido).*

(*Antennæ articulis apicalibus globosis. Caput ovatum, magnum. Palpi maxillares capite dimidio breviores, articulo ultimo illis tenuissimo, aciculari, distincto; his subobsoleto aut a præcedentis apice indistincto, acute terminato. Thorax subdeltoideo-orbiculatus, antice posticeque angustatus aut subovatus.*)

Spec. 1. *Pæderus orbiculatus. Pédère orbiculaire.*

P. Palporum maxillarium articulo ultimo distincto, aciculari; antennis omnino fere moniliformibus; corpore nigro, obscuro, confertim subtilissimeque punctato; palpis, antennis, elytrorum angulo apicis externo, pedibus fusco-rufescentibus; thorace subdeltoideo-orbiculato, carinula lineave dorsali longitudinali, lævi, nitida; elytris nitidis, subæneo-nigris, pubescentibus punctisque impressis, vagis, distinctis.

---

(1) Ultra capitis marginem anticum et idem in generibus sequentibus.

*Pæderus orbiculatus.* PAYK. *Faun. Suec., tom.* 3, *pag.* 431.

*Pédère orbiculaire.* OLIV. *Entom., tom.* 3, *n°.* 44, *pl.* 1, *fig.* 7, *a. b.*

*Pæderus orbiculatus.* GRAV. *Coleopt. micropt., pag.* 63.

*Pédère orbiculaire.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 9, *pag.* 346.

PANZ. *Faun. Insect. Germ., fasc.* 4, *fig.* 21.

Habitat in quisquiliis, sub lapidibus, primo vere; Parisiis frequens.

SPEC. 2. *PÆDERUS FRAGILIS. Pédère fragile.*

P. Palporum maxillarium articulo ultimo subobsoleto; antennarum articulis ultimis solum globosis; corpore nigro, confertim subtilissimeque punctato; palpis, antennis, pedibus quatuor posticis fusco-rufis; thorace pedibusque anticis rufis; thorace subdeltoideo-ovato, linea dorsali, lævi, nitida; elytris nitidis, ad angulos externos apicis luteo-rufescentibus.

*Pédère fragile.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 9, *pag.* 347.

Habitat in Gallia.

## *II. Tarsi articulo quarto bifido.*

### ( *Antennæ articulis plerisque subconicis.* )

SPEC. 3. *PÆDERUS ANGUSTATUS. Pédère rétréci.*

P. Palpis maxillaribus capite aperte brevioribus, articulo quarto sive ultimo, indistincto, cum præcedenti clavam ovali-ovatam efformante; corpore non lineari-longissimo, nigro; antennis, palpis, elytrorum apice, sutura præsertim, pedibus rufo-pallidis; capite thoraceque confertim punctatis, subrugosulis; thorace suborbiculato; elytris punctatis, haud rugosulis.

*Pæderus angustatus.* PAYK. *Faun. Suec., tom.* 3, *p.* 431.

*Pæderus angustatus.* GRAV. *Coleopt. micropt., pag.* 63.

*Pédère rétréci.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 9, *pag.* 347.

*Staphylinus angustatus.* FAB. *System. eleut., tom.* 2, *pag.* 599.

*Staphylin rétréci.* Oliv. *Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 42, *pl.* 2, *fig.* 18, *a. b.*

Panz. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 11, *tab.* 18.

Habitat in Europa, sub lapidibus: Parisiis haud infrequens.

Spec. 4. *Pæderus filiformis. Pédère filiforme.*

P. Palpis maxillaribus capite aperte brevioribus, articulo ultimo indistincto, cum præcedenti clavam ovali - ovatam efformante; corpore nigro, obscuro, lineari, longissimo, penitus subrugosulo; antennis pedibusque flavescentibus; thorace orbiculato-ovato; elytrorum margine postico rufescente.

Habitat Parisiis, cum præcedente.

Spec. 5. *Pæderus riparius. Pédère riverain.*

P. Palpis maxillaribus capitis fere longitudine, articulo ultimo distincto, subtuberculiformi, obtuso, cum præcedente clavam turbinatam efformante; corpore rubro-rufo, nitido; capite, antennis (articulis quatuor baseos exceptis) abdominis apice, geniculis nigris; elytris cæruleis, punctis impressis, vagis; thorace subelongato-quadrato, lævi, punctis impressis nullis aut raris et lateralibus; capitis lateribus solis impresso-punctatis.

*Pæderus riparius.* Fab. *System. eleut.*, *tom.* 2, *pag.* 608.

*Pédère riverain.* Oliv. *Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 44, *pl.* 1, *fig.* 2, *a. b. c. d.*

*Pæderus riparius.* Grav. *Coleopt. micropt.*, *pag.* 62.

*Pédère riverain.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 9, *pag* 345, *pl.* 79, *fig.* 8.

*Staphylinus riparius.* Linn. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 684. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 846.

*Le staphylin rouge à tête noire et étuis bleus.* Geoff. *Hist. des Insect.*, *tom.* 1, *pag.* 369.

*Staphylin des rivages.* De Geer. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 4, *pag.* 28, *pl.* 1, *fig.* 18.

Panz. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 9, *fig.* 11.

Frequens in arena humida, sub lapidibus, cum p. *littorali* Gravenhorst confusus. In p. *littorali* thorax subgloboso-orbiculatus,

punctatus, pilis ubique sparsis ; capite, (summo vertice solo excepto) distincte punctato.

CXLIV. Genus. *Stenus. Stène.*

*Stenus*, Latr., Cuv., Fab., Payk., Grav. — *Staphylinus*, Linn., Geoff. — *Pœderus*, Olivier.

*Palpi* maxillares labialibus permulto longiores ; articulis tribus primis elongatis, conicis ; tertio majore, clavam elongatam efformante ; quarto (sive ultimo) fere inconspicuo, minutissimo, aciculari. *Antennæ* oculorum margini interno insertæ, ad apicem subabrupte crassiores, articulis inferis cylindricis, ultimis conico-globosis.

*Oculi* subglobosi, crassi. *Thorax* subcylindricus. *Coxæ* brevissimæ. *Tarsorum* articulus penultimus bifidus.

Observationes. Labrum transversum, margine antico subarcuato. Mandibulæ gracillimæ, valde arcuatæ, dente interno valido. Palpi labiales brevissimi, subapproximati, articulis tribus, secundo majore, subgloboso, ultimo obsoleto. Labium membranaceum, elongatum. Mentum subquadratum, medio carinatum, carina ad marginem superum in dentem producta.

Spec. 1. *Stenus biguttatus. Stène bimoucheté.*

S. Niger, griseo-villosulus, confertim punctatus, subrugosulus ; capitis vertice lineola elevata ; thorace lineola postica impressa ; elytro singulo guttula rufescente.

*Stène bimoucheté.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 9, *pag.* 352, *pl.* 80, *fig.* 1. — *Préc. des caract. génér. des Insect.*, *pag.* 77.

*Stenus biguttatus.* Fab. *System. eleut.*, *tom.* 2, *pag.* 602.

*Stenus biguttatus.* Grav. *Coleopt. micropt.*, *pag.* 154.

*Staphylinus biguttatus.* Linn. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 685. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 851.

*Le staphylin junon. Var.* Geoff. *Hist. des Insect.*, *tom.* 1, *pag.* 371.

*Pédère bimoucheté.* OLIV. *Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 44, *pl.* 1, *fig.* 3, *a. b.*

Habitat in Europæ locis humidis, sub lapidibus, gregarius.

SPEC. 2. *STENUS BUPHTHALMUS. Stène Buphthalme.*

S. Plane niger, punctato-subrugosulus, villis brevibus, griseis.

*Tab.* 9, *fig.* 2, *auctus, scala longitudinis adjecta.*

*Stenus Buphthalmus.* GRAV. *Coleopt. micropt.*, *pag.* 156.

*Stène Buphthalme.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 9, *pag.* 355, *pl.* 80, *fig.* 2.

*Stenus juno.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 2, *pag.* 602.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 27, *fig.* 11.

Habitat cum præcedente; Parisiis frequens.

CXLV. GENUS. *OXYTELUS. Oxytèle.*

*Oxytelus*, GRAV. — *Staphylinus*, LINN., GEOFF., DE GEER, FAB., OLIVIER.

*Palpi* breves, subuliformes; maxillares labialibus haud duplo longiores; his et illis articulo penultimo majore, incrassato, conico; terminali gracillimo, cylindrico-conico, aciculari, præcedentis fere longitudine.

*Caput* validum, collo distincto. *Thorax* semi-orbiculatus, postice rotundatus. *Tibiæ* spinulis ciliatæ. *Tarsi* secundum latera reflectendi, inter tibiarum spinulas reponendi, articulis quatuor primis brevissimis.

OBSERVATIONES. Labrum transverse quadratum, integrum. Mandibulæ porrectæ, validæ. Mentum breve, transversum. Antennæ ante oculos, marginem internum versus, sub margine prominulo insertæ, subfracto-incurvæ, extrorsum crassiores; articulis ultimis superfoliatis, apicali globoso-ovato, basilari valde elongato, conico.

SPEC. 1. *OXYTELUS CARINATUS. Oxytèle carené.*

O. Niger, nitidus, distincte vageque impresso-punctatus; fronte inæquali, fere rugosula, spatio interoculari et antico sublævi; collo valde distincto; thorace utrinque impresso, medio

trisulcato costisque quatuor, duabus mediis postice coeuntibus; pedibus nigricantibus; tibiis spinulis brevissimis.

*Oxytelus carinatus.* GRAV. *Coleopt. micropt.*, *pag.* 106.

*Oxytèle carené.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 9, *pag.* 363.

*Le staphylin noir, à corcelet sillonné et bordé.* GEOFF. *Hist. des Insect.*, *tom.* 1, *pag.* 367.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*; *fasc.* 57, *fig.* 24.

Parisiis frequentissimus, in excrementis humanis.

*Staphylinus piceus* Fabricii, Olivier, ab oxytelo *carinato* præsertim differt elytris pedibusque testaceis.

ANNOTATIO. Genus *Callicerus* Gravenhorst a me non visum; mandibulis ad latus internum denticulatis, exsertis, validis, in hac sectione reponendum; at palpis, forma antennarum, earumdem articulo ultimo longissimo, habitu corporis, pedibus *Aleocharis* proximum.

2. *Mandibulæ dentibus nullis internis aut unico tantum vixque obvio.*

A. *Antennæ ante oculos insertæ, a secundo baseos articulo ad angulum fere rectum haud divaricatæ, articulis nullis aut perpaucis (3 — 4) transversis, plerisque subconicis aut subglobosis, terminali subovato, ad basin rotundato, non truncato.*

*(Palpi haud semper subulati. Caput non exsertum in omnibus. Tibiæ in multis spinosæ. Elytra abdominis dimidium et ultra sæpius tegentia).*

a. *Mandibulæ fissura interna parva aut subunidentatæ.*

*(Caput thorace non aut vix angustius, antice rotundatum. Tibiæ haud spinosæ. Anus appendicibus nullis aut retractis).*

CXLVI. GENUS. *LESTEVA. Lestève.*

*Staphylinus*, *FAB.*, *PAYK.*, *OLIV.* — *Anthophagus*, *GRAVENHORST.*

*Palpi* maxillares filiformes (haud subulati, articulo penultimo

penultimo incrassato, apicali multo graciliore, aciculari) articulo terminali elongato, præcedentibus conjunctim longiore. *Antennæ* subfiliformes, articulis conico-cylindricis.

*Thorax* subcordato-truncatus aut subquadratus, postice angustior.

Observatio. Maxillæ processu duplici lineari, interno ciliato.

Spec. 1. *Lesteva punctulata. Lestève pointillée.*

L. Nigro-fusca, subtilissime punctata, sublævis; antennis pedibusque obscuro-rufis.

*Tab. 9, fig. 1, aucta, longitudinis scala adjecta.*

*Lestève pointillée.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom. 9, pag.* 369. — *Préc. des caract. génér. des Insect., pag.* 75.

*Carabus dimidiatus.* Panz. *Faun. Insect. Germ., fasc.* 36, *fig.* 3.

*Carabus staphylinoides.* Marsh. *Entom. Britan., tom.* 1, *pag.* 464.

Habitat in Gallia, locis humidis.

Spec. 2. *Lesteva alpina. Lestève alpine.*

L. Nigra, nitida, apice antennarum thoraceque fuscis; antennarum basi, elytris pedibusque testaceis.

*Lestève alpine.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 9, *pag.* 368.

*Staphylinus alpinus.* Payk. *Faun. Suec., tom.* 3, *pag.* 387.

*Staphylinus alpinus.* Fab. *System. eleut., tom.* 2, *pag.* 598.

*Staphylin alpin.* Oliv. *Entom., tom.* 3, *n.* 42, *pl.* 6, *fig.* 55.

*Anthophagus alpinus.* Grav. *Coleopt. micropt., pag.* 188.

Habitat in Betula, salice Lapponiæ summarum Alpium.

## CXLVII. Genus. *Omalium. Omalie.*

*Omalium*, Grav. — *Staphylinus*, Geoff., Fab., Olivier.

*Palpi* maxillares filiformes, haud subulati, articulo

ultimo præcedentibus conjunctim breviore. *Antennæ* extrorsum crassiores, articulis apicalibus rotundatis, subperfoliatis.

*Thorax* transverso-quadratus, sæpius marginatus, angulis anticis rotundatis.

Spec. 1. *Omalium rivulare. Omalie rivulaire.*

O. Nigricans, punctatum; antennarum basi pedibusque diluto-brunneis; capite inter oculos biimpresso; thorace marginato, ad angulos posticos impresso, dorso bisulcato; elytris thorace duplo longioribus, obscuro-brunneis.

*Omalium rivulare. Grav. Coleopt. micropt., pag.* 116.

*Omalie rivulaire. Latr. Hist. nat. des Crust. et des Insect., pag.* 373, *pl.* 80, *fig.* 6.

*Staphylinus rivularis. Payk. Faun. Suec., tom.* 3, *p.* 407.

*Staphylin rivulaire. Oliv. Entom., tom.* 3, *n°.* 42, *pl.* 3, *fig.* 27. *a. b.*

*Panz. Faun. Insect. Germ., fasc.* 27, *fig.* 15.

Frequens in Gallia.

## CXLVIII. Genus. *Proteinus. Proteine.*

*Palpi* maxillares subulati, articulo penultimo incrassato, apicali gracili, aciculari.

*Antennæ habitusque* præcedentis generis.

Spec. 1. *Proteinus brachypterus. Proteine brachyptère.*

P. Depressus, planus, niger, nitidus, supra leviter subsericeus; mandibulis, antennarum articulo basilari pedibusque brunneo-rufis; capite thorace paulo angustiore, triangulari; thorace brevi, lævi, antice paulo angustiore, lateribus subrotundatis, tenuissime marginatis; margine postico duplo latiore quam longiore, angulis subprominulis, subrufescentibus; scutello minimo; elytris subtilissime elongato-quadratis, externe marginatis, angulis posticis et externis rotundatis; abdominis segmentis quatuor ultimis nudis, ejus apice acuto, in nonnullis rufescente.

*Latr. Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 10, pag. 46. — *Préc. des caract. génér. des Insect.*, pag. 9.

Habitat in Gallia.

Annotatio. A staphylino *florali* Paykull vix diversus videtur; affinis etiam *Catereti gravido* Illiger.

*b. Mandibulæ latere interno penitus edentulo.*

( *Caput thorace multo angustius et in illum ad oculos usque intrusum, antice subacuminatum. Tibiæ spinosæ. Anus sæpius appendicibus prominulis.* )

CXLIX. Genus. *Tachinus. Tachine.*

*Tachinus*, Grav. — *Staphylinus*, Linn., Geoff., Oliv. — *Oxyporus*, Fabricii.

*Palpi* maxillares filiformes, haud subulati.

Spec. 1. *Tachinus rufipes. Tachine rufipède.*

T. Niger, nitidus, lævis; antennis fuscis; elytris sæpius pedibusque brunneis; elytrorum margine apicali dilutiore; abdominis segmenti ultimi apice cuspidato, integro, et appendice conica, ejusdem longitudine utrinque instructo.

*Tachinus rufipes.* Grav. *Coleopt. micropt.*, pag. 137.

*Tachine rufipède.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 9, pag. 394.

*Staphylin noir, à grands étuis.* De Geer. *Mém. s. l. Insect.*, tom. 4, pag. 24, pl. 1, fig. 14.

*Staphylinus rufipes.* Payk. *Faun. Suec.*, tom. 3, pag. 418.

*Staphylin à étuis bordés de jaune.* Geoff. *Hist. des Insect.*, tom. 1, pag. 368.

*Staphylin rufipède.* Oliv. *Entom.*, tom. 3, n°. 42, pl. 4, fig. 35, a. b. c. d.

*Oxyporus rufipes.* Fab. *System. eleut.*, tom. 2, pag. 607. — *Oxyporus Hypnorum ?* Ibidem.

Habitat in Europa, excrementis bovinis.

Annotatio. Cum elytra Tachini *rufipedis* quandoque nigra

sint, ad hanc speciem referri potest *oxyporus rufipes* Fabricii, non obstante ejus phrasi specifica. T. rufipedis thoracis margo parum rufescit : *oxyporus rufus* ejusdem igitur forsan varietas.

CL. Genus. *Tachyporus. Tachypore.*

*Tachyporus, Grav. — Staphylinus, Linn., Geoff., Oliv. — Oxyporus, Fabricii.*

*Palpi* maxillares subulati.

Spec. 1. *Tachyporus chrysomelinus. Tachypore chrysomélin.*

T. Niger, nitidus, lævis ; thorace, elytris (basi excepta) pedibusque rufo-flavis ; thorace subtransverso ; abdominis apice truncato.

*Tachyporus chrysomelinus. Grav. Coleopt. micropt.*, *p.* 128.

*Tachypore chrysomélin. Latr. Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *pag.* 7, *pl.* 79, *fig.* 9.

*Staphylinus chrysomelinus. Linn. System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 685. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 855.

*Le Staphylin couleur de paille. Geoff. Hist. des Insect.*, *tom.* 1, *pag.* 368.

*Oxyporus chrysomelinus. Fab. System. eleut.*, *tom.* 2, *p.* 506.

*Staphylin chrysomélin. Oliv. Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 42, *pl.* 3, *fig.* 22, *a. b.*

*Panz. Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 9, *fig.* 14.

Frequens in floribus, foliis, gramine ; agilissimus.

B. *Antennæ oculorum margini interno et antico insertæ, a secundo baseos articulo ad angulum fere rectum divaricatæ (subfractæ et antrorsum arcuato-inflexæ), articulis a quinto ad decimum transversis, perfoliatis ; terminali ovato-conico, basi truncato.*

*(Palpi subulati. Caput plerumque exsertum. Tibiæ haud spinosæ.)*

CLI. Genus. *Aleochara. Aléochare.*

*Aleochara, Knoch, Grav. — Staphylinus, Linn., Geoff., de Geer, Fab., Olivier.*

*I. Caput thorace multo angustius in ipsumque postice intrusum, collo inconspicuo aut nullo.*

( *Thorax transversus, lateribus rotundatis; antennæ quam in aliis distinctius perfoliatæ.* )

SPEC. 1. *ALEOCHARA BIPUNCTATA. Aléochare biponctuée.*

A. Nigra, nitidiuscula, subsericea; thorace convexo; elytris conjunctim transverse-quadratis, macula rufo-sanguinea in singulo; pedibus, abdominis segmentorum posticorum margine postico anoque ruſo-brunneis.

*Aleochara bipunctata.* GRAV. *Coleopt. micropt., pag.* 93.

*Aléochare biponctuée.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 9, *pag.* 388.

*Staphylin biponctué?* OLIV. *Entom., tom.* 3, *n°.* 42, *pl.* 5, *fig.* 44, *a. b.*

In fimo bovino, equino; Parisiis frequens.

ANNOTATIO. *Staphylinus emarginatus* Paykull, Olivier, Fabricii, nomine generico *Anthophagus*, in opere, *Dictionnaire des sciences naturelles*, delineatus, Aleocharis hujus divisionis associandus.

*II. Caput thoracis circiter latitudine, subtriangulare, collo distincto at non tenuissimo; thorax* his *quadratus, angulis rotundatis;* illis *suborbiculatus, postice elytrorum latitudine.*

SPEC. 2. *ALEOCHARA CANALICULATA. Aléochare cannelée.*

A. Rufo-fusca, pedibus dilutioribus; capite abdominisque segmentis duobus penultimis nigris; elytris conjunctim transverso-quadratis; thoracis dorso excavato lineaque impressa media, longitudinali.

*Aleochara canaliculata.* GRAV. *Coleopt. micropt., pag.* 68.

*Aléochare cannelée.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 9, *pag.* 378, *pl.* 80, *fig.* 7.

*Staphylinus canaliculatus.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 2, *pag.* 599.

*Staphylin cannelé.* OLIV. *Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 42, *pl.* 3, *fig.* 31, *a. b.*

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 27, *fig.* 13.

Sub lapidibus, in quisquiliis, inter segetes. Frequens in Gallia.

*III. Caput globosum, postice a thorace intervallo valde distincto remotum, collo tenuissimo; thorax subglobosus aut subcordatus, antice rotundatus, postice subangustato-truncatus elytrisque paulo angustior.*

SPEC. 3. *ALEOCHARA IMPRESSA. Aléochare enfoncée.*

A. Rufescens; capite nigro; thorace lineis tribus punctisque duobus posticis impressis; elytri cujusque basi lineolis duabus impressis.

*Aleochara impressa.* GRAV. *Coleopt. micropt.*, *pag.* 72.

*Aléochare imprimée.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 9, *pag.* 380.

*Staphylin enfoncé.* OLIV. *Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 42, *pl.* 5, *fig.* 41, *a. b.*

In Europæ Agaricis, Boletis.

Ad hanc divisionem pertinet, ni fallor, staphylinus *n°.* 25 Geoffroi, insectorum parisinorum historiæ auctoris. *Pselaphi* in ordine naturali Aleocharas consequuntur.

Finis Tomi primi.

---

Typis J. J. DELANCE, viâ Mathurinensium.

# EMENDANDA.

*Pagina* 24, *linea* 8, *Columna dextera*; pro OXYRHYNCHI
pone OXYRYNCHI.

*Ibid.* — 9, *ibid.* — *Oxyrhynques* p. *Oxyrynques.*

26, — 14, — internæ *p.* interni.

32, — 29, — reflexo *p.* inflexo.

55, — 17, post DE GEER appone *FAB.*

67, — 14, post *Squillarum* appone *Corpus.*

80, — 8, *columna media; post* assimiles, *adde*: *Anus papillis textoriis.*

84, — 24, *pro* rostello *pone* rastello.

86, — 6, — *tab.* 1, p. *tab.* 3.

109, — 1, — istius *p.* verba.

143, — 3, post *fig.* 2 appone *Corpus.*

148, — 17, *post* Hermann, *adde*: hæc species.

P. A. LATREILLE

SCIENTIARUM ET ARTIUM INSTITUTI GALLICI, NEC NON SOCIETATIS PHILOMATHICÆ, SCIENTIARUM, LITTERARUM ARTIUMQUE BURDIGALENSIS, LINNEANÆ SODALIS, etc.

# GENERA CRUSTACEORUM ET INSECTORUM

SECUNDUM ORDINEM NATURALEM IN FAMILIAS DISPOSITA, ICONIBUS EXEMPLISQUE PLURIMIS EXPLICATA

---

« Quod alii venationibus, confabulationibus, tesseris, chartis, lusibus, compotationibus insumunt, illud ego insectis indagandis, colendis, contemplandis impendo. »

LINNAEUS, *Fauna Suecica*, *præfatio.*

---

TOMUS SECUNDUS

*PARISIIS ET ARGENTORATI*

APUD AMAND KŒNIG, BIBLIOPOLAM

1807

*Nota.* Mendorum operis integri tabula ad tertii et ultimi voluminis calcem exponetur.

# GENERA

# CRUSTACEORUM ET INSECTORUM.

## FAMILIA DECIMA.

### NECROPHAGI. *NÉCROPHAGES.*

*I. Mandibulæ elongatæ, depressæ, ad apicem angusto-arcuatæ aut uncinatæ, angulo externo baseos producto.*

STIRPS PRIMA. *SILPHALES. Silphales.*

*Corpus* depressum, latitudine altitudinem multum (duplo circiter aut amplius) superante, dorso planiusculo leviterve convexo. *Caput* nutans, sub thorace inflectendum colloque sæpius distincto. *Os* prominulum, mandibulis exsertis, validis, ultra labrum productis, apice haud emarginato. *Thorax* orbiculatus vel subsemicircularis, clypeiformis. *Tarsi* articulo quarto præcedentis magnitudinem æquante aut vix illo minore (1). *Antennæ* articulo ultimo ad apicem subcompresso aut utrinque subimpresso.

*Labrum* transversum, emarginatum. *Palpi* filiformes; maxillarium articulis secundo et tertio, labialium sensim et secundo, conicis; ultimo omnium paulo graciliore, subcylindrico, ad apicem subattenuato. *Maxillæ*

(1) Tarsi antici articulis quatuor primis sæpius dilatatis, subcordatis; medii posticique articulis omnibus subconicis vel conico-cylindricis, integris.

plerisque ungue corneo et interno instructæ, processu externo ad basin attenuato, intus subarcuato. *Labium* membranaceum ad basin (*mentum*) transverse breviterque corneum, sensim deinde medium versus angustatum, tum dilatatum, cordiforme, emarginatum aut bifidum.)

Observatio. Antennarum articuli tres ultimi colore obscuro.

Stirps secunda. *Nitidulariæ. Nitidulaires.*

*Corpus* depressum, latitudine altitudinem multum (duplo circiter aut amplius) superante, dorso planiusculo leviterve convexo. *Caput* thoraci ad oculos usque intrusum. *Os* in multis prominulum, mandibulis sæpissime apice emarginatis aut denticulatis. *Thorax* transverso-subquadratus aut subtrapeziformis. *Tarsi* in multis articulo quarto brevissimo, secundo tertioque tunc bifidis aut dilatato-spongiosis.

*Palpi* plerumque filiformes, breves; maxillares et labiales, aut isti solum et in paucis, extrorsum crassiores. *Mandibulæ* depressæ, subtrigonæ, latere externo arcuato anguloque ejus baseos extus producto, apicibus acutis. *Maxillæ* in multis processu unico, in aliis duplici, in nonnullis ungue corneo, subobsoleto, interno, munitæ. *Labium* membranaceum, subquadratum, sæpius ad marginem superum emarginatum vel subintegrum; *mento* corneo subtrapeziformi, sæpius transverso, apicem versus angustato, margine supero late emarginato, angulis ejusdem prominulis.

Observatio. Antennæ sæpius clava compressa, articuli ultimi apice ab ipsius basi in plurimis veluti abrupte distincto.

Stirps tertia. *Scaphidilia. Scaphidiles.*

*Corpus* crassum (altitudine latitudinem fere æquante illiusve dimidium saltem superante), subellipticum, ad apices angustatum, supra valde et elongate arcuatum. *Caput* thoraci ad oculos usque intrusum, subperpendiculariter inflexum. *Thorax* trapeziformis, a basi ad apicem sensim angustatus, planiusculus paulove et antice rotundato-convexus. *Pedes* elongati; postici corporis fere saltem longitudine. *Antennæ* thoracis saltem longitudine, sensim extrorsum crassiores aut subabrupte clavatæ, clava articulis quinque, sæpius vix crassioribus. *Caput* antice ab antennarum ortu productum; *Palpis maxillaribus* valde exsertis, aut subulatis aut extrorsum subclavatis.

Observationes. Mandibulæ ad apicem plerumque bidentatæ. Maxillæ in omnibus processu duplici membranaceo; externo in plurimis angusto, sublineari. Mentum transverso-quadratum, coriaceum.

*II. Mandibulæ breves, crassæ (trigono-triquetræ, sub apice denticulatæ).*

Stirps quarta. *Dermestini. Dermestins.*

*Corpus* crassum (altitudine latitudinem fere æquante illiusve dimidium saltem superante), subovale aut subovatum, apicibus rotundatis. *Caput* thoraci ad oculos usque intrusum, perpendiculariter inflexum. *Thorax* brevis, antice convexo-rotundatus. *Pedes* breves, robusti; postici corpore breviores (tibiæ spinosulæ; tarsi breves). *Antennæ* thorace, fœminis saltem, dimidio breviores, clava abrupta, maxima, compressa, articulis tribus aut quatuor, at basilari primove vix præcedentibus majore.

*Palpi* breves, haudve paululum exserti, subfiliformes, articulo ultimo teretiusculo.

OBSERVATIONES. Maxillæ sæpius processu duplici, membranaceo; lacinia externa majore, latiuscula, interna plerisque ungue instructa. Labium elongatum, membranaceum, subintegrum. Mentum coriaceum, subquadratum, integrum, villosum.

## STIRPS PRIMA.

### SILPHALES. *SILPHALES.*

### CLII. GENUS. *NECROPHORUS. Nécrophore.*

*Necrophorus, FAB., OLIV., LAM. — Silpha, LINN., DE GEER. — Dermestes, GEOFF.*

*Antennæ* (capite vix longiores) capitulo subgloboso, valde perfoliato, quadriarticulato, terminatæ; capituli articulis tribus primis subcupularibus, membranaceo-compressis. *Maxillæ* ungue corneo et interno nullo. *Labium* profunde, ad angulum acutum, emarginatum bifidumve, laciniis pone palpos divaricato-productis.

*Corpus* oblongum, multo longius quam latius. *Thorax* quadrato-orbiculatus sive orbiculatus, antice transverse truncatus. *Elytra* ad apicem recte truncata, ad marginem externum nec canaliculata nec acute carinata. (*Tibiæ* breves, validæ, conico-trigonæ. *Femora* postica trochantere in spinam terminato.)

SPEC. 1. *NECROPHORUS VESPILLO. Nécrophore fossoyeur.*

N. Niger; thoracis lateribus antice subdilatatis, rotundatis; ejusdem parte antica transverse impresso-subquadrilobata; femoribus posticis clavatis, trochantere in spinam acutam terminato; antennarum articulis tribus ultimis ferrugineis; ely-

trorum margine exteriore fasciaque duplici, transversa, undulata, aurantiacis.

*Necrophorus vespillo.* FAB. *System. eleut., tom.* 1, *p.* 335.

*Nécrophore fossoyeur.* OLIV. *Entom., tom.* 2, *n°.* 10, *pl.* 1, *fig.* 1, *a. b. c. d. e.*

*Nécrophore fossoyeur.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 9, *p.* 270, *pl.* 78, *fig.* 9.

*Silpha vespillo.* LINN. *System. nat., ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *p.* 569. — *Faun. Suec., ed.* 2, *n°.* 444.

*Le Dermeste à point d'Hongrie.* GEOFF. *Hist. des Insect., tom.* 1, *p.* 98, *pl.* 1, *fig.* 6.

*Bouclier fossoyeur.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect., tom.* 4, *p.* 168, *pl.* 6, *fig.* 1.

PANZ. *Faun. Insect. Germ., fasc.* 2, *fig.* 21.

Habitat in Europa; Murium, Talparum cadavera sepeliens.

OBSERVATIO. N. *mediatus* Fabricii præcedenti valde affinis; præsertim tamen distinctus antennarum capitulo plane ferrugineo; thorace antice angustiore, haud impresso; elytrorum macula humerali aurantiaco-ferruginea; fasciis duabus lunatis; femoribus posticis minus incrassatis trochantereque ad apicem emarginato, bispinoso. Americanus.

## CLIII. GENUS. *SILPHA. Bouclier.*

*Silpha,* LINN., FAB., DE GEER, OLIV., LAM. — *Peltis,* GEOFF.

*Antennæ* (thoracis circiter longitudine) elongato-clavatæ vel fere sensim extrorsum crassiores, articulis septimo, octavo, nono, decimo perfoliatis, depresso-conicis aut lenticulatis, ultimo ovato. *Maxillæ* ungue corneo et interno instructæ. *Labium* ad marginis superi medium breviter fissum aut emarginatum.

*Corpus* sæpius ovale. *Thorax* in paucis orbiculatus, plerisque subsemicircularis, antice truncatus aut retusus.

*Elytra* ad marginem externum canaliculata, acute carinata.

*I. Corpus elongato-ovale; thorax orbicularis; elytra apice oblique truncata.*

Observationes. Antennarum clava e quinque sexve articulis perfoliatis formata, elongata. Caput collo valde distincto. Labii margo superus recta transversus, veluti truncatus, medio paululum fissus. Pedes postici in uno sexu femoribus clavatis, tibiis arcuatis.

Spec. 1. *Silpha littoralis. Bouclier littoral.*

S. Nigra; antennarum articulis tribus extimis ferrugineis; elytris immaculatis; singulo lineis tribus elevatis, duabus externis tuberculo connexis.

*Silpha littoralis. Linn. System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *p.* 570. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 450.

*Le Bouclier à bosses. Geoff. Hist. des Insect.*, *tom.* 1, *pag.* 120.

*Bouclier à boutons roux. De Geer. Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 4, *p.* 176.

*Silpha littoralis. Fab. System. eleut.*, *tom.* 1, *p.* 336.

*Bouclier littoral. Oliv. Entom.*, *tom.* 2, *n°.* 11, *pl.* 1, *fig.* 8, *a. b.*

*Bouclier littoral. Latr. Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 9, *p.* 256.

*Panz. Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 40, *fig.* 15.

Habitat in Europa, cadaveribus.

*II. Corpus ovale; thorax subsemicircularis, antice truncatus aut retusus, transversus; elytra apice rotundata aut non abrupte retusa.*

Observatio. Labium subcordato-emarginatum.

1. *Antennæ clava abrupta, distincta.*

SPEC. 2. *SÍLPHA THORACICA. Bouclier thoracique.*

S. Nigra ; thorace antice emarginato , inæquali , ferrugineo , subsericeo ; elytro singulo lineis tribus elevatis ; externa secundæque apice carinam acutam, sinuatam, efformantibus, tuberculo abrupte connexis.

*Silpha thoracica. LINN. System. nat. , ed. 13 , tom. 1 , pars 2 , p. 571. — Faun. Suec. , ed. 2 , n°. 452.*

*Le Bouclier à corcelet jaune. GEOFF. Hist. des Insect. , tom. 1 , p. 121.*

*Bouclier à corcelet rouillé. DE GEER. Mém. s. l. Insect. , tom. 4 , p. 174 , pl. 6 , fig. 7.*

*Silpha thoracica. FAB. System. eleut. , tom. 1 , p. 337.*

*Bouclier thoracique. OLIV. Entom. , tom. 2 , n°. 11 , pl. 1 , fig. 3 , a. b.*

*Bouclier thoracique. LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect. , tom. 9 , p. 257 , pl. 78 , fig. 8.*

*PANZ. Faun. Insect. Germ. , fasc. 40 , fig. 16.*

Habitat in Europa. Cadaveribus , sylvas frequentans.

2. *Antennæ clava sensim efformata , aut fere tantummodo extrorsum crassiores.*

SPEC. 3. *SILPHA OBSCURA. Bouclier obscur.*

S. Nigra , supra obscura , subtilissime punctulata , infra nitidior ; thorace antice truncato , æquali , plane punctulato , punctis minimis , subcontiguis ; elytro singulo lineis tribus elevatis , rectis ; tuberculo nullo aut obsoleto ; canali marginis exterioris punctis impressis majoribus ; coleoptrorum apice subimmarginato ; labro profunde emarginato , fimbria marginali hirsuta , flavescenti-brunnea.

*Silpha obscura. LINN. System. nat. , ed. 13 , tom. 1 , pars 2 , p. 572. — Faun. Suec. , ed. 2 , n°. 456.*

*Le Bouclier noir à trois raies et corcelet lisse. Var. B. GEOFF. Hist. des Insect. , tom. 1 , p. 118.*

*Silpha obscura.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 1, *p.* 340.

*Bouclier obscur.* OLIV. *Entom.*, *tom.* 2, *n°.* 11, *pl.* 2, *fig.* 18.

*Bouclier obscur.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 9, *p.* 261.

SCHÆFF. *Icon. Insect.*, *tab.* 75, *fig.* 5.

Frequens Parisiis, in cadaveribus.

## STIRPS SECUNDA.

### NITIDULARIÆ. *NITIDULAIRES.*

### I. PELTIDES (1). *PELTIDES.*

*Mandibulæ* illis *exsertæ, prominulæ;* his *sub clypeo cum aliis instrumentis cibariis absconditæ. Maxillæ ungue corneo, arcuato, interno, munitæ. Palpi articulo ultimo crassiore. Tarsi articulo quarto obsoleto aut vix distincto, præcedentibus haud dilatato-bifidis.*

OBSERVATIONES. Mandibulæ apice bifidæ. Maxillæ processu externo brevi, subtrigono, intus incurvo, apice ciliato. Palpi articulo ultimo subovato. Labium coriaceum, subquadratum, mento angustius, integrum, margine supero ciliato. Mentum transverso-quadratum. Corpus ellipticum. Thorax transversus, postice latior, antice emarginatus.

### CLIV. GENUS. *THYMALUS. Thymale.*

*Peltis,* KUGEL., ILLIG., PAYK., FAB. — *Silpha,* LINN., OLIV. — *Ostoma,* LAICHARTING.

---

(1) *Staphylinus porcatus* Paykull, Olivier, novum genus efficere videtur; in hac sectione reponendum et antennis clava globosa, ex articulis tribus efformata, solida tamen, in cavitate thoracis, ex utroque latere infero, inserenda, et ore clypeo tecto, distinctum. Elytra dimidiata ut in *cerco pulicario.*

*Antennæ*

*Antennæ* articulo tertio sequentis longitudine; tribus ultimis (nono, decimo et undecimo) distinctis, clavam compressam, subovalem distincte perfoliatam, efformantibus; horum primis duobus sive nono et decimo transversis, rotundatis; extimo majori orbiculari-ovato. *Os* nudum.

SPEC. 1. *THYMALUS FERRUGINEUS. Thymale ferrugineux.*

T. Fusco-castaneus, limbo dilutiore; thorace punctis impressis, in disco prominulis; elytro singulo lineis sex elevatis, quarum tribus punctulatis; interstitiis punctorum excavatorum duplici serie.

*Thymale ferrugineux. LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 10, *p.* 24.

*Silpha ferruginea. LINN. System. nat., ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *p.* 572. — *Faun. Suec., ed.* 2, *n°.* 458.

*Bouclier punaise. DE GEER. Mém. s. l. Insect., tom.* 4, *p.* 183.

*Bouclier ferrugineux. OLIV. Entom., tom.* 2, *n°.* 11, *pl.* 2, *fig.* 13. *a. b.*

*Peltis ferruginea. KUGELANN. Mag.* 4, 509, 2.

*Peltis ferruginea. ILLIG. Coleopt. Bor., tom.* 1, *p.* 376.

*Peltis ferruginea. FAB. System. eleut., tom.* 1, *p.* 344.

*PANZ. Faun. Insect. Germ., fasc.* 75, *fig.* 17.

Habitat in Europa Boreali, Germania, sub arborum cortice.

ANNOTATIO. Nomina derelicta, ut istud, *peltis*, non in posterum adhibenda, ut vitetur confusio.

CLV. GENUS. *COLOBICUS. Colobique.*

*Nitidula, ROSSI. — Dermestes, FAB., PAYKULL.*

*Antennæ* articulo tertio elongato et sequenti triplo longiore; duobus ultimis clavam orbiculatam, compressam, fere solidam, efformantibus. *Os* sub clypeo plano, transverso, ad latera rotundato, absconditum.

Spec. 1. *Colobicus marginatus. Colobique bordé.*

C. Elongato-ovalis, obscure nigricans, antennis, capitis, thoracis elytrorumque limbo fusco-ferrugineis; corpore supra squamulis griseis, sparsis, hirto; elytris punctato-striatis.

*Tab.* 16, *fig.* 1. *Auctus, scala longitudinis adjecta.*

*Nitidula hirta. Ross. Faun. etrusc., tom.* 1, *p.* 59, *tab.* 3, *fig.* 9.

*Latr. Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, p. 25.

In Gallia Australi, Brivæ, sub arborum cortice lectus. Lineas duas circiter longus.

Congenericus *dermestes lunatus* Paykull, Fabricii. — *Panz. Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 75, *fig.* 14.

## II. Nitidulariæ propriæ. *Nitidulaires propres.*

*Mandibulæ prominulæ aut partim saltem exsertæ. Maxillæ* illis *processu unico;* his *duobus, externo sæpius subcylindrico vel lineari; ungue corneo interno, nullo. Palpi aut maxillares saltem filiformes. Tarsi articulo tertio dilatato-bifido, sequenti minimo, vix distincto.*

Observatio. Labium plerumque emarginatum.

### CLVI. Genus. *Nitidula. Nitidule.*

*Nitidula, Fab., Oliv., Lam., Herbst., Kugel. — Silpha, Linn., de Geer. — Dermestes, Geoff. — Ostoma, Laichart. — Scarabæus, anthribus, Geoff. — Anthribus, Oliv. — Strongylus, Herbst. — Cychramus, Kugel.*

*Antennæ* articulo basilari secundo multo crassiore vel latiore; tertio sequenti duplo et ultra longiore; tribus ultimis clavam valde abruptam, suborbiculatam, compressam, perfoliatam, efformantibus, eorumdem primis duobus (nono et decimo antennæ totius) brevissimis latitudinis habita ratione. *Maxillæ* processu unico.

*Tibiæ*, aut saltem anticæ, latæ, elongato-triangulares.

*Corpus* elongato-quadratum vel ellipticum, quandoque suborbiculatum.

*Thorax* transverso-quadratus, aut trapezoidalis et ab apice ad basin sensim latius, angulis posticis in omnibus distincte acutis, lateribus marginatis aut subreflexis. *Elytra* sæpissime abdomen penitus tegentia, in paucis abbreviata.

*I. Corpus elongato-quadratum, parallelogramicum, triplo longius quam latius (mandibulæ validiores, ad apicem magis arcuatæ; thorax omnibus transverso-quadratus, latitudine subæquali).*

### Ips, *Fabric. Herbst.*

Spec. 1. *Nitidula linearis. Nitidule linéaire.*

N. Rufo-castanea, temere punctulata, punctis elytrorum ad suturam confluentibus; mandibulis apice nigris.

*Tab. 9, fig. 5. Aucta, scala longitudinis adjecta.*

*Dermestes ferrugineus.* Linn. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *p.* 564? — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 453?

*Ips ferruginea.* Payk. *Faun. Suec.*, *tom.* 3, *p.* 344.

*Ips ferruginea.* Fab. *System. eleut.*, *tom.* 2, *p.* 580.

Panz. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 8, *tab.* 15.

Habitat in Europa Boreali, Germania; Parisiis, dom. *Anselmus Desmarets.*

Observatio. N. *lineari* generis *Ips* Fabricii species 4-*pustulata*, 4-*notata* associandæ.

*II. Corpus ellipticum aut suborbiculare, vel quadratum et diametris subæqualibus (thorax sæpissime latior).*

Spec. 2. *Nitidula bipustulata. Nitidule bipustulée.*

N. Corpore elliptico, plano, brunneo-nigricante; thorace

antice emarginato ; elytris obtusis , pustula in illorum cujusque medio ; antennis pedibusque rufis.

*Nitidula 2-pustulata.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 1, *p.* 347.

*Nitidule bipustulée.* OLIV. *Entom.*, *tom.* 2, *n°.* 12, *pl.* 1, *fig.* 2. *a. b.*

*Nitidule bipustulée.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 29.

*Silpha bipustulata.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *p.* 570. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 445.

*Le Dermeste à deux points rouges.* GEOFF. *Hist. des Insect.*, *tom.* 1, *p.* 100.

*Bouclier à deux points rouges.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 4, *p.* 186, *pl.* 6, *fig.* 22, 23.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 3, *tab.* 10.

Habitat in Europa , lardo , cadaveribus , etc.

ANNOTATIO. Species sequentes ab auctoribus non apprime distinctas absque synonymia explanata et brevitatis causa , referam.

SPEC. 3. *NITIDULA ÆNEA. Nitidule bronzée.*

N. Corpore subquadrato , supra æneo aut æneo-violaceo virescentive , subtilissime vageque punctato , infra nigro ; thorace transverso-quadrato , ad medium duplo latiore quam longiore , marginibus rectis ; scutello mediocri ; elytris abdomen plane tegentibus ; singulo triplo longiore quam latiore ; tibiis anticis æqualiter externe denticulatis.

*Var.* A. Supra obscuro-ænea , obsolete villosula ; antennis nigris ; pedibus brunneo-nigricantibus ; tibiis anticis subedenticulatis.

*Nitidula ænea.* Fab. , Olivier.

*Var.* B. Supra obscuro-ænea , obsolete villosula ; antennis nigris ; pedibus nigricantibus ; tibiis anticis obscuro-rufescentibus , subedenticulatis.

*Nitidula ænea.* Marsham.

*Var.* C. Var. eadem, at supra cærulea, nitida.

*Nitidula cœrulea.* Marsham.

*Var.* D. Supra glabriuscula, nitidiuscula; capite thoraceque æneis, elytris cæruleo-virescentibus; antennis nigris, illarum articulis duobus baseos pedibusque brunneo-rufis; tibiis anticis subedenticulatis.

*Nitidula virescens.* Fab., Oliv., Marsham.

*Var.* E. Var. eadem, at supra æneo-violacea.

*Nitidula rufipes.* Fab., Olivier.

*Var.* F. Supra obscuro-ænea, obsolete villosula; antennis plane nigris; pedibus brunneo-nigricantibus; tibiis anticis subdilutioribus, exterius distincte denticulatis.

Hæc ad N. *æneam* Fabricii revocanda.

*Var.* G. Supra nigro-ænea, distincte villosula; antennis pedibusque pallide rufis; tibiis anticis exterius distincte denticulatis.

*Nitidula erythropa.* Marsham.

Spec. 4. *Nitidula atrata.* (Olivier) *Nitidule atre.*

N. Corpore ovato-quadrato, nigro, nitido; thorace antice emarginato, postice latiore, subarcuato; elytris ad anum productis, subtilissime fereque obsolete punctulatis; antennis, clava excepta, pedibus brunneo-rufis; tibiis anticis edentatis; ſemoribus posticis obscurioribus.

*Nitidula rufipes.* Marsham.

Spec. 5. *Nitidula pedicularia.* *Nitidule pédiculaire.*

N. Corpore ovato-quadrato, nigro, subsericeo, subtilissime punctato; thorace antice emarginato, ad basin subrecto; elytri ad anum productis; ano nudo; tibiis anticis apice externo inæqualiter denticulato; mediis latere externo arcuato, spinis brevissimis ciliato.

*Nitidula pedicularia.* Fab., Olivier.

*N. solida.* Illiger.

*Dermestes psyllius.* Linnæi.

*Var.* A. Penitus nigra, nitidiuscula ; elytris obsolete punctulatis.

*Var.* B. Var. eadem, tibiis anticis piceis aut obscure rufis.

*Nitidula latipes.* Marsham ?

*Var.* C. Var. eadem, antennis, clava excepta, pedibusque brunneo-rufis.

*Silpha pedicularia.* Marsham ?

*Var.* D. Nigra, nitida, glabra, distincte punctulata ; antennis, clava excepta, pedibusque rufescentibus.

*Nitidula pyrrhopa.* Marsham ?

*Var.* E. Nigra, nitidiuscula, glabra, distincte punctulata ; elytris apice marginatis. Cæteris major, convexior, species forte diversa.

Observatio. *Silpha pedicularia* et *dermestes psyllius* Linnæi habitationis diversitate species duas ideo forsan efficiunt, etsi aliter sentiant nonnulli entomologi.

Spec. 6. *Nitidula impressa. Nitidule imprimée.*

N. Subquadrata, nigra, punctata, subrugosula ; thorace antice paulo angustiore, puncto lato utrinque impresso ; ano nudo ; tibiis omnibus latere externo distincte et subinæqualiter denticulato ; antennis obscure brunneis ; pedibus anticis saltem maxima parte piceis.

Spec. 7. *Nitidula æthiops. Nitidule éthiopienne.*

N. Subquadrata, plane nigra, nitida, punctulata ; thorace latitudine subæquali ; ano nudo ; tibiis denticulis nullis ad latus externum.

*Nitidula nigerrima.* Marsham ?

Habitat Parisiis.

## CLVII. Genus. *Cercus. Cerque.*

*Cateretes, Herbst., Illig. — Brachypterus, Kugel. — Dermestes, Linn., Fab. — Silpha? Linn. — Sphæ-*

*ridium*, FAB. — *Nitidula*, OLIV. — *Scaphidium*, *Strongylus*, HERBST.

*Antennæ* articulo basilari secundoque vix crassitie diversis, quandoque in *maribus* maximis, dilatatis; tertio sequenti haud duplo longiore; tribus ultimis clavam elongatam, fere obconicam, compressam, perfoliatam, efformantibus. *Maxillæ* processu duplici; externo tenuissimo, capillari. *Mandibulæ* apice acutissimæ, haud emarginatæ; angulo externo bascos acute producto. *Palpi* labiales articulo apicali incrassato.

*Tibiæ* aut saltem anticæ, latæ, elongato-triangulares. *Corpus* ovatum.

*Thorax* magnus, corporis habita ratione, subimmarginatus; *illis* medio latior, ad posteriora subangustatus, *his* postice rotundatus, angulis nullis aut obtusis. *Scutellum* distinctissimum. *Elytra* abbreviata.

SPEC. 1. *CERCUS PULICARIUS. Cerque puce.*

C. Thorace immarginato; margine postico latiore, utrinque subsinuato, in medio subarcuato, angulis lateralibus distinctis, acutis; corpore nigro, punctulato, parum nitido, cinereo vel fuliginoso-pubescente; abdominis segmentis duobus apicalibus penitus nudis; antennis pedibusque quatuor anticis rufis; tibiarum apice spinulis ciliato.

*Dermestes pulicarius.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *p.* 564. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 435.

*Sphæridium pulicarium.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 1, *p.* 98.

*Nitidule puce.* OLIV. *Entom.*, *tom.* 2, *n°.* 12, *pl.* 3, *fig.* 27, *a. b.*

*Cateretes gravidus.* ILLIG. *Coleopt. Bor.*, *tom.* 1, *p.* 395.

*Dermestes gravidus.* PAYK. *Faun. Suec.*, *t.* 3, *p.* 448.

Habitat in Europa, floribus. Variat antennis nigricantibus, pedibus nigris, tarsis solis rufis.

OBSERVATIO. *Scaphidium scutellatum* Panzer. *Faun. Insect.*

*Germ. fasc.* 4, *fig.* 11, forma thoracis, pedum posticorum colore non obstante, ad *cercum pulicarium* potius quam ad speciem sequentem referendum. *Scaphidium agaricinum* domini Herbst idem forte.

*Dermestes brachypterus* Fabricii a Panzer delineatum, in fasciculo eodem, figura decima, *proteini brachypteri* nostri (operis hujus tom. 1, p. 258) varietas.

Spec. 2. *Cercus urticæ. Cerque de l'Ortie.*

C. Thorace transverse orbiculato-quadrato, marginibus antico et postico fere æque latis, lateribus rotundatis, submarginatis, angulis posticis nullis; corpore *illis* nigro, *his* virescenti nigro, omnibus nitido, punctulato, griseo-pubescente; abdominis segmentis duobus extimis nudis; antennarum maxima parte (clava excepta) pedibusque interdum rufis aut fusco-rufis.

*Dermestes Urticœ.* Fab. *System. eleut.*, *tom.* 1, *p.* 320.
*Dermestes Urticœ.* Payk. *Faun. Suec.*, *tom.* 1, *p.* 286.
*Cateretes Urticœ.* Illig. *Coleopt. Bor.*, *tom.* 1, *p.* 395.
*Strongylus abbreviatus.* Herbst. *Coleopt.* 4, *tab.* 43, *fig.* 10, *k. K.*

Frequens in Europa, plantis, Urtica.

Spec. 3. *Cercus rufilabris. Cerque bouche-fauve.*

C. Thorace transverse subquadrato, antice paululum angustiore; corpore nigro, nitido, vage punctato, griseo-pubescente; abdominis ultimo segmento solo fere nudo; elytris subrugosulis; illorum margine postico, ore, antennis pedibusque rufis.

Meudon, prope Lutetiam, in uliginosis, carices frequentans.

Spec. 4. *Cercus pedicularius. Cerque pédiculaire.*

C. Thorace transverse orbiculato-quadrato, marginibus antico et postico fere æque latis, lateribus rotundatis, angulis posticis nullis; antennarum articulis duobus baseos, in *mare* præsertim, magnis; corpore ferrugineo-testaceo, nitido, vage punctato, oculis, interdum scutelli regione pectoreque nigris; abdominis segmento ultimo solo nudo.

*Cerque*

*Cerque pédiculaire.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 45. — *Genr.* CERQUE. *Précis des caract. gén. des Insect. p.* 68.

*Dermestes pedicularius.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *p.* 564. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 434.

*Dermestes pedicularius.* FAB. *System. eleut. tom.* 1, *p.* 319.

*Dermestes pedicularius.* PAYK. *Faun. Suec.*, *tom.* 1, *p.* 285.

*Cateretes pedicularius.* ILLIG. *Coleopt. Bor.*, *tom.* 1, *p.* 396.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 7, *fig.* 5, *mas.*

Habitat in Europæ pratis, locis uliginosis.

ANNOTATIO. *Dermestes semi-coleoptratus* Panzer, *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 24, *fig.* 6, ejusdem *Silphæ*, *Melanocephala*, *Hemiptera*, *fasc.* 25, *fig.* 5, 6, cum *Omaliis, Cercis*, in multis conveniunt; antennæ priorum, habitus posteriorum; forte ad novum genus revocanda. Maxillæ *Dermestidis semicoleoptrati* ungue corneo et interno instructæ; hinc ab *Omaliis* recedit et *Necrophagis* potius affinis.

## CLVIII. GENUS. *BYTURUS. Byture.*

*Dermestes*, GEOFF., DE GEER, FAB., OLIV. — *Ips*, OLIV.

*Antennæ* articulo basilari secundoque vix crassitie diversis, tertio sequenti haud duplo longiore; tribus ultimis clavam elongatam, perfoliatam, compressam, efformantibus (clavæ articulis duobus primis, nono et decimo antennæ totius, transverso-trigonis). *Maxillæ* processu membranaceo duplici, brevi; externo subtrigono; interno ejusdem longitudinis, angustiore, sublineari. *Mandibulæ* sub apice unidentatæ. *Palpi* filiformes. (Maxillarium articulo ultimo elongato, teretiusculo, ad apicem tenuiore. *Labium* late emarginatum.)

*Tibiæ* graciles, angustæ. *Corpus* ovale aut oblongum. *Thorax* subtrapeziformis, postice latior angulisque dis-

tinctis, acutis. *Elytra* elongata, angusta, abdomen totum supertegentia.

Spec. 1. *Byturus tomentosus. Byture tomenteux.*

B. Antennis thorace brevioribus, clava magna; palpis maxillaribus ad apicem exsertis; thorace brevi; angulis posticis late depressis, reflexis; corpore ovali, nigro, tomento rufo-flavescente vel olivaceo-murino; antennis pedibusque flavo-rufis.

*Var.* A. Rufo-flavescens.

*Byture tomenteux.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 41. — *Genr.* Byture. *Précis des caract. génér. des Insect.*, *p.* 69.

*Le Dermeste velours jaune.* Geoff. *Hist. des Insect.*, *tom.* 1, *p.* 102.

*Dermeste velu. Var.* Oliv. *Entom.*, *tom.* 2, *n°.* 9, *Suppl. tab.* 3, *fig.* 17. *a. b. c. d.*

*Dermestes tomentosus. Var. β.* Illig. *Coleopt. Bor.*, *tom.* 1, *p.* 321.

*Dermestes tomentosus. Var. β.* Payk. *Faun. Suec.*, *tom.* 1, *p.* 283.

*Dermestes tormentosus.* Herbst. *Coleopt.* 4. *tab.* 40, *fig.* 11, *i.* I.

*Dermestes fumatus.* Panz. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 97, *fig.* 4.

*Var.* B. *Olivaceo-murinus.*

*Dermeste velu.* De Geer. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 4, *p.* 199, *pl.* 7, *fig.* 18, 19.

*Dermeste velu.* Oliv. *Entom.*, *tom.* 2, *n°.* 9, *Suppl. pl.* 3, *fig.* 17, *a. b. c. d.*

*Dermestes tomentosus. Var. α.* Illig. *Coleopt. Bor.*, *tom.* 1, *pag.* 321.

*Dermestes tormentosus.* Payk. *Faun. Suec.*, *tom.* 1, *p.* 282.

*Dermestes fumatus.* Herbst. *Coleopt.* 4. *tab.* 41, *fig.* 1, *a.* A.

*Dermestes tomentosus.* PANZ. *Faun. Insect. Germ., fasc.* 97, *fig.* 4.

Habitat in sylvarum floribus, ranunculorum præsertim, tempore vernali; St. Germain, in Parisiorum vicinis frequens.

ANNOTATIO. Puncta nulla fusca, et elevata, in fronte; ad hoc insectum igitur *Derm. tomentosum* Fabricii referre nequeo.

Descriptiones *Dermestidis stercorei* Faunæ Suecicæ Linnæi, (*D. fumatus* ejusdem *System. nat. ed.* 12.) *Silphæ testaceæ* nimia brevitate hallucinationibus ansam præbent.

*Figura Derm. tomentosi* a Panzero data, *fasc.* 40, *fig.* 12, mala, et *dasytidi flavipes* Fabricii potius convenit.

SPEC. 2. *BYTURUS CARICIS. Byture du carex.*

B. Antennis thoracis longitudine, clava parva; palpis haud exsertis; thoracis diametris fere æqualibus; corpore oblongo, fusco, tomento brevi, olivaceo-cinereo; antennis pedibusque rufis.

*Byture du carex.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 42.

*Dermestes obscurus.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 1, *p.* 318.

*Ips du carex.* OLIV. *Entom. tom.* 2, *n°.* 18, *pl.* 3, *fig.* 23, *a. b.*

*Dermestes picipes.* HERBST. *Coleopt.* 4, *tab.* 41, *fig.* 2, *c.* C.

*Dermestes picipes.* PANZ. *Faun. Insect. Germ. fasc.* 86, *tab.* 12.

Habitat in Gallia, Germania; Parisiis, loco Gallice dicto, *Petit-Gentilly.*

OBSERVATIO. *Byturus* noster *ferrugineus*, *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 43, forsan e genere respuendus tarsorum articulorum numero.

## III. IPSIDES. *IPSIDES.*

*Mandibulæ supra opertæ (apice bifidæ). Maxillæ processu duplici; externo subtrigono; interno, in multis saltem, unguiculato; ungue corneo, arcuato. Labium in-*

*tegrum. (Palpi labiales articulo ultimo crassiore). Tarsi articulo nullo dilatato-bifido.*

*(Corpus ellipticum, marginatum, convexiusculum. Thorax transverso-quadratus).*

Observatio. Antennæ omnium perfoliato-clavatæ.

## CLIX. Genus. *Dacne. Dacné.*

*Engis, Payk., Fab. — Ips, Herbst. — Erotylus, Oliv.*

*Tarsi* breves, articulis tribus primis latioribus quam longioribus saltemve diametris subæqualibus. *Antennæ* clava (magna), subovata, compressa; clavæ articulis duobus primis latis. *Mentum* trigonum, subconcavum, lateribus prominulis, veluti marginatis; apice truncato, subemarginato.

Observatio. *Palpi* labiales quandoque clavati.

Spec. 1. *Dacne humeralis. Dacné huméral.*

D. Elliptica, nigra, nitida; punctata; antennis, capite, thorace, elytrorum puncto humerali pedibusque rubro-sanguineis.

*Dacné huméral. Latr. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 10, *p.* 13, *pl.* 81, *fig.* 1. — *Genr. Dacne. Préc. des caract. génér. des Insect., p.* 12.

*Engis humeralis. Payk. Faun. Suec., tom.* 3, *p.* 349.

*Engis humeralis. Fab. System. eleut., tom.* 2, *p.* 583.

*Ips humeralis. Herbst. Coleopt.* 4, *tab.* 42, *fig.* 4, *d. D. Panz. Faun. Insect. Germ., fasc.* 4, *fig.* 9.

Habitat in Europa, sub arborum cortice.

*Ips 2-pustulata* Fabricii, an varietas?

Spec. 2. *Dacne fasciata. Dacné à bandes.*

D. Elongato-elliptica, nigra, nitida; elytris fascia ad basin nigroque maculata, altera postica, transversis, rubris, dentatis.

*Dacné à bandes.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 14.

*Engis fasciata.* Fab. *System. eleut.*, *tom.* 2, *p.* 582.

*Erotyle bifascié.* Oliv. *Encycl. méth. hist. nat.*, *tom.* 6, *p.* 433.

Habitat in America Boreali. Ex dono dom. Bosc.

Spec. 3. *Dacne sanguinicollis. Dacné cou-rouge.*

D. Elliptica, nigra, nitida, punctata; antennis, thorace, elytri singuli maculis duabus pedibusque rubro-sanguineis.

*Engis sanguinicollis.* Payk. *Faun. Suec.*, *tom.* 3, *p.* 551.

*Engis sanguinicollis.* Fab. *System. eleut.*, *tom.* 2, *p.* 584.

*Ips cou-rouge.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom*, 10, *p.* 20.

Panz. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 6, *fig.* 6.

Rarissima in Gallia. Illam semel Aurelianum prope sub lapide legi.

## CLX. Genus. *Ips. Ips.*

*Ips*, Oliv. — *Dermestes*, Fab., Payk. — *Dermestes?* Geoff. — *Cryptophagus*, Herbst., Payk.

*Tarsi* elongati, articulis omnibus gracilibus, longioribus quam latioribus. *Antennæ* clava oblonga, articulis valde distinctis. *Mentum* transverso-subquadratum.

Spec. 1. *Ips cellaris. Ips cellerier.*

I. Testaceo-ferruginea, vage punctata, pubescens; thorace subtiliter denticulato, utrinque distincte unidentato; angulis anticis dilatatis, rotundatis, postice retrorsum in dentem obsoletum exeuntibus.

*Ips cellerier.* Oliv. *Entom.*, *tom.* 2, *n°.* 18, *pl.* 1, *fig.* 3. *a. b.*

*Ips cellerier.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 18.

*Dermestes cellaris.* Scop. *Entom. carn.*, *p.* 16.

*Le Dermeste du fumier.* GEOFF. *Hist. des Insect.*, *tom.* 1, *p.* 104?

*Dermestes cellaris.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 1, *p.* 319. — *D. crenatus? ejusd. ibidem.*

*Cryptophagus cellaris.* PAYK. *Faun. Suec.*, *tom.* 3, *p.* 356, *Var.* β.

HERBST. *Archiv. Insect. vers. gallic.*, *tab.* 20, *fig.* 5.

*Cryptophagus crenatus.* HERBST. 4., *tab.* 42, *fig.* 14, *o. O.*

*Dermestes Fungorum.* PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 39, *fig.* 14.

Cum eodem conferendus *Derm. vini*, *fasc.* 40, *fig.* 13.

Frequens in Gallia, domibus, vitris sæpissime advolans. Variat colore ferrugineo, elytris nigricantibus, humeris ferrugineis, et hanc varietatem pro typo speciei habuerunt DD. Paykull, Fabricius.

## STIRPS TERTIA.

### SCAPHIDILIA. *SCAPHIDILES.*

### *I. Palpi maxillares apice haud subulati.*

OBSERVATIO. Corpus supra glaberrimum. Thorax et elytra marginata.

### CLXI. GENUS. *SCAPHIDIUM. Scaphidie.*

*Scaphidium*, OLIV., FAB., PAYK. — *Silpha*, LINN.

*Antennæ* clava abrupta, e quinque articulis, maxima parte subhæmisphericis aut subovatis, compressiusculis efformata; præcedentibus tenuibus, elongatis, subcylindricis. *Labrum* integrum. *Mandibulæ* apice obtusæ, bifidæ. *Palpi* maxillares filiformes, articulo ultimo subcylindrico, ad apicem acuminato. *Maxillæ* laciniis duabus submembranaceis; externa brevi, lata, fimbriata; interna parva, inermi, dentiformi. *Palpi* labiales ultra

labium haud prominuli, brevissimi, filiformes, articulis fere æqualibus. *Labium* membranaceum; parte exserta brevi, transversa; margine supero paulo latiore, subconcavo; linea longitudinali carinulave partis hujus exsertæ medium veluti secante? *Mentum* coriaceum, subperfecte quadratum, labii maximam partem occupans.

*Corpus* crassum, forma naviculari vel subellipticum, apicibus subacuminatis. *Thorax* convexus, subtrapeziformis, antice multo angustior; latitudine summa vel basilari longitudinem paululum superante; margine postico sublobato. *Elytra* apice truncata; ano nudo, acuto. *Pedes* graciles; *tibiæ* elongatæ, subcylindricæ, inermes.

### *I. Scutellati.*

SPEC. 1. *SCAPHIDIUM QUADRIMACULATUM. Scaphidie quadrimaculé.*

S. Antennarum articulis ultimis subhæmisphericis; corpore nigro, nitido; thorace utrinque postice subcoarctato, punctorum impressorum majorumque linea postica, transversa, ad latera usque extensa, et juxta illorum margines recurrente; elytris vage punctatis; singulo maculis duabus rubro-sanguineis; tibiis striatis.

*Scaphidie quadrimaculé.* OLIV. *Entom.*, *tom.* 2, *n°.* 20, *pl.* 1, *fig.* 1, *a. b. c.*

*Scaphidium quadrimaculatum.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 2, *p.* 575.

*Scaphidium quadrimaculatum.* PAYK. *Faun. Suec.*, *tom.* 3, *p.* 338.

*Scaphidie quadrimaculé.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 9, *p.* 247, *pl.* 78, *fig.* 5.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 12, *tab.* 11.

Habitat in fungis, truncis putrescentibus Galliæ, Germaniæ; apud nos infrequens.

SPEC. 2. *SCAPHIDIUM IMMACULATUM. Scaphidie immaculé.*

S. Antennarum articulis ultimis subhæmisphericis ; corpore nigro, nitido, immaculato ; thoracis lateribus postice utrinque coarctatis, subimpressis ; elytris punctato-striatis ; tibiis quatuor ultimis in altero sexu arcuatis.

*Scaphidie immaculé.* OLIV. *Entom., tom.* 2, *n°.* 20, *pl.* 1, *fig.* 3. *a. b.*

*Scaphidie immaculé.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 9, *p.* 247.

*Scaphidium immaculatum.* FAB. *System. eleut., tom.* 2, *p.* 576.

Habitat Parisiis ; autumno, in fungis, et vere sub foliis putridis.

*II. Exscutellati (thoracis marginis postici medio in angulum producto).*

SPEC. 3. *SCAPHIDIUM AGARICINUM. Scaphidie agaricin.*

S. Antennarum articulis ultimis subovatis ; clavæ secundo aliis minore ; corpore nigro, nitido, lævissimo ; antennis, elytrorum apice pedique pallido-brunneis.

*Scaphidie agaricine.* OLIV. *Entom., tom.* 2, *n°.* 20, *pl.* 1, *fig.* 4, *a. b.*

*Scaphidium agaricinum.* FAB. *System. eleut., tom.* 1, *p.* 576.

*Scaphidie agaricine.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 9, *p.* 248, *pl.* 78, *fig.* 6.

*Silpha agaricina.* LINN. *System. nat., ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *p.* 570. — *Faun. Suec., ed.* 2, *n°.* 448.

PANZ. *Faun. Insect. Germ., fasc.* 12, *fig.* 16.

Habitat in Europæ boleto versicolore.

II. *Palpi maxillares subulati, articulo penultimo obconico, crassiore ; ultimo conico, graciliore, acuto, subuliformi.*

OBSERVATIO. Corpus sericeum, supra planiusculum. Caput trigonum. Thorax immarginatus. Tibiæ spinosulæ ; femora compressa ; postica trochantere admodum distincto basilari, laminæ

magnæ.

magnæ, transversæ, mobili, inserta. Tarsi antici maris articulis baseos dilatatis.

CLXII. Genus. *Agyrtes. Agyrte.*

*Agyrtes, Frol. — Mycetophagus, Fab.*

*Antennæ* (thoracis circiter longitudine) ante oculos insertæ, articulis omnibus brevibus (latitudine longitudinem superante aut illa haud triplo et amplius minore); tribus primis rotundato-subconicis; sequentibus subglobosis; septimo, octavo, nono, decimo paulo crassioribus, transversis, sublenticularibus, æqualibus, perfoliatis; ultimo globoso-ovato. *Labrum* membranaceum, transverso-lineare, late emarginatum. *Mandibulæ* corneæ, robustæ, exsertæ, apice valide uncinatæ, acutissimæ, edentatæ. *Palpi* maxillares majores, exserti, apice crassiores, articulis quatuor; basilari minimo; secundo et tertio subæqualibus, subobconicis; secundo paulo longiore; ultimo majore, ovato. *Maxillæ* laciniis duabus apicalibus, angustis, ejusdem fere latitudinis; externa subcoriacea, teretiuscula, introrsum arcuata, supra dorsum laciniæ internæ recumbente; ista membranacea, sensim ad apicem angustato-acuta unguiculoque subobsoleto instructa. *Palpi* labiales subfiliformes, extra labium vix exserti, articulis tribus; primis duobus æqualibus, teretibus; ultimo fere duplo longiore, vix crassiore, cylindrico-ovato. *Labium* truncato-cordatum, membranaceum, medio coriaceum, late profundeque divaricato-emarginatum, lobis angustis, apice obtusis. *Mentum* coriaceum, labio paulo latius, transversum, breve, subquadratum, ad apicem paulo angustius. *Tarsi* filiformes, breves, articulis quinque; primis quatuor brevibus, subconicis, integris; basilari paulo longiore;

ultimo elongato-conico, omnium longiore, unguibus duobus validis.

*Corpus* ovatum, dorso arcuato. *Thorax* subtrapeziformis, a basi ad apicem sensim angustior, dimidio circiter latior quam longior, subplanus, ad latera sensim declivis, undique marginatus. *Scutellum* distinctum, trigonum. *Elytra* marginata, apice rotundata, abdomen tegentia. *Pedes* robusti, femoribus compressis; tibiis elongato-trigonis, ad apicem et externe spinosulis; latere externo spinularum serie duplici.

Spec. 1. *Agyrtes castaneus. Agyrte marron.*

A. Nitidus glaber, ore pedibusque solis villosulis; capite thoraceque nigris, lævibus, vage subtiliterque punctulatis; ore, antennis, elytris pedibusque intensive castaneis; scutello mediocri, trigono, basi punctulato, apice lævissimo, lateribus æqualibus; elytris striatis; striis punctatis, decem in singulo; corpore infra brunneo-nigro, abdominis apice dilutiore; pedibus villosulis, tibiis spinulis ciliisque plurimis. Corporis longitudo 2 lin. $\frac{1}{4}$.

*Agyrtes castaneus.* Frolich. *Natur.* 28, 18, *tab.* 1, *fig.* 11.
*Mycetophagus castaneus.* Fab. *System. eleut.*, *tom.* 2, *p.* 569.
*Mycetophagus castaneus.* Payk. *Faun. Suec.*, *tom.* 3, *p.* 316.
*Mycetophagus spinipes.* Panz. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 24, *fig.* 20.

Habitat Parisiis, in Germania, Suecia.

## CLXIII. Genus. *Cholева. Cholève.*

*Peltis*, Geoff. — *Dermestes*, de Geer. — *Ptomaphagus*, Knoch., Illig. — *Catops*, Payk., Fab.

*Antennæ* corporis longitudinis dimidium æquantes aut paulo breviores, his subfiliformes, illis apicem versus sensim crassiores, articulis quinque ultimis clavam angustam, elongatam, perfoliatam, fere efficientibus;

articulis duobus baseos a sequentibus nec crassitie nec forma multum dissimilibus; octavo contiguis minore; ultimo subovato, acutiusculo. *Mandibulæ* apice emarginatæ. *Palpi* maxillares articulis secundo et tertio ejusdem fere longitudinis, obconico, isto paulo breviore, crassiore; ultimo conico, subaciculari. *Maxillæ* laciniis duabus membranaceis; externa lineari; interna breviore, subtrigona dentiformive, ad apicem ungue corneo instructa. *Palpi* labiales parvi, cylindrico-conici, articulo ultimo acuto. *Labium* membranaceum, subquadratum, margine supero late et acute emarginato. *Mentum* coriaceum, subtrapeziforme.

*I. Antennæ omnibus subfiliformes, thorace longiores, articulis a septimo ad decimum conico-cylindricis, longioribus quam latioribus; octavo a contiguis magnitudine nunquam maxime diverso.*

SPEC. 1. *CHOLEVA OBLONGA. Cholève oblongue.*

C. Thorace orbiculato-quadrato (marginibus antico posticoque transversis, subæqualibus; lateribus rotundatis, medio latioribus, ad angulos posticos versus distincte angustatis); trochanteribus femorum posticorum magnis (illorum quintæ partis fere longitudine), infra fornicato-lunatis; corpore oblongo, brunneo-rufescente; capite, thoracis disco abdomineque sæpius nigris; elytris substriatis; thorace sulculo dorsali, longitudinali; marginibus posticis laterum subreflexis.

*Cholève roussâtre.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 9, *p.* 250. — *Genr.* CHOLÈVE. *Préc. des caract. génér. des Insect.*, *p.* 14.

*Ptomaphagus agilis.* ILLIG. *Coleopt. Bor.*, *tom.* 1, *p.* 88?

*Catops elongatus.* PAYK. *Faun. Suec.*, *tom.* 1, *p.* 345.

*Catops agilis.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 2, *p.* 565?

Frequens in Gallia Australi, sub lapidibus, in quisquiliis, etc.

Observatio. Corpus in nonnullis individuis, alioquin forma, magnitudine omnino similibus, obscurius; thorace penitus nigro, sulculo nullo aut obsoleto, marginibus posticis laterum nullomodo aut vix reflexis; elytris nigricantibus; an varietas?

Spec. 2. *Choleva testacea. Cholève briquetée.*

C. Thorace transverso-subquadrato, ab apice ad basin sensim paulo latiore; trochanteribus femorum posticorum parvis, ad basin unidentatis; corpore oblongo-ovali, pallido rufescente; capite obscuriore; elytris obsolete striatis.

*Catops sericeus. Payk. Faun. Suec., tom. 1, p. 342.*

*Ptomaphagus rufescens. Illig. Coleopt. Bor., tom. 1, p. 87.*

*Helops fuscus? Panz. Faun. Insect. Germ., fasc. 18, n°. 1.*

Habitat cum præcedente.

*II. Antennæ sæpius sensim subclavatæ vel distincte extrorsum crassiores, thoracis ad summum longitudine, articulis plus minusve perfoliatis, transversis, diametro longitudinali saltem transverso subæquali; octavo contiguorum magnitudinem dimidiam non superante.*

Spec. 3. *Choleva tristis. Cholève triste.*

C. Antennis thoracis longitudine; articulis septimo, octavo, nono et decimo diametris subæqualibus, haud distincte transversis, subcylindricis et ad basin attenuatis; octavo contiguorum longitudinis dimidium æquante; thorace subtrapeziformi, transverso, ab apice ad basin sensim latiore, postice elytrorum latitudine; lateribus paulum rotundatis, ad angulos posticos sub-angustatis; corpore subovato, nigro; antennarum articulis inferis pedibusque brunneis; elytris brunneo-nigricantibus, obsolete striatis.

*Cholève morio. Latr. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom. 9, p. 251.*

*Dermeste velouté.* De Geer. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 4, *p.* 216, *pl.* 8. *fig.* 15. *a. b.*

*Helops tristis.* Panz. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 8, *fig.* 1.

*Catops sericeus.* Fab. *System. eleut.*, *tom.* 2, *p.* 564 ?

*Catops morio.* Payk. *Faun. Suec.*, *tom.* 1, *p.* 344 ?

*Ptomaphagus fornicatus.* Illig. *Coleopt. Bor.*, *tom.* 1, *p.* 88.

Habitat in Europa, cum præcedentibus.

Spec. 4. *Choleva chrysomeloides.* *Cholève chrysomeloïde.*

C. Antennis thoracis longitudine, subclavatis; articulis septimo, octavo, nono et decimo transversis; octavo brevissimo, pro suæ latitudinis ratione; thorace subtrapeziformi, transverso, ab apice ad basin sensim latiore, postice elytrorum latitudine; lateribus paulum rotundatis, ad angulos posticos subangustatis; corpore subovato, atro, subopaco; antennarum articulis inferis, tibiis, tarsis, femoribus quatuor anticis obscuro-brunneis.

*Helops chrysomeloïdes.* Panz. *Faun. Suec. Germ.*, *fasc.* 57, *fig.* 1.

Habitat in Gallia, Germania. Rarior.

Spec. 5. *Choleva villosa.* *Cholève veloutée.*

C. Antennis thorace manifesto brevioribus, subclavatis; articulis septimo, octavo nono et decimo transversis; octavo brevissimo pro suæ latitudinis ratione; thorace subquadrato, vix latiore quam longiore, postice elytrorum latitudine, versus antica paululum sensim subangustiore; lateribus postice rectis; corpore quadrato-elongato, nigro, fuliginoso-sericeo, supra subtilissime transverse et oblique striatulo; antennarum basi pedibusque brunneo-nigricantibus. — Long. 1 $\frac{1}{3}$ lin.

*Cholève soyeuse.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 9, *p.* 251.

*Le Bouclier brun velouté.* Geoff. *Hist. des Insect.*, *tom.* 1, *p.* 123.

*Peltis villosa.* Fourc. *Hist. Insect. Paris. Pars* 1, *p.* 32.

*Helops sericeus.* PANZ. *Faun. Insect. Germ., fasc.* 73, *fig.* 10.

*Catops morio.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 2, *p.* 564.

Parisiis frequens.

CLXIV. GENUS. *MYLŒCHUS. Mylœque.*

*Catops*, PAYK., PANZER?

*Antennæ* (thorace paululum breviores) subflexuosæ, articulis baseos sequentibus manifesto majoribus, cylindricis; tertio paululum elongato, subobconico; tribus sequentibus minimis; quarto cylindrico; quinto, sexto subtransversis; ultimis quinque transversis, clavam inverso-ovatam, perfoliatam formantibus; octavo, nono, decimo, subæqualibus; ultimi apice rotundato.

SPEC. 1. *MYLŒCHUS BRUNNEUS Mylœque brun.*

M. Ovatus, castaneo-brunneus, subtiliter vageque punctulatus, breviter pubescens; thorace convexo, subtrapeziformi; margine postico antico fere duplo latiore; femoribus posticis subtus dente obsoleto instructis. — Lineam longus.

*Tab.* 8, *fig.* 11. *Auctus*, *scala longitudinis adjecta.* — *Fig.* 12, *ejusdem antenna valde amplificata.*

Maxime affinis *Catops brevicorni* dom. Paykull, et *Cat. agili* Panzer. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 95, *fig.* 10.

In sylva *Vincennes*, Parisiis prope, semel repertus.

## STIRPS QUARTA.

### DERMESTINI. *DERMESTINS.*

CLXV. GENUS. *DERMESTES. Dermeste.*

*Dermestes*, LINN., GEOFF., DE GEER, FAB., OLIV., HERBST., LATR., LAM. — *Megatoma*, HERBST. — *Attagenus*, LATR.

I. *Antennæ clava ovata, articulo ultimo brevi, præcedenti non aut vix longiore; corpus angusto-ovale; thorax haud dimidio latior quam longior, margine postico subrecto aut late et obtuse in medio lobato.*

( *Palpi brevissimi; maxillares maxillis breviores aut vix illarum longitudine; maxillæ lacinia externa brevi; interna ungue valido, conspicuo; mentum apice rotundatum* ).

DERMESTES. *Dermestes.*

SPEC. 1. *DERMESTES LARDARIUS. Dermeste du lard.*

D. Niger; elytrorum basi fasciato-cinerea, nigro punctata.

*Dermestes lardarius.* LINN. *System. nat., ed.* 13, *tom.* 1, *p.* 561. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 408.

*Le dermeste du lard.* GEOFF. *Hist. des Insect., tom.* 1, *p.* 101.

*Dermeste du lard.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect., tom.* 4, *p.* 192, *pl.* 7, *fig.* 15.

*Dermestes lardarius.* FAB. *System. eleut., tom.* 1, *p.* 312.

*Dermeste du lard.* OLIV. *Entom., tom.* 2, *n°.* 9, *pl.* 1, *fig.* 1. *a. b.*

*Dermeste du lard.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 9, *p.* 240.

SCHÆFF. *Icon. Insect., tab.* 42, *fig.* 3.

Habitat in Europa, musæis, lardo, carnibus, etc. In hac sectione reponendi D. *vulpinus*, *murinus*, *tesselatus*, *catta*, *etc.*

II. *Antennæ clava elongato-ovata, articulo ultimo præcedenti longiore (maribus præsertim), triangulari aut conico; corpus sublato-ovale, haud duplo longius quam latius, marginis postici medio anguste et acute lobato.*

( *Palpi maxillares exserti, maxillis longiores, articulo ultimo elongato-cylindrico, in nonnullis longissimo; maxillæ lacinia externa (quorumdam saltem) elongata;*

*interna vix aut nullomodo unguiculata ; mentum quadratum, margine supero recta transverso.*)

ATTAGENI. *Attagènes.*

SPEC. 2. *DERMESTES PELLIO. Dermeste pelletier.*

D. niger ; antennarum medio tarsisque obscuro-rufis ; thoracis marginis postici maculis tribus, elytri singuli puncto suturali villoso-albis.

*Dermestes pellio.* LINN. *System. nat., ed.* 13, *tom.* 1, *p.* 562. — *Faun. Suec., ed.* 2, *n°.* 411.

*Le Dermeste à deux points blancs.* GEOFF. *Hist. des Insect., tom.* 1, *p.* 100.

*Dermeste à deux points blancs.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect., tom.* 4, *p.* 197.

*Dermestes pellio.* FAB. *System. eleut., tom.* 1, *p.* 313.

*Dermeste pelletier.* OLIV. *Entom., tom.* 2, *n°.* 9, *pl.* 2, *fig.* 11. *a. b.*

*Dermeste pelletier.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 9, *p.* 241.

SCHÆFF. *Icon. Insect., tab.* 42, *fig.* 4.

Habitat in Europa, pellitiis, musæis, etc. (1).

SPEC. 3. *DERMESTES TRIFASCIATUS. Dermeste trifascié.*

D. Niger ; thoracis margine postico, elytrorum fasciis tribus transversis pectoreque villoso-griseis.

*Dermestes trifasciatus.* FAB. *System. eleut., tom.* 1, *p.* 313.

*Dermeste trifascié.* OLIV. *Entom., tom.* 2, *n°.* 9, *pl.* 1, *fig.* 7. *a. b.*

---

(1) *Mas* antennarum articulo ultimo longissimo, ensiformi ; *Megatoma atra.* HERBST., *Coleopt.* 4, *tab.* 39, *fig.* 2. *a. b.*

Forsan ejusdem divisionis *Dermestes macellarius* Fabricii ; *Megatoma brevicornis* Herbst. *Ibid., tab. ead., fig.* 3, *a. b.* fæmina ; et ejusd. *Megatoma* Schæfferi. *Ibid., tab. ead., fig.* 1, *a. b. mas.*

*Attagène*

*Attagène trifascié.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 9, *p.* 245.

Habitat in Gallia Australiori, Montispessulani. Dom. Marcel Serres.

OBSERVATIO. A *Byrrho*, *n*°. 5, Geoffroi omnino distinctus. Maxillæ lacinia externa angusta, elongata; earumdem palpi tenues, articulo ultimo longissimo.

*Dorcatomata* ab Attagenis plane discernuntur, et familiæ *Ptiniorum* inscribenda. *Anobii* generi permultum affine, at antennæ articulis tantum novem. Characteres *Dorcatomatum* in operis hujus supplemento exponam.

## FAMILIA UNDECIMA.

### BYRRHII. *BYRRHIENS.*

ANNOTATIO. Hæc familia cum præcedente in ordine naturali conjungenda; genus enim subsequens et posticum, ob consanguinitatem maximam, haud dissocianda. Observandum est etiam sternum anticum os non recipere in genere *Nosodendron*, in *Histeridibus* perpaucis : characterem igitur ex hac parte sumptum, notis aliis majoris momenti et certioribus esse firmandum.

*I. Tarsi articulis quinque distinctis; antennæ articulis septem ultimis in clavam serratam haud dispositis.*

1. *Antennæ*, illis *clavatæ*; his *ad apicem abrupte graciliores*, *articulis inferis multo majoribus*, *compressis*) *longitrorsum sub sterno in rima inferendæ*, *numquam subfiliformes*, *et articulis subæqualibus.*

A. *Antennæ non fractæ; mandibulæ nullatenus aut non plane exsertæ.*

a. *Pedes non contractiles.*

CLXVI. GENUS. *MEGATOMA. Mégatome.*

*Mégatoma*, HERBST. — *Dermestes*, LINN., DE GÉER, FAB., OLIV. — *Attagenus*, LATREILLE.

*Antennæ* in cavitate nulla speciali inserendæ, clava abrupta, perfoliata, sæpius compressa, articulis tribus, ultimo majore, in maribus præsertim. *Mandibulæ* breves, apice non acute uncinato. *Palpi* articulo ultimo paulo crassiore, longiores, cylindrico-ovato; maxillares majores. *Maxillæ* laciniis duabus membranaceis; externa majore, interna dentiformi. *Labium* elongatum, membranaceum, integrum. *Mentum* tranverso-quadratum, coriaceum.

*Os* haud integre sterno antico occultatum. *Thoracis* marginis postici medium in angulum productum. *Tibiæ* graciles, compresso-subcylindricæ, spinulis nullis aut brevissimis; tarsi tibiarum fere longitudine, articulo nullo bifido.

*I. Corpus angusto-ovale; antennæ clava ovali aut oblonga; illius articulis duobus inferis nec brevissimis, nec interne dentato-prominulis; ultimo trigono vel ensiformi.*

SPEC. 1. *MEGATOMA UNDATUM. Mégatome ondé.*

M. Nigrum; thoracis lateribus elytrorumque fasciis duabus undulatis villoso-albis; tarsis obscure rufis.

*Megatoma undulata.* HERBST. *Coleopt.* 4, *tab.* 39, *fig.* 4. *a. b.* Mas. — *Dermestes undulatus. Ibid. tab.* 40, *fig.* 9. *g. fœmina.*

*Dermestes undatus.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *p.* 562. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 410.

*Dermeste ondé.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 4, *p.* 199.

*Dermestes undatus.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 1, *p.* 313.

*Dermeste ondé.* OLIV. *Entom.*, *tom.* 2, *n°.* 9, *pl.* 1, *fig.* 2. *a. b.*

*Attagène ondé.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 9, *p.* 243, *pl.* 78, *fig.* 7.

PANZ. *Faun. Insect. Germ., fasc.* 75, *tab.* 13.

Habitat in Europâ, arboribus, Ulmo.

OBSERVATIO. Maxillarum lacinia interna unguiculata.

*II. Corpus ovatum; antennæ clava ovali, magna, interne serrata.*

SPEC. 2. *MEGATOMA SERRA. Mégatome serricorne.*

M. Piceo-nigrum, nitidum; antennis pedibusque dilute brunneo-flavescentibus.

*Attagenus serra. Tab.* 8, *fig.* 10. *Auctus, scala longitudinis adjecta.*

*Dermestes serra.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 1, *p.* 319.

*Dermestes serra.* PAYK. *Faun. Suec.*, *tom.* 1, *p.* 283.

*Attagène cornes en scie.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 9, *p.* 244.

*Anthrenus viennensis.* HERBST. *Coleopt.* 7, *tab.* 115, *fig.* 10, *K?*

Frequens Parisiis, in Ulmo campestri.

OBSERVATIO. Palporum apices quam in aliis magis incrassati.

*III. Corpus sub-ovatum; antennæ clava subglobosa, illius articulis duobus inferis brevissimis.*

SPEC. 3. *MEGATOMA RUFITARSE. Mégatome rufitarse.*

M. Nigrum, punctulatum; antennis clava subtomentosa, articulis mediis tarsisque pallido-rufescentibus.

Long. 1—1 $\frac{1}{2}$ lineam.

*Dermestes nigripes.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 1, *p.* 318?

*Dermestes rufitarsis.* PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 35, *fig.* 6?

Habitat in Gallia.

Annotatio. Hujus generis sectiones forsan totidem genera constituunt.

b. *Pedes partim aut penitus contractiles.*

CLXVII. Genus. *Throscus. Throsque.*

*Throscus, Lat., Walck. — Elater, Linn., Geoff., Oliv. — Dermestes, Fab., Payk., Illiger.*

*Antennæ* (thoracis longitudine) articulis duobus baseos sequentibus majoribus; primo secundo longiore, subcylindrico; secundo globoso; tertio et proximis ad octavum usque minimis, æqualibus, graniformibus; tribus ultimis magnis, latere interno dilatatis, clavam ovalem, in cavitate, sub thoracis angulis posticis, inserendam, serratam et axi externo, formantibus; articuli ultimi apice acuto; præcedenti (clavæ medio) contiguis breviore. *Mandibulæ* corneæ, validæ, subtrigonæ, angulosæ, dorso arcuato, apice uncinato, acutissimo, integro. *Palpi* breves, ad apicem clavati, articulo ultimo subsecuriformi; maxillares paulo longiores. *Maxillæ* processu duplici membranaceo; lacinia externa majore, obtusa; interna parva, ad apicem acuta, dentiformi. *Labium* membranaceum, subemarginatum. *Mentum* coriaceum, majusculum, transversum; marginis superi medio in dentem acutum producto. *Tarsi* articulo penultimo bifido.

*Elaterum* forma. *Corpus* ellipticum, depressum, angustum. *Caput* thoraci ad oculos usque intrusum. *Os* ad mandibulas usque in sterno antico receptum. *Thorax* subtrapeziformis, ab apice ad basin sensim latior, immarginatus; margine postico sublobato; angulis posticis productis, acutis. *Elytra* elongata, angusta, marginata. *Sternum* anticum in carinam subsemi-cylindricam, postice obtusam et in cavitate pectorali reponendam, pro-

minulum. *Pedes* parvi, compressi, penitus contractiles; primi duo antice contrahendi, alii postice; tibiæ subcylindrico-compressæ, basi angustiores, apice subinermes; tarsi graciles.

Spec. 1. *Throscus dermestoides. Throsque dermestoïde.*

T. Brunneus; pube griseo-flavescente; elytris obiter striatis; striis punctatis.

*Tab.* 8, *fig.* 1. *Auctus, scala longitudinis adjecta.*

*Throsque dermestoïde.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 9, *p.* 41. — *Genr.* throsque. *Précis des caract. gén. des Insect., p.* 42.

*Throsque resserré.* Walck. *Faun. Paris., tom.* 1, *p.* 199.

*Elater dermestoides.* Linn. *System. nat., ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *p.* 656.

*Le Taupin à antennes en massue.* Geoff. *Hist. des Insect., tom.* 1, *p.* 137.

*Taupin clavicorne.* Oliv. *Entom., tom.* 2, *n°.* 31, *pl.* 8, *fig.* 85. *a. b.*

Herbst. *Coleopt.* 4, *tab.* 41, *fig.* 4. *d.* D.

*Dermestes adstrictor.* Payk. *Faun. Suec., tom.* 1, *p.* 284.

*Dermestes adstrictor.* Illig. *Coleopt. Bor., tom.* 1, *p.* 322.

*Dermestes adstrictor.* Fab. *System. eleut., tom.* 1, *p.* 316.

Panz. *Faun. Insect. Germ., fasc.* 75, *fig.* 15.

Habitat in Europa, plantis.

Annotatio. Antennarum forma ab *Elateribus* solummodo generice distinctus; cum illis ergo, ut antea opinatus sum, in eadem familia reponendus.

## CLXVIII. Genus. *Anthrenus. Anthrène.*

*Anthrenus,* Geoff., Fab., Oliv., Lam. — *Byrrhus,* Linn. — *Dermestes,* de Géer.

*Pedes* omnes partim et ad postica tantum contractiles; tibiis angustis, linearibus, tarsos in contractione non occultantibus.

*Antennæ* (thorace breviores) clava plerisque solida, in fossula speciali thoracis angulorum anticorum recondenda. *Mandibulæ* ad apicem arcuatæ, subtruncatæ aut obtusæ, emarginatæ. *Palpi* filiformes, breves; articulo ultimo longiore, cylindrico, truncato; maxillares fere duplo longiores. *Maxillæ* processu membranacco, lineari setaque elongata, subcornea, interna. *Labium* membranaceum, integrum aut subintegrum; mentum elongato-quadratum, vix coriaceum.

*Corpus* orbiculato-ovatum aut subovatum, depressum, supra planiusculum, infra convexum, squamis deciduis plerumque coloratum. *Thoracis* marginis postici medium in angulum scutellare productum. *Scutellum* minutissimum.

*I. Antennæ clava solida, illarum longitudinis dimidium vix æquante, ovato-obconica, abrupta, ad apicem latiore, rotundata. Corpus suborbiculato-ovatum.*

SPEC. 1. *ANTHRENUS SCROPHULARIÆ. Anthrène de la Scrophulaire.*

A. Niger; thoracis lateribus elytrorumque fasciis tribus transversis, griseis; elytrorum sutura, margine externo, thoracis margine postico rubro-lutescentibus.

*Anthrenus scrophulariæ. FAB. System. eleut., tom.* 1, *p.* 107.

*Anthrène ondé. OLIV. Entom. tom.* 2, *n°.* 14, *pl.* 1, *fig.* 5, *a. b.*

*Anthrène de la Scrophulaire. LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 9, *pag.* 219, *pl.* 79, *fig.* 1.

*Byrrhus scrophulariæ. LINN. System. nat., ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 568. — *Faun. Suec., ed.* 2, *n°.* 429.

*Dermeste de la Scrophulaire. DE GEER. Mém. s. l. Insect., tom.* 4, *pag.* 200, *pl.* 7, *fig.* 20?

*Panz. Faun. Insect. Germ. fasc.* 5, *fig.* 11.
Habitat in Europæ plantis; in Gallia rarior.

Observatio. Ad hanc sectionem referendus *Anthrenus Pimpinellæ* Fabricii ( forte *Dermestes Scrophuariæ* de Geer ); distinctus corpore nigro, supra squamis ferrugineis, nigro alboque variegatis tecto; elytris fascia basilari, magna, transversa maculisque quatuor, duabus ad suturam, aliis margini externo impositis, albis.

*II. Antennæ clava solida, illarum longitudinis dimidium paululum superante, obconica, ad apicem crassiore, obtusa. Corpus subovatum.*

Spec. 2. *Anthrenus verbasci.* Fab. *Anthrène fascié.* Oliv.

A. Niger; corpore supra ferrugineo-lutescente; thoracis angulis posticis, elytrorum fasciis duabus maculaque apicali, corpore infra, griseis; tibiis tarsisque nigris.

Frequens in Gallia, musæis, floribus umbellatis.

*III. Antennæ clava solida, elongato-conica, a tertio articulo fere incipiente. (Corpus subovatum.)*

Spec. 3. *Anthrenus fuscus. Anthrenus fuscus.* Oliv.

*Anthrenus musæorum*, Payk. — *Byrrhus musæorum, vagus,* Linn.? — *Dermeste des cabinets,* de Géer? — *Anthrenus musæorum.* Fab.?

A. Niger; corpore infra, thoracis angulis posticis griseis; thoracis squamis sparsis, elytrorum fasciis tribus, subgriseo-lutescentibus; antennis pedibusque rufis. — Cum præcedente.

*IV. Antennæ clava ovali, ad apicem acuta, articulis quatuor, sub-discretis. (Corpus subellipticum.)*

Spec. 4. *Anthrenus ruficornis. Anthrène ruficorne.*

A. Niger, thoracis parte antica lateribusque, elytrorum fasciis

tribus subobsoletis, villosis, griseis et rufo-fuscis; antennis tibiis tarsisque rufis.

*Anthrène hérissé.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 9, *pag.* 220.

*Anthrenus niger.* HERBST. *Coleopt.* 7, *tab.* 115, *fig.* 12. M?

*Byrrhus setiger.* ILLIG. *Coleopt. Bor.*, *tom.* 1, *p.* 95?

*Anthrenus elongatulus.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 1, *p.* 106?

Habitat Parisiis, in plantis.

CLXIX. GENUS. *BYRRHUS. Byrrhe.*

*Byrrhus*, LINN., FAB., OLIV., LAM. — *Cistela*, GEOFF. — *Dermestes*, DE GÉER.

*Pedes* omnes penitus contractiles, tarsis, dum pedes contrahuntur, in tibiis dilatato-compressis, supra longitrorsum excavatis, occultandis; pedes duo primi antice (tibiis femorum lateri antico occumbendis), quatuor alii postice contrahendi. *Antennæ* (thorace paulo breviores) extrorsum crassiores; articulis inferis conico-cylindricis; tertio paulo longiore; quatuor aut quinque penultimis sensim crassioribus, compressis, transversis, ad latera rotundatis; apicali majore, subovato aut subgloboso, compresso. *Mandibulæ* breves, trigonæ, intus emarginatæ; apice obliquo, dentibus duobus tribusve instructo. *Palpi* breves, articulo ultimo longiore, crassiore, subovato; maxillares paulo longiores. *Maxillæ* laciniis duabus, coriaceo-membranaceis, hirsuto-fimbriatis; externa subtrigona, intus arcuata, internæ apici incumbente; ista dentiformi. *Labium* elongatum, coriaceo-membranaceum, medium paulo ultra coarctatum; parte infera subtrapeziformi, basi transverse coriacea (mento); parte supera subquadrata, fissura media longitudinali, margine supero subrecto, hirsuto.

*Corpus*

*Corpus* subovatum, supra valde convexum. *Caput* penitus fere retractum, subperpendiculare. *Thorax* brevissimus, vix emarginatus; lateribus anticis valde rotundato-inflexis; posticis subtus excavatis; margine postico latiore. *Scutellum* minutum. *Elytra* fornicata, immarginata. *Tarsorum* ungues validi.

SPEC. 1. *BYRRHUS PILULA. Byrrhe pilule.*

B. Subovatus, supra fuliginoso-nigricans, tomentosus; elytro singulo striis duodecim leviter impressis; intervallis quatuor aut quinque dorsalibus et alternis, apice excepto, maculis holosericeis, obscurioribus atrisve et aliis dilutioribus, intersectis; scutello atro.

*Var.* A. Supra fuliginosus, vittis dorsalibus atris, punctis diluto-fuliginosis intersectis; infra in nonnullis obscuro-rufescens.

*Byrrhus pilula.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 568. — *Dermestes pilula Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 427.

*Byrrhus pilula.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 1, *pag.* 103.

*Byrrhe pilule.* OLIV. *Entom.*, *tom.* 2, *n°.* 13, *pl.* 1, *fig.* 1, *a. b.*

*Byrrhe pilule.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 9, *pag.* 205. *pl.* 18, *fig.* 1.

*La Cistèle satinée.* GEOFF. *Hist. des Insect.*, *tom.* 1, *p.* 116, *pl.* 1, *fig.* 8.

*Dermeste pilule.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 4, *pag.* 213, *pl.* 7, *fig.* 23.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 4, *fig.* 3.

Elytra quandoque fascia dorsali fuliginosa, transversa, obsoleta.

*Var.* B. Niger; elytris vittis atris punctisque ferrugineo-fuliginosis; istis in duplici aut triplici serie dispositis fasciamque transversam, conjunctim formantibus; thoracis dorso lineolis ferrugineo-fuliginosis.

*Cistela undulata.* MARSHAM *Entom. Britan.*, *tom.* 1, *p.* 103.

*Byrrhus pilula. Var.* ζ? *Payk. Faun. Suec., tom.* 1, *p.* 75.

*Var.* C. Niger; thoracis dorso macula sæpius absoleta ferrugineo-fulginosa, e lineolis tribus arcuatis, connexis punctisque duobus formata; elytris vittis atris, interruptis; fascia transversa dorsali lineisque duabus undulatis, e punctis, illam constituta includentibus, ferrugineo-fuliginosis.

*Byrrhus fasciatus. Fab. System. eleut., t.* 1, *p.* 103.

*Byrrhe dorsal. Oliv. Entom., tom.* 2, *n*°. 13, *pl.* 1, *fig.* 5, *a. b.*

*Byrrhus pilula.* Var. ε. *Payk. Faun. Suec., tom.* 1, *p.* 75.

*Schæff. Icon. Insect., tab.* 158, *fig.* 3.

*Var.* D. Niger; thoracis dorso lineolis ferrugineo-fuliginosis; elytris vittis atris; fascia lata, communi, dorsali, arcuata, ferrugineo-fuliginosa.

*Byrrhus dorsalis. Fab. System. eleut., tom.* 1, *p.* 104.

*Byrrhe fascié. Oliv. Entom., tom.* 2, *n*°. 13, *pl.* 1, *fig.* 2.

*Byrrhe fascié. Latr. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 9, *p.* 205.

*Byrrhus pilula. Var.* δ. *Payk. Faun. Suec., tom.* 1, *p.* 75.

*La Cistèle à bande. Geoff. Hist. des Insect., tom.* 1, *p.* 116.

*Panz. Faun. Insect. Germ., fasc.* 32, *fig.* 1.

*Var.* E. Niger; elytris vittis atris interruptis.

*Cistela atra. Marsham. Entom. Brit., tom.* 1, *pag.* 103.

Annotatio. Corpus quam in præcedentibus rotundius.

*Var.* F. Varietas præcedens elytris lineis duabus dorsalibus, transversis ad suturam remotioribus, lateraliter connatis, e punctis niveis, fasciaque postica, transversa, atra.

*Byrrhus albo-punctatus. Fab. System. eleut., tom.* 1, *p.* 103.

*Byrrhus pilula. Var.* γ. *Payk. Faun. Suec., tom.* 1, *p.* 74.

Habitat in Europæ campis, sub lapidibus. An a præcedentibus varietatibus distincti *Byrrhi: Dianœ, ater, undulatus*, Fabricii?

Spec. 2. *Byrrhus varius. Byrrhe varié.*

B. Antennarum articulis ultimis valde transversis; corpore

subrotunde-ovato, infra nigro, supra æneo-nigro, pube fuliginoso-ferruginea; elytris viridibus aut obscuro-æneis; singulo striis circiter duodecim; intervallis quatuor aut quinque dorsalibus et alternis nitidioribus, nigro-punctatis.

*Byrrhus varius.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 1, *p.* 105.

*Byrrhe varié.* OLIV. *Entom.*, *tom.* 2, *n*°. 13, *pl.* 1, *fig.* 6. *a. b. c. d.*

*Byrrhe varié.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 9, *p.* 207.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 32, *fig.* 3.

Habitat cum præcedente, rarior.

## CLXX. GENUS. *NOSODENDRON. Nosodendre.*

*Byrrhus*, OLIV. — *Sphæridium*, FAB., PANZER.

*Pedes* partim contractiles, tarsis omnibus aut quatuor posticis saltem non occultandis; pedes duo primi antrorsum contrahendi, caput inferne obumbrantes; quatuor alii retrorsum plicandi. *Tibiæ* magnæ, valde compressæ, trigonæ, denticulatæ. *Antennæ* thoracis longitudine, sub ejus lateribus occultandæ, articulis inferis subcylindricis, tertio valde elongato; mediis brevibus, submoniliformibus; tribus ultimis multo crassioribus, clavam abruptam, subovatam, compressam, perfoliatam, formantibus. *Labrum* haud exsertum. *Mandibulæ* corneæ, validæ, depressæ, trigonæ, angulatæ, ad basin crassæ, latere interno unidentato. *Palpi* brevissimi, cylindrici, subæquales, articulo ultimo longiore, cylindrico, obtuso; maxillares laciniam externam maxillæ, labiales labii marginem superum, ultra non progressi. *Maxillæ* laciniis duabus; externa coriaceo-membranacea, angusta, cylindrica; interna membranacea, dentiformi. *Labii* pars exserta parva, membranacea, subquadrata, bifida. *Mentum* maximum, clypeiforme, crus-

taceum, nudum, sterno antico tantum suffultum, planum, subtrapeziforme, a basi ad apicem sensim paulo angustatum, lateribus ante marginem superum subcoarctatis; margine supero hinc ad latera subdilatato, superne subarcuato-transverso.

*Corpus* subhæmispherico-ovatum. *Caput* trigonum. *Oculi* fere inferi. *Thorax* vix marginatus, transversus. *Scutellum* distinctum, trigonum. *Elytra* vix marginata, fornicata. *Pectus* latum. *Pedes* breves, compressi, tarsis brevibus.

SPEC. 1. *NOSODENDRON FASCICULARE. Nosodendre fasciculé.*

N. Nigrum, nitidum, vage punctatum; thorace lineari-transverso; elytris punctis elevatis, pilosis, brunneo-fuliginosis, subseriatis; tibiis latis; anticis externe minus denticulatis; fasciculo piloso, brunneo-fuliginoso.

*Nosodendron fasciculé. LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom. 9, p. 208.*

*Byrrhe fasciculé. OLIV. Entom., tom. 2, n°. 13, pl. 2, fig. 7. a. b.*

*Sphæridium fasciculare. FAB. System. eleut., tom. 1, p. 94. PANZ. Faun. Insect. Germ., fasc. 24, fig. 7.*

Habitat Parisiis, Ulmorum in ulceris.

## CLXXI. GENUS. *CHELONARIUM. Chélonaire.*
## *Chelonarium*, *FABRICII.*

*Pedes* contractiles; duo primi antrorsum, alii retrorsum plicandi. *Antennæ* longitrorsum in rima sterni antice excipiendæ, articulis septem (1); primo parvo, ad basin incurvo; secundo et tertio maximis, angulatis, illo subquadrato, hoc elongato, subtereti; quatuor aliis abrupte minimis, conico-cylindricis, duobus extimis

(1) Specimen meum forte imperfectum.

paululum majoribus. *Mandibulæ* minimæ, vix corneæ, acutæ. *Palpi* æquales, articulo ultimo magno, securiformi ; maxillarium articulo secundo sequenti multo longiore, subobconico. *Maxillæ* parvæ, processu duplici, membranaceo, angusto, sublineari, brevi, apice acuto. *Labium* membranaceum. *Tarsi* breves ; articulis tribus primis subtus spongiosis ; tertii spongiola elongata ; articulo quarto minimo, obsoleto ; ultimo elongato, conico, biunguiculato, unguibus compressis.

*Corpus* ovatum, infra convexius. *Thorax* clypeiformis, semi-circularis, margine externo reflexo, lateribus subtus valde inflexis, caput intrusum et fere sepultum cingentibus. *Elytra* basi externa paululum dilatata. *Pedes* breves, compressi ; tibiis angustis, ad latera acutis et inermibus, tarsis brevioribus.

SPEC. 1. *CHELONARIUM BEAUVOISI. Chélonaire de Beauvois.*

C. Nigrum, nitidum ; thoracis margine postico punctorum impressorum serie veluti crenato ; elytris fascia postica villoso-albida ; tarsis rufescentibus ; antennarum articulis ultimis pallidis.

*Chelonarium atrum. Tab.* 8, *fig.* 7. *Auctum, scala longitudinis adjecta. — Fig.* 8. *Antenna ejusdem valde aucta.*

Habitat in insula Santo-Domingo ; a D. *Palisot de Beauvois* communicatum.

*Chelonarium atrum* Fabricii ex ipso distinctum corpore atro, nitido ; pedibus anticis piceis, tarsis nullis (1) unguicula magna, arcuata, flava.

---

(1) De hujus observationis veritate dubium oriri potest. Forte igitur *chelonarium Beauvoisi* idem ac *C. atrum* D. Fabricii ; Vide *Historiam* nostram *Crustaceorum et Insectorum*, *tom.* 3, *p.* 118, et *tom.* 9, *p.* 221.

B. *Antennæ fractæ. Mandibulæ plane exsertæ.*

CLXXII. Genus. *Hister. Escarbot.*

*Hister,* Linn., de Geer, Fab., Oliv., Lam. — *Attelabus,* Geoffroi.

*Antennæ* thorace breviores, ad basin mandibularum insertæ, fractæ, in contractione duplicandæ et in sterno antico et sub thoracis angulis anticis excavatis sæpius occultandæ; articulo basilari maximo, conico, ad extima crassiore, incurvo, summo apice emarginato; secundo proxime sequentibus duplo triplove longiore, cylindrico; sex successivis brevissimis, transversis, septimo et octavo præsertim multo latioribus; isto clavæ solidæ, ovato-subglobosæ, compressæ, triarticulatæ basin efficiente. *Labrum* exsertum, crustaceum, transverso-quadratum. *Mandibulæ* corneæ, validæ, crassæ, trigono-triquetræ, ad apicem arcuatæ, acutæ, magnitudine interdum inæquales processu interno obtuse bidentato. *Palpi* filiformes, breves, inæquales, articulo ultimo longiore, subcylindrico, obtuso; maxillares paulo longiores. *Maxillæ* laciniis duabus inæqualibus, marginibus internis fimbriato-hirsutissimis; externa majore, coriaceo-membranacea, subovato-trigona, dorso recto, latere interno arcuato; lacinia interna membranacea, parva, sublineari, longitudinali, apice acuto, ad laciniæ externæ originem desinente, ungue minuto, corneo, bifido aut duplici geminove instructo. *Labium* elongatum, membranaceum, hirsutissimum, pilis aliquot rigidis sparsum, profunde bilobum; lobis divaricatis, angustis, ad apicem rotundatis aut obtusis, ad basin palporum labialium articuli ultimi basin productis. *Mentum* coriaceum, hirsutum, pilis rigidis sparsum, quadratum, marginis superi

medio emarginato. *Pedes* robusti, contractiles; primi duo antrorsum, retrorsum alii; tibiis compressis, plerumque latis, subtrigonis, externe dentatis, spinosis, ad apicem calcaratis; tarsis sæpius brevibus, filiformibus, articulis quinque cylindricis; quatuor primis brevioribus, æqualibus; extimo unguibus duobus validis munito.

*Corpus* subquadratum. *Caput* thoracis margini antico et concavo intrudendum. *Thorax* transversus. *Scutellum* minimum. *Elytra* abdomine breviora, postice truncata. *Abdomen* brevissimum. *Pectus* maximum. *Pedes* medii a posticis intervallo notabili distantes. *Sternum* anticum valde dilatatum osque totum, præter mandibulas, plerumque excipiens.

*I. Corpus depressum, latitudine altitudinem duplo aut magis superante; tibiæ latæ, subtriangulares; tarsi breves.*

1. *Corpus haud valde depressum, altitudine latitudinis dimidium plus minusve æquante.*

SPEC. 1. *HISTER UNICOLOR. Escarbot unicolor.*

H. Ater, nitidus; mandibulis æqualibus; fronte linea semicirculari impressa; thoracis lateribus marginatis, linea duplici parallela et impressa circumscriptis; elytro singulo striis quinque integris, quarum secunda lineola obliqua secata; duabus internis abbreviatis, e punctis seriatis; impressione transversa ad apicem; tibiis anticis externe sex dentatis; aliis spinis geminatis; tarsis anticis fuscis.

*Hister unicolor.* LINN. *System. nat., ed.* 13, *tom.* 1, *p.* 567. — *Faun. Suec., ed.* 2, *n°.* 440.

*L'Escarbot noir.* GEOFF. *Hist. des Insect., tom.* 1, *p.* 94, *pl.* 1, *fig.* 4.

*Escarbot noir.* De Geer. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 4, *p.* 342, *pl.* 12, *fig.* 12.

*Hister unicolor.* Fab. *System. eleut.*, *tom.* 1, *p.* 84.

*Escarbot unicolor.* Oliv. *Entom.*, *tom.* 1, *n°.* 8, *pl.* 1, *fig.* 1. *a. b. c.*

*Escarbot unicolor.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 9, *p.* 195.

Herbst. *Coleopt.* 4, *tab.* 35, *fig.* 1. *A.*

Panz. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 4, *fig.* 2.

Frequens in Europæ stercore.

Spec. 2. *Hister speculifer. Escarbot spéculifère.*

H. Supra-æneus, infra æneo-niger, punctulatus; thoracis disco, elytri singuli humeris, apice, maculis duabus discoidalibus (illa magna, subovali, ad suturam; hac breviore, parvula, externa, basin versus), lævissimis, nitidissimis; tibiis mediis spinis solitariis, validis; apicalibus brevioribus.

*Escarbot bronzé.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 9, *p.* 199.

*L'Escarbot bronzé.* Geoff. *Hist. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 1, *p.* 95.

Frequens Parisiis, in cadaveribus, stercore humano, etc.; ab *h. æneo* plane distinctus.

2. *Corpus valde depressum, latitudine altitudinem pluries superante.*

Spec. 3. *Hister planus. Escarbot uni.*

H. Ater, nitidus, lævis; ore in sterno antico non recipiendo; mento crustaceo, magno, late emarginato; antennarum clavæ apice ferrugineo; thorace immarginato; coleoptrorum margine postico angulum internum ad suturam formante.

*Hister planus.* Fab. *System eleut.*, *tom.* 1, *p.* 90.

*Escarbot uni.* Oliv. *Entom.*, *tom.* 1, *n°.* 8, *pl.* 3, *fig.* 22. *a. b.*

*Escarbot*

*Escarbot uni.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 9, *p.* 202.

Panz. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 93, *fig.* 4.

Habitat in Helvetia, Germania, sub arborum cortice.

*II. Corpus crassum, subgloboso-quadratum, latitudine altitudine haud duplo majore; tibiæ angustæ, elongatæ; tarsi graciles.*

Observatio. Palpi quam in præcedentibus longiores; antennæ articulo tertio, sexto, septimo et octavo globosis, subæqualibus.

Spec. 4. *Hister sulcatus. Escarbot sillonné.*

H. Niger; thorace subtiliter rugosulo, lineis sex elevatis, externa utriusque lateris breviore; elytro singulo lineis sex elevatis; intervallis lineolis circiter tribus elevatis, minimis, obsoletis serieque unica punctorum transverse impressorum, distantium.

*Escarbot sillonné.* Oliv. *Entom.*, *tom.* 1, *n°.* 8, *pl.* 1, *fig.* 6, *a. b.*

*Hister sulcatus.* Rossi. *Faun. etr.*, *tom.* 1, *p.* 30, *tab.* 2, *fig.* 3.

*Escarbot sillonné.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 9, *p.* 194.

*Hister striatus.* Fab. *System. eleut.*, *tom.* 1, *p.* 90.

Habitat in Gallia, fimo bovino et equino præsertim.

Annotatio. Figura *h. striati* domini Herbst, *Coleopt. tab.* 36, *fig.* 1, ad *h. sulcatum* referenda.

2. *Antennæ subfiliformes, articulis subæqualibus, ultimo solum paululum majore.*

CLXXIII. Genus. *Elmis. Elmis.*

*Dytiscus,* Panz. — *Chrysomela,* Marsham. — *Limnius,* Megerlei.

*Antennæ* thoracis longitudine, ante oculos insertæ,

subfiliformes, articulis undecim; omnibus, ultimo excepto, brevibus, subcylindricis, subæqualibus, primo paululum longiore; extimo paulo majore, subovali. *Labrum* coriaceum, parvum, margine antico rotundato, integro. *Mandibulæ* corneæ, depressæ, subtrigonæ, ad angulum externum basis subdilatatæ, ad apicem uncinatæ, integræ. *Palpi* subfiliformes, brevissimi, articulo ultimo paulo majore, ovali-cylindrico; maxillares paulo longiores. *Maxillæ* laciniis duabus membranaceis, brevibus, æque longis; externa parva, angusta; interna inverso-trigona, apice latiore, transverso. *Labium* elongatum, membranaceum, medio coarctatum; apice latiore, rotundato; mento coriaceo, parvo, subtrapeziformi. *Pedes* haud contractiles.

*Corpus* ovatum, crassum, supra convexum, infra planiusculum. *Caput* thoraci ad oculos retractum. *Thorax* quadratus, marginatus. *Elytra* fornicata, marginata. *Pedes* elongati, femoribus crassiusculis, ovalibus; tibiis gracilibus, subcylindricis, inermibus; tarsis articulis quinque; quatuor primis æqualibus, extimo multo majore, subconico, unguibus duobus validis.

Spec. 1. *Elmis Maugetii. Elmis de Maugé.*

E. Ovatus, niger; antennis tarsisque ferrugineo-brunneis; thorace utrinque linea longitudinali elevata; elytro singulo lineis tribus elevatis; interstitiis punctorum impressorum duplici serie striatis; corpore infra pedumque origine subcinereis. — Long. $1^{l} — 1^{l} \frac{1}{2}$.

*Tab. 8, fig. 9. Auctum, scala longitudinis adjecta.*

*Elmis de Maugé.* Latr. *Hist. nat. des Fourm.*; et *Recueil de Mém.*, *p.* 396, *pl.* 12, *fig.* 6. — *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 9, *p.* 229.

*Limnius æneus?* Mull., Illig. *Mag.* 1806, *p.* 202.

In rivulo, sub lapidibus, Parisiorum in vicinis, a MAUGÉ, Historiæ naturalis collectore eximio, primum detectus; Burdigalæ postea ab amico DARGELAS observatus.

SPEC. 2. *ELMIS VOLCKMARI. Elmis de Volckmar.*

E. Oblongo-ovatus, supra nigro-virescens; antennis obscuro-brunneis, basi dilutioribus; thorace utrinque linea longitudinali elevata certoque situ subfugaci; elytro singulo striis circiter octo punctatis; corpore infra pedibusque subcinereo-nigricantibus; tarsis rufescentibus.

*Elmis de Maugé. LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 9, *pl.* 78, *fig.* 3.

*Dytiscus Volckmari. PANZ. Faun. Insect. Germ., fasc.* 7, *fig.* 4.

*Chrysomela buprestoides. MARSHAM. Entom. Brit., tom.* 1, *p.* 192.

*Limnius Volckmari. MULL., ILLIG., Mag.* 1806, *p.* 195.

Habitat in Germania, Anglia; Parisiis a D. Dufour semel lectus et amicissime communicatus.

SPEC. 3. *ELMIS DARGELASI. Elmis de Dargelas.*

E. Subovatus, supra nigro-virescens, antennis pedibusque penitus rufescentibus; thoracis elytrorumque lateribus obscurioribus; thorace utrinque linea subelevata; elytro singulo punctorum impressorum serie triplici, longitudinali; lineis duabus elevatis, subcrenulatis, marginem externum versus; hoc margine denticulato; corpore infra nigro. — $\frac{4}{5}$ lin. longus.

Burdigalæ ab amico Dargelas lectus. *Limnius pygmæus MULLER? (ILLIG. Mag.* 1806, *p.* 201.*)*

### *II. Tarsi articulis quatuor; antennæ articulis septem in clavam serratam dispositis.*

CLXXIV. GENUS. *HETEROCERUS. Hétérocère.*

*Heterocerus, BOSC., FAB., ILLIGER.*

*Antennæ* capitis vix longitudine, ante oculos insertæ, arcuató-recurvæ, articulis duobus baseos majoribus; primo longiore, subconico; secundo transverso-trigono, intus subprominulo; tertio quartoque minimis; sex sequentibus brevissimis, transversis, interne serratis, cum ultimo clavam arcuatam, latitudine æquali, formantibus; isto rotundo. *Caput* antice late rotundateque productum, depressum. *Labrum* magnum, exsertum, coriaceo-membranaceum, semicirculare; marginis antici medio subemarginato, obsolete bidentato. *Mandibulæ* corneæ, validæ, elongatæ, paulo arcuatæ, ad basin crassæ, utrinque dilatatæ ( angulo uno basis bidentato; dorso ex hac parte angulato, ciliato, ciliis crassis; versus medium unidentato); tum angustæ, ad apicem acutæ, infra bidentatæ. *Palpi* breves, filiformes; maxillares paulo majores, maxillarum dorso versus apicem inserti, articulo ultimo paulo longiore, subovato; secundo deinde longiore, subconico; *labiales* sub labii apicis medio et antico inserti, articulis duobus ultimis subæqualibus, cylindricis. *Maxillæ* elongatæ, angustæ, laciniis duabus membranaceis, ciliatis; externa quadrato-ovata, ciliis duobus apicalibus, aut uno saltem, crassioribus, stylos parvos et conicos æmulantibus; lacinia interna parva, dentiformi, acuta. *Labium* coriaceo-membranaceum, inferne elongato-quadratum, angustum, deinde apicem versus sensim cordato-dilatatum, margine supero late emarginato, angulis lateralibus prominulis. *Mentum* magnum, coriaceum, planum, profunde quadrato-emarginatum, hinc furcatum, latere utroque in dentem planum, rectum, acutum, marginibus acutis, prominente. *Tarsi* breves, tibias secus reflectendi, articulis quatuor; basilari et extimo cylindricis, majoribus,

secundo et tertio æqualibus, brevibus, subconicis; ultimo unguibus duobus tenuibus, arcuatis.

*Corpus* ellipticum, depressum. *Caput* ad oculos usque thoraci postice intrusum, antice abrupte productum, veluti rostratum, apice rotundato. *Thorax* brevis, transversus, immarginatus, lateribus rotundatis. *Sternum* anticum valde concavo-dilatatum. *Pedes* breves, compressi, fossorii; tibiis subtrigonis, ciliatis, ad apicem spinoso-calcaratis; quatuor anticis latioribus; latere externo et apice spinarum validarum, parallelarum, rectarum, serie instructis.

Spec. 1. *Heterocerus marginatus. Hétérocère bordé.*

H. Nigricans, villosus, thoracis elytrorumque lateribus, horum maculis, abdominis marginibus pedibusque ferrugineo-luteo-pallidis.

*Heterocerus marginatus. Bosc. Journ. d'Hist. nat. et de phys.*

*Heterocerus marginatus. Fab. System. eleut., tom.* 1, *p.* 355.

*Hétérocère bordé. Latr. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 9, *p.* 232, *pl.* 78, *fig.* 4.

*Heterocerus marginatus. Illig. Coleopt. Bor., tom.* 1, *p.* 397.

*Panz. Faun. Insect. Germ., fasc.* 23, *fig.* 11, 12.

Frequens Parisiis, in locis paludosis, ad ripas, in luto sepultus, pedum concussione prodiens et paulo post denuo abscondendus, fodiens.

## FAMILIA DUODECIMA.

### OTIOPHORI. *OTIOPHORES.*

### CLXXV. Genus. *Dryops. Dryops.*

*Dryops, Oliv., Lam. — Parnus, Fab., Illig. — Dermestes, Geoff. — Elater, Rossi.*

*Antennæ* inter oculos insertæ, ad latera inflectendæ

et sub oculis in fossula recipiendæ, capite breviores; articulo baseos (tuberculo insertionis et articuliformi non computato) parvo, conico; secundo magno, compresso, cochleari-trigono, fornicato, antennæ articulos subsequentes operiente, externe concavo, introrsum arcuato, ad apicem latiore; basi rotundata, infra subcrassiore, et veluti stipitali pro articuli tertii insertione; hoc articulo et successivis, numero sex aut septem, clavam subsemiovatam, subcompressam, antice extrorsum arcuatam, postice subrectam, intus subserratam aut breviter pectinatam, formantibus. *Labrum* exsertum, coriaceo-membranaceum, transversum, antice late rotundatum. *Mandibulæ* absconditæ, corneæ, validæ, ad basin angulatæ; latere externo ad ejus initium emarginato, deinde acute carinato; apice bidentato; latere interno concavo, sub apice bidenticulato, processu compresso, quasi membranaceo, lobiformi et ad apicem rotundato. *Palpi* breves, subæquales; maxillares ultra maxillarum apicem vix progredientes, subfiliformes, articulo ultimo longiore, subcrassiore, ovato-conico, apice acuto; eodem labialium crassiore, breviter ovato. *Maxillæ* processibus duobus membranaceis; externo majore, subtrigono, ad apicem latiore, breviter pilis fimbriato; processu interno parvo, unciformi, arcuato aut unguiculo subobsoleto pilove unguiformi, ad apicem internum instructo. *Labium* subquadratum, membranaceum; medio firmiore, obscuriore, lineola longitudinali impressa secato; margine supero recta transverso, integro aut vix emarginato. *Mentum* coriaceum, transverso-quadratum, labio paulo majus, ad apicem angustius; marginis superi angulis subprominulis. *Pedes* consimiles, femoribus subtus canaliculatis, pro tibiarum

lateris interni insertione; tarsis filiformibus, articulis quatuor primis æqualibus, indivisis; ultimo multo longiore, unguibus duobus validis.

*Corpus* subcylindricum aut ellipticum, convexum, marginatum. *Caput* ad oculos usque thoraci intrusum, antice rotundatum; oculis orbiculatis. *Thorax* subquadratus, antice paulo angustior; margine postico sublobato, angulis ejusdem lateralibus prominulis. *Scutellum* parvum. *Elytra* rigida, elongata. *Sternum* anticum prominens, antice os includens, postice in sterni medii apice emarginato excipiendum. *Tibiæ* cylindricæ, inermes.

SPEC. 1. *DRYOPS AURICULATUS. Dryops auriculé.*

D. Ellipticus, olivaceo-fuscus aut nigricans, tomentosus pilisque brevibus erectis, hirtus, punctulatus; antennis clava rufescente, subserrata, dentibus ad apicem rotundatis; thorace utrinque linea impressa longitudinali; pedibus corpore brevioribus; anticis mediisque longitudine subæqualibus.

A. Olivaceo-fuscus, elytris vage punctatis; femoribus rufescentibus.

*Dryops auriculé. OLIV. Entom., tom.* 3, *n°.* 41 *bis*, *pl.* 1, *fig.* 1. *a. b. c. d. e.*

*Le Dermeste à oreilles. GEOFF. Hist. des Insect., tom.* 1, *p.* 103.

*Parnus prolifericornis. FAB. System. eleut., tom.* 1, *p.* 332.

*Parnus prolifericornis. ILLIG. Coleopt. Bor., tom.* 1, *p.* 350.

*PANZ. Faun. Insect. Germ., fasc.* 13, *fig.* 1.

Habitat in Gallia, vere primo; in plantis aquaticis abundans; Parisiis, loco *Petit-Gentilly.*

B. Olivaceo-nigricans; elytris partim seriato-punctatis; pedibus penitus nigricantibus.

*Dryops auriculé. LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 9, *p.* 225, *pl.* 78, *fig.* 2. *(Fig. mala, ex Panzero desumpta).*

*Parnus auriculatus.* Illig. *Coleopt. Bor.*, *tom.* 1, *p.* 351.
Panz. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 38, *fig.* 23.
Cum præcedenti.

*Parnus acuminatus* Fabricii ab amico Anselmo Desmarets Parisiis in Sequanæ ripis observatus.

Spec. 2. *Dryops Dumerilii. Dryops de Duméril.*

D. Elliptico-subcylindricus, aureo-flavescenti-nigricans, punctis minimis elevatis scabriusculus; antennarum clava subpectinata, dentibus acutis; elytris lineis aliquot elevatis, subobsoletis; pedibus elongatis, anticis mediis longioribus; tarsis omnibus rufescentibus.

A D. Dumeril, Parisiis medicinæ professore, qui *Entomologiam* (1) et præsertim *Ichtyologiam*, multis observationibus methodoque dichotomo-analytica illustrabat, ex Hispania, cum rebus naturalibus plurimis, allatus.

---

(1) 1°. De Insectorum sensu olfactorio disserebat, *Magaz. Encycl.*, *tom.* 2, *p.* 435.

2°. Crustacea et Insecta, cum celeberrimo professore Cuvier, per familias, nominatim tamen solum, ordinabat. *Leçons d'Anatom. compar.*, *tom.* 1.

3°. Insectorum methodum ab Olivier propositam, observationibus nostris elucubratam, ad analysim dichotomam revocabat, et *scarabæidum*, *dipterorum* genera distribuebat. *Exposition d'une méthode naturelle pour la classification et l'étude des Insectes; — présentée à la Soc. philomat.*, *le* 5 *brumaire an* 9.

4°. Entomologiæ methodum generalem (in opere cui titulus, *Zoologie analytique, Paris,* 1806) dabat. Illius insectorum familiæ ab his quas primus exposueram (*Préc. des Caract. génér. des Insect.*, *an* 5), sæpius diversiter formatæ, characteribus ex habitu tantummodo depromptis, ut facilioribus, (at non certioribus) fundatæ, nomine duplici, alio latino, alio græco,

CLXXVI.

CLXXVI. GENUS. *GYRINUS. Gyrin.*

*Gyrinus*, *GEOFF.*, *LINN.*, *FAB.*, *OLIV.*, *LAMARCK.*

*Antennæ* capite breviores, illius margini et inter utriusque lateris oculos binos insertæ, nudæ; articulo

---

inscriptæ. Memoriam levandi causa, familiis denominationem unicam et ex illarum genere primario derivatam, imposui.

*Genus MACRONYCHUS* Muller mihi invisum. Charateres ab illo expositos ita resumam :

*MACRONYCHUS. Macronyche.*

*Macronychus*, *MULLER.*

*Antennæ* brevissimæ, tenuissimæ, capite multo breviores, sub oculis insertæ, articulo primo brevissimo, tenui; secundo parum longiore, apicem versus valde incrassato; tertio isto paulo minore, apicem versus, sed multo minus, incrassato; quarto, quinto et sexto brevioribus, subrotundis, apicis tertii crassitie; sexto longitudine trium præcedentium, multo crassiore, clavato, obtuso; e tribus segmentis in corpus solidissimum connatis, constare videtur. *Labrum* magnum, corneum, apice leniter rotundatum. *Mandibulæ* absconditæ, corneæ, breves, crassæ, parum curvatæ, sub apice obtuso bidenticulatæ. *Palpi* breves; maxillares maxillis vix longiores, articulo ultimo longiore, parum crassiore, tereti; labiales multo breviores, articulo ultimo subsecuriformi. *Maxillæ* membranaceæ, bifidæ; processu externo oblongo, angustato, apicem versus subdilatato, in lacinias quatuor aut quinque tenuissimas fisso; interno latiore, introrsum subincurvato; apicis margine interno ciliis densis, falcatis, deorsum incurvis, instructo.

basilari brevi, subannulari, secundi basin vaginante, postice emarginato, pro antennæ clavæ pedunculi insertione; articulo secundo ad basin in rotulam efformato, deinde sub antennæ clava in dentem trigonum, magnum, compressum, marginibus ciliatis, facie postica paulo excavata et ad ortum cujus e fossula prodit antennæ clava, erecto-productum; articulo tertio et forte quarto minimis, pediculum efformantibus; septem ultimis clavam cylindrico-ovatam, solidam, compressam, ad

---

*Labium* membranceum, subquadratum, ad apicem subdilatatum, rotundatum, tenuissime ciliatum.

*Corpus* oblongum, subcylindricum, antice obtusum, postice acuminatum, convexum, marginatum (pubescens). *Caput* rotundatum, planum, verticaliter insertum, intra thoracem retractile; oculis rotundatis, vix prominentibus. *Thorax* subcylindricus, marginatus, sterno antico cum medio quasi coalito. *Scutellum* minutum. *Elytra* angustata, rigida, fornicata, marginata. *Pedes* simplices, elongati, expansi, corporis longitudine; femoribus non canaliculatis; anticorum capitibus magnis, insecto desuper spectato, magna ex parte conspiciendis; tarsi unguibus validis.

SPEC. 1. *MACRONYCHUS 4-TUBERCULATUS. Macronyche quadrituberculé.*

M. Niger, subæneus; antennis flavis; thorace coleoptrisque margine laterali subaureis, basi bituberculatis; tuberculis elytrorum elevatis, compressis, cristato-pilosis. *MULLER. Magaz. Inseckt. ILLIGER*, 1806, *p.* 215.

Habitat in Germania, sub aqua, in lapidibus confervis obductis; tardigradus, natare nescius.

basin angustiorem; latere externo paulo magis inferne extrorsum arcuato, tum subrecto; latere opposito introrsum subarcuato, apice oblique rotundato. *Labrum* exsertum, coriaceum, transversum, sublineare, margine antico rotundato. *Mandibulæ* corneæ, haud exsertæ, segmenti circuli dimidii figuram delineantes; dorso arcuato; latere basilari concavo; interno acuto, in angulum dentiformem ad medium prominulo; apice transverse dilatato, facie trigona, cujus basis extima et ad angulos in dentem prominente; dentibus duobus illis cum tertio marginis antici in triangulum dispositis. *Palpi* brevissimi, subæquales, articulo ultimo paulo crassiore, longiore, conico-subovato; labiales paulo longiores. *Maxillæ* pone mentum abscondendæ, breves, plane corneæ, laciniis duabus; externa tenuissima, filiformis, palpiformis, internæ longitudine, ipsius dorso incumbens, vix conspicienda, interdum decidua; interna mandibuliformis, desinens in dentem, validum, elongatum, ad apicem subarcuatum, acutissimum, margine interno sub apice et ad basin pilis rigidis, crassis, ciliato, medio in nonnullis unidentato. *Labium* corneum parvum, quadratum, in medio crassius, subcarinatum, mento inclusum. *Mentum* magnum, corneum, planum, subtransverso-semi-ovale; lateribus semi-orbiculatis; medio quadrato emarginatum.

*Corpus* ovatum, latius quam altius, marginibus acutis. *Oculi* quatuor, duo utrinque, illo supero, hoc infero. *Thorax* brevis, transversus, angulis anticis productis, capitis latera postica excipiendis. *Scutellum* minimum. *Pectus* et *abdomen* in medio carinata. *Pedes* antici ambulatorii, elongati, geniculato-porrecti, brachiiformes; tibiis inermibus; tarsis brevibus, compresso-

cylindricis, subtus hirsutis, articulis quinque; ultimo paulo longiore, unguibus duobus, subæqualibus, instructo; pedes quatuor postici breviores, compresso-membranacei, natatorii, retrorsum versi, femoribus tibiisque trigonis; istis calcaribus minimis, subobsoletis; angulo externo et apicali setis compressis fimbriato; tarsis articulis quatuor, in laminas laterales, elongatas, partim plicatiles, productis; lamellis tribus primis ad apicem fimbriatis; basilari lata, trigona; ultima externe setosa, in tarsis intermediis biarticulata, unguibus duobus parvis, inæqualibus, in posticis unico et obsoleto instructa.

SPEC. 1. *GYRINUS NATATOR. Gyrin nageur.*

G. Scutellatus, ovalis, duplo longior quam latior, e quarta parte circiter latior quam altior, supra virescenti aut subcæruleo-niger, infra niger, nitidus; scutello lævi, elongato-trigono; elytris punctis impressis seriatis, apice rotundatis, obtusis, integris; thorace utrinque linea triplici impressa, transversa, antica punctata; thoracis, elytrorumque margine infero, pedibus sternoque antico rufis.

*Le Tourniquet.* GEOFF. *Hist. des Insect., tom.* 1, *p.* 194, *pl.* 3, *fig.* 3.

*Gyrinus natator.* LINN. *System. nat., ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *p.* 567. — *Dytiscus natator* ejusd. *Faun. Suec., ed.* 2, *n°.* 779.

*Tourniquet nageur.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect., tom.* 4, *p.* 355, *pl.* 13, *fig.* 4.

*Gyrinus natator.* FAB. *System. eleut., tom.* 1, *p.* 274.

*Gyrin nageur.* OLIV. *Entom., tom.* 3, *n°.* 41, *pl.* 1, *fig.* 1. *a. b. c. d. e.*

*Gyrin nageur.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 8, *p.* 153, *pl.* 69, *fig.* 1 — 4.

RŒS. *Insect., tom.* 3, *tab.* 31.

PANZ. *Faun. Insect. Germ., fasc.* 3, *fig.* 5.

Habitat in Europæ aquis, veris felix nuncius.

Observatio. Tarsi antici maris subtus plani, granulis lucidis, innumeris aut parvis acetabulis.

Varietatem paulo majorem, frontis punctis duobus impressis subobsoletis, elytris minus punctato-striatis, ad suturam basin versus, fere lævibus, cupreo lineatis, corpore infra plane rufo, a domino *Marcel Serres*, sub nomine G. *bicoloris*, accepi.

Spec. 2. *Gyrinus minutus. Gyrin nain.*

G. Scutellatus, ovalis, duplo longior quam latior, e quarta parte circiter latior quam altior, supra cœruleo-niger, marginibus subæneis; scutello carinato, trigono, lateribus æqualibus; elytris punctis seriatis, apice subtruncatis, integris; thorace utrinque lineolis impressis longitudinalibus; marginibus lateralibus punctatis; corpore infra pedibusque pallido-rufescentibus; abdominis medio obscuriore.

*Gyrinus minutus. Fab. System. eleut., tom.* 1, *p.* 276.

*Gyrin bicolor. Oliv. Entom., tom.* 3, *n°.* 41, *pl.* 1, *fig.* 8. *a. b.*

*Gyrin bicolor. Latr. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 8, *p.* 153.

*Gyrinus natator. Var. β. Payk. Faun. Suec., tom.* 1, *p.* 239.

Habitat in Galliæ, Sueciæ aquis.

Annotatio. Cum *hydrocantharis* genus forte reponendum, ut a longo tempore opinatus fui. *( Préc. des Caract. génér. des Insect.)* Sub quodam respectu, cum *Hydrophiliis* illos nectere videtur.

## FAMILIA DECIMA-TERTIA.

### HYDROPHILII. *HYDROPHILIENS.*

Observationes. *Antennæ* thorace breviores, ante oculos sub capitis marginibus lateralibus insertæ, perfoliato clavatæ. *Labrum* clypeo supertectum aut vix exsertum, coriaceum, transversum, sæpius lineare. *Mandibulæ* corneæ, non aut parum exsertæ, trigonæ, latere externo arcuato, apice acuto, integro aut bidentato. *Palpi, illis* filiformes, *his* articulo ultimo crassiore, paucis

apice graciliores; labiales ad angulos laterales labii apicis inserti. *Maxillæ* laciniis duabus coriaceis, ad labium versis et cum maxillæ caule angulum formantibus aut respectu illius obliquis; externa distincte biarticulata; articulo baseos aliter colorato; secundi apice villoso aut hirsuto, in multis fasciculis duobus pilosis, distinctis, instructo; lacinia interna elongato-subquadrata, apice oblique truncato et in dentem ad angulum internum desinente; vel dentiformis et ad apicem oblique truncata. *Labium* coriaceum, brevissimum, lobis duobus transversis, medio firmioribus et hirsutis, mentum superne coronantibus. *Mentum* magnum, labiiforme, crustaceum, subquadratum.

*Corpus* ellipticum aut ovatum, supra rotundato-convexum, ad figuram hæmispherico-ellipticam accedens. *Thorax* transversus. *Pedes* natatorii aut in aquis deambulatorii. *Tarsi* articulis nullis bifidis; secundo contiguis longiore; basilari brevissimo; ultimo biunguiculato.

*I. Mandibulæ ad apicem bidentatæ; palpi maxillares antennarum ad minus longitudine, labialibus duplo aut amplius longiores, filiformes aut vix manifesto apice crassiores; antennarum clava distincte fissilis. Menti margo superus labio penitus occupatus.*

(*Corpus hæmispherico-ovatum; thorax transversus, brevis.*)

CLXXVII. Genus. *Spercheus. Sperché.*

*Spercheus*, Fab. — *Dytiscus*, Schall. — *Hydrophilus*, Illiger.

*Antennæ* capitis longitudine, sub clypei lateribus insertæ, articulis sex; primo sive basilari longiore, conico-cylindrico; sequentibus clavam cylindricam, perfoliatam, apice rotundatam, pubescentem formantibus; secundo majore, cylindrico, diametris subæqua-

libus; tertio, quarto et quinto transversis, lenticularibus, tertio breviore; ultimo rotundo-ovato. *Labrum* occultatum, coriaceum, transverso-quadratum, duplo latius quam longius, lateribus anticis rotundatis. *Mandibulæ* latere externo valde arcuato, acuto; apice bidentato; dentibus acutis, divaricatis. *Palpi* subfiliformes, articulo ultimo paulo crassiore; maxillares labialibus duplo longiores, articulo extimo elongato-ovali, ad basin attenuato, apice acuto; eodem labialium ovali. *Maxillæ* lacinia externa palpiformi, elongata, tenui, arcuato-falcata, ad basin articulatim minus colorata, tum coriacea, nigro-crustacea et sensim ad apicem graciliore, compressa, subulata, apice setoso; lacinia interna elongato-quadrata, plana, coriacea; apice oblique truncato, pilis ciliato; angulo interno in dentem producto. *Labium* transverso-lineare, coriaceum, superne membranaceo-marginatum, villosum, lobis duobus menti marginem superum plane occupantibus, medium ipsius versus in duas partes valde inæquales et quarum interior parva, veluti divisis. *Mentum* crustaceum, transverso-quadratum, triplo latius quam longius.

*Corpus* hæmispherico-ovatum, valde elevatum. *Clypeus* emarginatus. *Thorax* fere æque latus. *Elytra* margine externo dilatato, arcuato. *Tibiæ* angulatæ, inermes. *Tarsi* articulis quatuor primis brevibus; ultimo magno, subobconico, unguibus duobus validis, æqualibus et appendice parva, infera, setosa.

SPEC. 1. *SPERCHEUS EMARGINATUS. Sperché échancré.*

S. Supra pedibusque nigricanti-ferrugineis; elytris lineis elevatis, subobsoletis; corpore infra nigricante.

*Tab.* 9, *fig.* 4. *Auctus, scala longitudinis adjecta.*

*Spercheus emarginatus.* FAB. *System. eleut., tom.* 1, *p.* 248.

*Sperché échancré.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 10, *p.* 71, *pl.* 81, *fig.* 8.

*Hydrophilus emarginatus.* ILLIG. *Coleopt. Bor.*, *tom.* 1, *p.* 242.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 91, *fig.* 4.

Habitat in Germaniæ aquis.

CLXXVIII. GENUS. *HYDROPHILUS. Hydrophile.*

*Hydrophilus*, GEOFF., DE GEER, FAB., OLIV., LAM. — *Dytiscus*, *Chrysomela* LINNÆI.

*Antennæ* capite paulo longiores, palpis maxillaribus breviores aut illorum vix longitudine, ante oculos et sub clypei lateribus insertæ, articulis novem; primis duobus elongatis, cylindricis, basilari paulo majore, subincurvo; tertio, quarto et quinto brevissimis; quatuor sequentibus in clavam ovalem, compressam, perfoliatam, conjunctim dispositis; sexto lunato-infundibuliformi; his omnibus crustaceis; tribus ultimis substantia minus indurata; septimo et octavo transversis, latere antico acuto, lunato; ultimo conico-ovato aut subquadrato-ovato, apice oblique paululum subtruncato. *Labrum* exsertum, crustaceum, transverso-lineare, lateribus anticis rotundatis. *Mandibulæ* apice acuto valideque bidentato; latere interno in speciebus maximis dentibus tribus furcatis instructo, in aliis piloso-ciliato. *Palpi* filiformes, articulo ultimo ovali-cylindrico. *Maxillæ* laciniis duabus brevibus, subæque longis, conniventibus; externa majore, articulis duobus opposite trigonis; basilari crustaceo; terminali in maximis crustaceo, in aliis coriaceo; dorso maximorum tomentoso aut spongioso; apice pilis rigidis, sæpius in duo fascicula veluti congestis, fimbriato; lacinia interna coriacea, ad apicem pilosa; in maximis bifida, lobis acutis, superno graciliore,

graciliore unciformi; in aliis subelongato-quadrata, apice oblique truncato. *Labium* lobis duobus coriaceis crustaceisve, transversis, sublinearibus, hirsutis, contiguis aut coalitis, menti marginem superum penitus coronantibus, lateribus rotundatis. *Mentum* magnum, labii forme, crustaceum, transverso-quadratum, paulo latius quam longius, angulis apicis oblique truncatis aut obtusis rotundatis.

*Corpus* subhæmisphærico-ovatum aut ellipticum. *Thorax* postice latior. *Tibiæ* spinosulæ, ad apicem valide calcaratæ. *Tarsi* quatuor postici in speciebus majoribus compressi, intus ciliati, natatorii; articulo secundo tarsorum omnium tertio multo longiore; ultimo in nonnullis maribus intus dilatato, trigono, trullam referente.

*I. Sternum posticum in spinam retrorsum productum; (tarsi postici compressi, intus ciliati; articulo ultimo præcedente vix longiore; unguibus omnibus distincte bifidis aut unidentatis).*

Spec. 1. *Hydrophilus piceus. Hydrophile brun.*

H. Ellipticus, postice sensim subacuminatus, infra niger, supra intensive olivaceo-niger, nitidus; elytris apice integris, rotundatis; singulo sulculis quatuor obsoletis, in medio punctatis lineaque impressa, subobsoleta, ex eorumdem utroque latere.

*Le grand Hydrophile.* Geoff. *Hist. des Insect.*, *tom.* 1, *p.* 182, *pl.* 3, *fig.* 1.

*Hydrophile à antennes rousses.* De Geer. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 4, *p.* 371, *pl.* 14, *fig.* 1, 2.

*Hydrophilus piceus.* Fab. *System. eleut.*, *tom.* 1, *p.* 249.

*Hydrophile brun.* Oliv. *Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 39, *pl.* 1, *fig.* 2. *a. b. c. d.*

*Hydrophile brun.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 61.

*Dytiscus piceus.* Linn. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *p.* 664. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 764.

Schæff. *Icon. Insect.*, *tab.* 33, *fig.* 1, 2.

Habitat in Europæ aquis dulcibus.

## *II. Sternum posticum inerme (tarsi filiformes, unguibus haud bifidis aut obsolete unidentatis).*

Spec. 2. *Hydrophilus luridus. Hydrophile luride.*

H. Ovali-ovatus, supra griseo-flavescens, gibbus, punctulatus; thorace elytris subabrupte angustiore; capite thoracisque medio purpurascenti-nigricantibus; elytris striis punctato-crenatis; intervallis vage punctatis; corpore infra nigricante; pedibus rufo-flavescentibus; tarsis posticis ciliatis.

*Hydrophile brun.* De Geer. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 4, *p.* 378, *pl.* 15, *fig.* 1, 2.

*Hydrophilus luridus.* Fab. *System. eleut.*, *tom.* 1, *p.* 253.

*Hydrophile luride.* Oliv. *Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 39, *pl.* 1, *fig.* 3. *a. b. c. f.*

*Hydrophile luride.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 66.

*Dytiscus luridus.* Linn. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *p.* 665. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 767.

Panz. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 7, *fig.* 3.

Habitat in Europæ rivulis, stagnis; Parisiis frequens, loco *Petit-Gentilly.*

Spec. 3. *Hydrophilus lividus. Hydrophile livide.*

H. Ovalis, parum elevatus, subtilissime punctatus, corpore supra pedibusque flavescenti-griseis ferrugineisve; elytris lineis aliquot sparsis, e punctis nigricantibus; corpore infra femoribusque cinereo-nigris.

*L'Hydrophile fauve.* Geoff. *Hist. des Insect.*, *tom.* 1, *p.* 184.

*Hydrophilus griseus.* Fab. *System. eleut.*, tom. 1, p. 253. — *H. bicolor*, *ibidem*, p. 252.

*Hydrophile livide.* Oliv. *Entom.*, tom. 3, n°. 39, *pl.* 1, *fig.* 4. *a. b.*

Panz. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 67, *fig.* 14.

Frequens in Galliæ aquis.

*II. Mandibulæ ad apicem non dentatæ; palpi maxillares antennis* (1) *aperte breviores, labialibus non duplo longiores, articulo ultimo crassiore aut præcedenti tenuiore; antennarum clava non plane fissilis, articulis subarcte sæpius conjunctis; labii lobi intervallo notabili ab invicem dissiti, menti marginis superi medio nudo.*

(*Corpus planiusculum; thorax subquadratus aut subsemi-orbiculatus vel subcordato-truncatus.*)

Annotatio. Tibiæ subspinosulæ, calcaratæ; tarsi filiformes, non ciliati, unguibus duobus validis, acutis, integris.

## CLXXIX. Genus. *Elophorus. Elophore.*

*Elophorus*, Fab., Oliv., Illig. — *Silpha*, Linn. — *Dermestes*, Geoff. — *Hydrophilus*, de Geer.

*Antennæ* articulis tertio, quarto, quinto, distinctis, antennarum longitudinis conjunctim tertiam partem fere æquantibus; quatuor ultimis clavam elongato-ovatam, ad apicem latiorem et obtusam (compressam) formantibus. *Palpi* articulo ultimo crassiore, ovali.

Observationes. *Antennæ* articulis duobus baseos elongatis, basilari speciatim; hoc conico-cylindrico, subincurvo, illo subcylindrico; tribus sequentibus brevibus, subcylindricis; sexto

(1) Antennæ novem articulatæ.

subobconico, clavæ basin formante ; septimo, octavo transversis, intervallis interpositis nullis ; ultimo quadrato-orbiculato. *Labrum* coriaceum, transversum, duplo latius quam longius, in segmentum circulare dispositum. *Mandibulæ* validæ, depressæ, subtrigonæ, ad basin latæ, interne ciliatæ et sub apice paulo emarginatæ, apice paululum producto, acuto. *Palpi* maxillares labialibus dimidio circiter longiores. *Maxillæ* ut in *Hydrophilis;* lacinia externa articulo baseos crustaceo ; apicali coriaceo, ciliorum pilorumve fasciculis duobus, dentes totidem referentibus ; lacinia interna subelongato-quadrata, angulis apicalibus in dentem prominulis. *Labium* lobis duobus coriaceis, hirsutis, angulos menti apicis coronantibus, intervallo notabili distantibus, hinc mentum veluti furcatum. *Mentum* magnum, crustaceum, subquadratum, paulo longius quam latius, versus apicem sensim paulo angustatum, ad basin lateraliter paulo rotundatum.

*I. Corpus ellipticum aut subovatum, haud lineare. Thorax latior quam longior.*

Spec. 1. *Elophorus aquaticus. Elophore aquatique.*

E. Corpore elongato-ovato, duplo longiore quam latiore, infra cinereo-nigro ; antennis, palpis, pedibusque pallido-rufis ; capite thoraceque virescenti-fuscis ; capite littera Y impressa ; thorace postice angustiori, sulcis quinque longitudinalibus, quorum lateralibus subflexuosis ; intervallis subgranulosis, impresso-punctatis ; punctis seriatis.

*Elophorus aquaticus.* Fab. *System. eleut., tom.* 1, *p.* 277. — *E. flavipes*, ibid., *p.* 278.

*Elophore aquatique.* Oliv. *Entom., tom.* 3, *n°.* 38, *pl.* 1, *fig.* 1. *a. b. c. d. e.* — *E. flavipède.* ibid., *pl.* 1, *fig.* 3. *a. b.* — *E. nain*, ibid., *pl.* 1, *fig.* 6. *a. b.*

*Elophorus grandis.* Illig. *Coleopt. Bor., tom.* 1, *p.* 272. — *E. aquaticus*, ibid., *p.* 273. — *E. griseus*, ibid., *p.* eadem.

*Elophore aquatique.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 10, *p.* 74, *pl.* 81, *fig.* 9.

*Silpha aquatica.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *p.* 573. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 461.

*Le Dermeste bronzé.* GEOFF. *Hist. des Insect.*, *tom.* 1, *p.* 105.

*Hydrophile bronzé.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, *p.* 379, *pl.* 15, *fig.* 5, 6.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 26, *fig.* 6.

Habitat in Europa, aquis stagnantibus, rivis lentissime fluentibus. Variat admodum magnitudine, colore, latitudine sulcorum thoracis, elytrorum striarum; exinde distinctio specierum, *grandis*, *aquaticus*, *griseus*, etc. In his omnibus tamen nunc, cum domino Paykull, eosdem characteres essentiales video.

*II. Corpus fere lineare; thorax elongato-quadratus.*

SPEC. 2. *ELOPHORUS ELONGATUS. Elophore allongé.*

E. Æneo-nigricans, profunde excavato-punctatus; antennarum clava villosa; thorace inæquali, foveolato; elytris seriato-punctatis; singulo sæpius lineis quatuor elevatis.

*Elophorus elongatus.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 1, *p.* 277.

*Elophore allongé.* OLIV. *Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 38, *pl.* 1, *fig.* 4. *a b.*

*Elophorus elongatus.* ILLIG. *Coleopt. Bor.*, *tom.* 1, *p.* 274.

*Elophore allongé.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 75.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 26, *fig.* 7.

Habitat in Galliæ, Germaniæ aquis stagnantibus; Parisiis, loco *Bondi*.

## CLXXX. GENUS. *HYDRÆNA. Hydræne.*

*Hydræna*, KUGEL., ILLIG. — *Elophorus*, FAB., PAYK. — *Hydrophilus*, MARSHAM.

*Antennæ* fere ab articulo tertio clavatæ, articulis tertio, quarto, quinto minimis, subindistinctis; clava elongata, compresso-subconica; articulari basilari valde elongato. *Palpi* maxillares articulo ultimo præcedenti graciliore, ad basin cylindrico, apice acuminato.

Spec. 1. *Hydræna riparia. Hydrœne des rivages.*

H. Infra nigra, supra cupreo-nigra; capite thoraceque subinæqualibus, distincte excavato-punctatis; thorace subsemiorbiculato, linea longitudinali impressa.

*Hydræna riparia.* Illig. *Coleopt. Bor., tom.* 1, *p.* 279.

*Hydrœne des rivages.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect. tom.* 10, *p.* 76.

*Elophorus pygmæus.* Payk. *Faun. Suec., tom.* 1, *p.* 245.

*Elophorus minimus.* Fab. *System. eleut., tom.* 1, *p.* 278?

*Hydrophilus impressus.* Marsham. *Entom. Brit., tom.* 1, *p.* 408.

Habitat in Europæ aquis.

Spec. 2. *Hydræna margipallens. Hydrœne bords-pâles.*

H. Picea aut brunneo-nigricans; fronte punctis duobus impressis, majoribus, distinctis; thorace subquadrato, postice sensim paulo angustiore, varie impresso, impunctato; pedibus corpore dilutioribus.

*Hydrophilus margipallens.* Marsham. *Entom. Brit., tom.* 1, *p.* 408.

*Elophorus marinus?* Payk. *Faun. Suec., tom.* 1, *p.* 245.

Habitat cum præcedente, paulo minor.

Observatio. Elytra in utraque specie seriato-punctata, in ultima tamen minus; thoracis margines laterales et postici, in ista præsertim, pallescentes, subdiaphani.

## FAMILIA DECIMA QUARTA.

### SPHÆRIDIOTA. *SPHÉRIDIOTES.*

Observationes. *Antennæ* sub capitis lateribus ante oculos insertæ, illo paulo longiores, articulis novem; basilari longissimo; secundo parvo, subrotundo; tertio et quarto minimis; quinto parvo, transverso, subinfundibuliformi, clavæ basin efficiente; sexto ad nonum clavam ovalem, perfoliatam, subcompressam, constituentibus; sexto, septimo et octavo trans-

versis ; ultimo parvo , sectorem circuli aut clavi apicem compressum , referente. *Labrum* occultatum, coriaceum, transverso-lineare , marginibus tenuissimis , membranaceis , angulis rotundatis. *Mandibulæ* vix extrorsum prominulæ, corneæ, ad apicem acutæ, edentatæ , latere interno membrana veluti marginato. *Palpi* maxillares longiores , antennis paulo breviores , articulis quatuor; secundo majori, incrassato, obconico ; tertio ejusdem fere longitudine , multo graciliore , conico-cylindrico ; ultimo paulo minore, subcylindrico, ad apicem graciliore, subacuminato ; palpi labiales dimidio et ultra breviores , ad angulos menti apicis inserti , articulis tribus ; secundo majore, cylindrico-conico , apice antico setoso ; ultimo, parvo conico-ovato. *Maxillæ* lobis duobus membranaceis , magnis, elongato-quadratis, introrsum versis, marginibus villosis ; supero paulo majore, basi crustacea. *Labium* membranaceum , transversum , villosulum , mentum superne marginans, in medio late et acute concavum , ad latera sensim latius , e lobis duobus sub-semiovalibus aut subtrigonis , transversis, apicibus oppositis medioque conjunctis, veluti formatum ; parte infera mediaque loborum, ad palporum insertionem, transverse-coriacea. *Mentum* crustaceum , transverso-quadratum ; marginis superi lateribus oblique truncatis. *Tarsi* articulis quinque distinctis, integris ; basilari et ultimo longioribus ; isto biunguiculato, in masculorum ( nonnullorum saltem ) pedibus anticis incrassato , unguibus valde inæqualibus.

*Corpus* subhæmisphericum. *Oculi* immersi. *Thorax* transversus. *Tibiæ* spinosæ, calcaratæ. *Sternum* anticum in spinam conicam postice productum.

### CLXXXI. Genus. *Sphæridium. Sphéridie.*

*Sphæridium,* Fab., Oliv., Lam. — *Dermestes,* Lin., Geoff. — *Hister,* de Geer.

Spec. 1. *Sphæridium scarabæoides. Sphéridie scarabéoïde.*

S. Nigrum , nitidum , læve ; scutello elongato-trigono ; pedibus spinosissimis.

*Var.* A. Elytro singulo macula baseos rubro-sanguinea et apice livido-rubescente.

*Sphæridium scarabæoides.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 1, *p.* 92.

*Sphéridie scarabéoïde.* OLIV. *Entom.*, *tom.* 2, *n°.* 15, *pl.* 1, *fig.* 1. *a. b. c. d. e.*

*Sphéridie scarabéoïde.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 78.

*Dermestes scarabæoides.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *p.* 563. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 428.

*Escarbot d'écaille.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 4, *p.* 345, *pl.* 12, *fig.* 17.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 6, *fig.* 2.

*Var.* B. Idem, elytrorum macula humerali obsoleta aut nulla, apicali lutescente, lunata.

*Sphæridium lunatum.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 1, *p.* 93.

*Var.* C. Idem, elytrorum macula humerali obsoleta aut nulla; apicibus rubescentibus; pedibus piceis.

*Sphæridium bipustulatum.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 1, *p.* 93.

*Sphéridie bipustulé.* OLIV. *Entom.*, *tom.* 2, *n°.* 15, *pl.* 2, *fig.* 11. *a. b.*

*Sphéridie bipustulé.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 79.

*Var.* D. Idem, elytris immaculatis maculisve obsoletis; thoracis elytrorumque margine externo, pedibus ferrugineo-lutescentibus.

*Sphæridium marginatum.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 1, *p.* 93.

*Sphéridie marginé.* OLIV. *Entom.*, *tom.* 2, *n°.* 15, *pl.* 1, *fig.* 3. *a. b.*

*Sphéridie marginé.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 79.

*Le Dermeste jayet.* GEOFF. *Hist. des Insect.*, *tom.* 1, *p.* 107.

Habitat in Europæ stercore bovino. Synonymia a celeberrimo Illiger dilucidata.

FAMILIA

## FAMILIA DECIMA QUINTA (1).

### COPROPHAGI. *COPROPHAGES.*

Observationes. *Antennæ* capite paulo longiores, ante oculos, ad mandibularum basin, sub clypeo insertæ; articulo primo elongato, aliorum conjunctim fere longitudine, cylindrico, ad apicem paulo crassiore (2); secundo subhemisphærico; tertio, quarto, quinto et sexto brevibus, duobus ultimis præsertim; tertio, quarto sæpius cylindrico-conicis; quinto et sexto, isto saltem, transversis, pateræformibus; septimo, octavo et nono capitulum triphyllum formantibus. *Labrum* clypeo occultatum, membranaceum, *illis* subquadratum et angulis anticis rotundatis; *his* subsemicirculare, in tres areas divisum; linea impressa, longitudinali, striis parallelis transversis, quandoque veluti pectinatim secata, ex utroque latere; area media præcipuave in medio carinata, punctata, hispidula aut papillosa, margine antico villoso aut ciliato. *Mandibulæ* sub clypeo latitantes, ad basin corneo-subtricuspidatæ, deinde in laminam compressam, triangularem, externe coriaceam, intus coriaceo-membranaceam, productæ; latere interno et apice villis tenuissimis, brevibus, fimbriatis. *Palpi maxillares* filiformes, labialibus dimidio aut paulo minus longiores, maxillis paulo breviores aut illarum circiter longitudine; articulo basilari minimo; secundo tertioque subobconicis, secundo elongato; ultimo longiore secundive saltem longitudine, subcylindrico aut ovali-cylindrico, ad basin et apicem paulo graciliore. *Palpi labiales* menti ad angulos superos inserti, stipite sæpius articuliformi, plerumque hirti, articulis tribus, apicali sæpissime minori. *Maxillæ* crustaceæ, laciniis duabus; apicali

---

(1) In hac familia tribusque sequentibus tibiæ anticæ (sæpiusque aliæ) externe dentatæ, calcare unico spinave mobili (*Malleolo*, Illig.) ad apicem internum et tarsorum originem, instructæ.

(2) Antennæ in familiis tribus proximis eodem modo insertæ, articulo basilari pariter elongato.

multo majore, membranacea, fungosa, transversa; margine supero extrorsum rotunde arcuato, panicula brevi fimbriato; lobo interno dentiformi, homogeno pariterque fimbriato. *Labium* membranaceum, mento occultatum, apice bifidum; laciniis pone palpos et eorumdem usque ad articulum secundum productis, subtrigonis et paululum intus arcuatis, villosis intusque sæpius fimbriatis. *Mentum* crustaceum, subquadratum, apice emarginatum. *Tarsi* articulis plerisque subcylindricis trigonisve, integris; basilari et apicali longioribus; isto valide biunguiculato.

*Corpus* subovatum, multo latius quam altius. *Caput* subsemi-circulare. *Oculi* vix prominuli. *Thorax* transversus. *Scutellum* in multis nullum. *Coleoptra* et *abdomen* brevia. *Pectus* magnum. *Pedes* validi, dentati, spinosi; postici e lamina transversa, mobili, (trochantere) prodeuntes.

*I. Palpi labiales maxime hirti, articulo tertio sive terminali abrupte minore, parvo, in nonnullis obsoleto*(1).

*Scutellum sæpissime nullum; coleoptra (elytra conjuncta) non longiora quam latiora; pedes secundi paris quam alii spatio pectorali majore alter ab altero distantes; tibiæ anticæ calcare unico.*

1. *Palpi labiales articulo ultimo distincto*; *antennæ capitulo transverso, aperte latiore quam longiore.*

A. *Palpi labiales articulo tertio sive basilari secundo majore; pedes omnes, in utroque sexu, tarsis instructi.*

a. *Antennæ omnium distincte novem-articulatæ; femora incras-*

---

(1) Instrumenta cibaria in hujus familiæ generibus notas distinctivas vere essentiales et certissimas non suppeditant. *Copridum* genus ad primitivam amplitudinem forte revocandum, et in tot sectiones quot nunc adsunt genera solum modo dividendum.

*sata, subovata; tibiæ quatuor posticæ breves, angulato-subconicæ, basi multo angustiores, ad apicem valde incrassatæ, dilatato-clavatæ; clava pro tarsis calcaribusque inserendis profunde excavata; tarsi quatuor postici articulis inferis subtrigonis (corpus crassum, altitudine latitudini fere æquali aut illa e quarta parte circiter minore; thorax antice sæpius retusus aut subito declivis, postice abrupte elevatus; eminentiæ margine antico sæpius angulato, cornuto; margine postico recta transverso; caput in plerisque cornutum vel tuberculatum).*

Observationes. Palpi labiales articulo basilari sive primo *illis* elongato, angusto, sublineari vel cylindrico-compresso; *his* late subquadrato, latere externo subrecto, interno arcuato; articulo ultimo subcylindrico; antennarum clava nullatenus aut raro tunicata.

## CLXXXII. Genus. *Copris. Bousier.*

*Copris*, *Geoff.*, *Illig.*, *Fab.*, *Lam.* — *Scarabœus*, *Linn.*, *de Geer*, *Olivier*.

Observatio. Tibiæ anticæ dentibus tribus externis, validis alteraque minima, interdum obsoleta.

Spec. 1. *Copris lunaris. Bousier lunaire.*

C. Capite cornuto; cornu subperpendiculariter erecto, illius ad minus longitudine, conico, ad faciem posticam scabriusculo, basin versus subbidentato; clypei margine antico ad medium emarginato, subreflexo, rotundate subbidentato; thorace antice truncato, ad utrumque latus, dente compresso, corniformi, armato; tum intus et utrinque profunde excavato; eminentiæ dorsalis et interpositæ margine antico recta transverso, ad medium, sulco dorsali et longitudinali, bipartito; ejusdem eminentiæ facie declivi et antica punctata, interne bidentata; corpore nigro nitido; antennis fuscis, clava subovata; elytro singulo striis octo lævibus, externa abbreviata.

*Le Bousier capucin.* *Geoff.* *Hist. des Insect.*, *tom.* 1, *p.* 88.

*Copris lunaris.* ILLIG. *Coleopt. Bor., tom.* 1, *p.* 39.

*Copris lunaris.* FAB. *System. eleut., tom.* 1, *p.* 36.

*Bousier lunaire.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 1, *p.* 99, *pl.* 82, *fig.* 3, 4.

*Scarabeus lunaris.* LINN. *System. nat., ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *p.* 543. — *Faun. Suec., edit.* 2, *n°.* 379.

*Scarabé lunaire.* OLIV. *Entom., tom.* 1, *n°.* 3, *pl.* 5, *fig.* 36, *a. b.*

*Ræs. Ins. tom.* 2, *Scarab., class.* 1, *tab. B., fig.* 2.

PANZ. *Faun. Insect. Germ., fasc.* 49, *fig.* 4.

Habitat in Europa, stercore. — *Femina* cornu multo breviore thoraceque minus antice prominulo. Palpi labiales articulo basilari elongato et angusto. In C. *Carolino* vero idem articulus latus, subsemiorbiculatus et oblique ad apicem truncatus.

C. *Emarginatus* mas præcedentis feminæ omnino fere similis, capitis cornu tantum emarginato.

b. *Antennæ sæpissime articulis novem distinctis, in perpaucis octo tantum; femora aut quatuor postica saltem elongato-ovalia; tibiæ posticæ elongatæ, tenues, tetragonæ; tarsi articulis elongatis, subconicis. ( Corpus illis depressum, fere duplo latius quam altius; his, at raro, elevatum, crassum, diametro perpendiculari transverso subæquali, et tunc antennæ articulis solum octo distinctis. )*

OBSERVATIONES. Palpi labiales articulo basilari sive primo subovali aut subtransverso et intus dilatato; apicali subovato aut subobconico; antennæ sæpius clava fere tunicata, articulo septimo octavi, isto ultimi maximam partem recipientibus; thorax postice rotundatus, margine arcuato.

CLXXXIII. GENUS. *ATEUCHUS. Ateuchus.*

*Ateuchus*, WEB., FAB., ILLIG. — *Scarabæus*, LIN., DE GEER, OLIV. — *Copris*, GEOFF. — *Actinophorus*, STURM. — *Gymnopleurus*, ILLIGER.

*Antennæ* articulis novem.

*Corpus* depressum, fere duplo latius quam altius. *Coleoptra* quadrata.

*Pedes* postici corpore vix longiores.

*I. Palpi labiales articulo basilari quadrato-ovali, aperte longiore quam latiore; tibiæ anticæ dentibus quatuor externis, validis; posticæ ad apicem oblique truncatæ, inde tarsi illarum lateribus posticis inserti; tibiarum earumdem ipso apice, cum calcare, in spinam validam, tarsorum dimidii ad minus longitudine, producto; elytra margine externo, post humeros, nec profunde nec abrupte sinuato.*

Spec. 1. *Ateuchus sacer. Ateuchus sacré.*

A. Obscuro-niger; clypeo rugosulo, subtrilobo; lobo medio latiore, emarginato, utrinque bidentato, dentibus acutis; occipite bituberculato; thorace punctis minimis elevatis, temere sparsis; marginibus ciliatis, crenulatis; elytris sublævibus; singulo lineis sex impressis, obsoletis; intervallis punctis nonnullis impressis, raris, vagis; pedibus villosis; tibiis anticis latere interno in uno sexu bidentato; quatuor aliis ad apicem, tarsorum ultra originem compresso-productis, spina terminali tarsorum articulum tertium attingente; tibiarum posticarum latere interno fimbria hirsuta, brunnea, vestito.

*Ateuchus sacer.* Fab. *System. eleut.*, *tom.* 1, *p.* 54.

*Ateuchus sacré.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 1, *pag.* 94, *pl.* 82, *fig.* 1.

*Scarabæus sacer.* Linn. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *p.* 545. — *Mus. Lud. Ulr.*, *p.* 23. — *Amæn. acad.*, *tom.* 6, *tab.* 3, *fig.* 170.

*Scarabé crénelé.* De Geer. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 7, *p.* 638, *pl.* 47, *fig.* 18.

*Scarabé sacré.* Oliv. *Entom.*, *tom.* 1, *n°.* 3, *pl.* 8, *fig.* 59. *a. b.*

Habitat in Europa Australiori, Africa.

Varietas sexualis tibiis anticis latere interno haud bidentatis, a Schæffer, *Icon. Insect. Ratisb.*, *tab.* 201, *fig.* 3; ab Herbst, *Coleopt.* 2, *tab.* 20, *fig*, 2; et a Panzer, *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 48, *fig.* 7, exhibita.

*II. Palpi labiales articulo basilari sive primo subquadrato, non transverso; tibiæ anticæ dentibus tribus externis, validis; elytra margine externo, post humeros, abrupte profundeque sinuato.*

*Gymnopleuri* Illiger.

Spec. 2. *Ateuchus flagellatus*. *Ateuchus flagellé.*

A. Subobscuro-niger; clypeo emarginato; corpore supra varioloso; femoribus anticis unidentatis; tibiarum anticarum angulis denticulatis.

*Ateuchus flagellatus. Fab. System. eleut.*, *tom.* 1, *p.* 59.

*Ateuchus flagellé. Latr. Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 97.

*Scarabé flagellé. Oliv. Entom.*, *tom.* 1, *n°.* 3, *pl.* 7, *fig.* 51. *a. b.*

*Gymnopleurus flagellatus. Illig. Mag. Insek.*, 1803, *p.* 201.

Habitat in Europa Australi, Lutetiam usque, Africa; excrementa humana frequentans.

*III. Palpi labiales articulo basilari sive primo lato, transverso, intus rotundato-dilatato. (Tibiæ anticæ dentibus tribus externis, validis; elytra margine externo, post humeros, nec abrupte nec profunde sinuato.)*

Observatio. Femora antica fasciculo hirsuto, orbiculato, ad basin antice instructa.

Spec. 3. *Ateuchus volvens*. *Ateuchus rouleur.*

A. Obscuro-niger, in nonnullis supra obscure-cupreo-niger aut viridis, sublævis, granulis minimis, elevatis, oculo nudo inconspicuis, scabriusculus; clypei margine antico reflexo,

bidentato ; elytro singulo striis octo obsoletissimis ; ano nudo ; tibiis anticis externe tantum denticulatis , calcare acuto.

*Ateuchus volvens.* FAB. *System. eleut.* , *tom.* 1 , *p.* 60.

*Ateuchus rouleur.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10 , *p.* 95.

*Scarabœus pilularius.* LINN. *System. nat.* , *ed.* 13 , *tom.* 1 , *pars* 2 , *p.* 550. — *Mus. Lud. Ulr.* , *p.* 19.

*Scarabé pilulaire.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.* , *tom.* 4 , *p.* 311 , *pl.* 18 , *fig.* 14.

*Scarabé lisse.* OLIV. *Entom.* , *tom.* 1 , *n°.* 3 , *pl.* 10 , *fig.* 89.

DRURY. *Illust. of Insect.* , *tom.* 1 , *tab.* 35 , *fig.* 7.

Habitat in America Septentrionali ; cum A. *pilulario* Europæ a Linnæo confusus.

A. *volventi* associandi ateuchi *violaceus* , *melanocephalus*, *triangularis* Fabricii.

## CLXXXIV. GENUS. *SISYPHE. Sisyphe.*

*Scarabœus* , LINN. , OLIV. — *Copris* , GEOFF. — *Ateuchus* , WEB , FAB. , ILLIGER.

*Antennæ* articulis octo.

*Corpus* diametris transverso et perpendiculari haud valde inæqualibus, subtrigono-ovatum. *Coleoptra* triangulum efformantia. *Pedes* elongati ; postici corpore dimidio aut amplius longiores ( femoribus clavatis ).

OBSERVATIONES. Femora antica fasciculo pilorum ut in *Ateuchis* ultimæ sectionis. Tibiæ quatuor anticæ elongato-trigonæ, compressæ ; posticæ multo longiores, graciles, arcuatæ, ad apicem, siculi intermediæ, transverse truncatæ, calcare unico ; tarsi elongati , filiformes.

SPEC. 1. *SISYPHE SCHÆFFERI. Sisyphe de Schæffer.*

S. Niger , supra opacus ; clypeo granulato , antice late emarginato et utrinque bidentato ; dentibus posticis minoribus ; occipite lineola utrinque elevata , transversa ; thorace lævi , ad angulos postice oblique truncato ; elytris obsolete striatis , basi et ad api-

cem gibbis ; tibiis anticis extus denticulatis , dentibus tribus validis, intus piloso-ciliatis ; tibiis intermediis utroque latere piloso-ciliatis ; femoribus posticis angulo dentiformi infero ; illorum trochantere in dentem abeunte.

*Scarabœus Schœfferi.* LINN. *System. nat., ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *p.* 550.

*Le Bousier Araignée.* GEOFF. *Hist. des Insect., tom.* 1, *p.* 92.

*Scarabé de Schœffer.* OLIV. *Entom., tom.* 1, *n°.* 3, *pl.* 5, *fig.* 41.

*Ateuchus Schœfferi.* FAB. *System. eleut., tom.* 1, *p.* 59.

*Ateuchus de Schœffer.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 10, *p.* 97, *pl.* 82, *fig.* 2.

PANZ. *Faun. Insect. Germ., fasc.* 48, *fig.* 9.

Habitat in Europa Australi, Parisios usque ; excrementis humanis delectatur.

B. *Palpi labiales articulo secundo primo majore (subovato, ad apicem oblique truncato aut subtrigono ; ultimo parvo subcylindrico) ; pedes pro sexu varii ; antici, in feminis saltem, tarsis nullis ; tibiis (externe quadridentatis) ad apicem acuminatis, sæpius calcare nullo, in maribus longioribus, arcuatis.*

## CLXXXV. GENUS. *ONITIS. Onitis.*

*Onitis, FAB., WEB., ILLIG. — Scarabœus, LINN., OLIVIER.*

OBSERVATIONES. *Antennæ* clava subtunicata. *Mentum* ad palporum insertionem subacute emarginatum aut angustatum et hic subunidentatum. *Caput* thoraxque in nonnullis cornuta. *Thorax* magnus, suborbiculatus, antice truncato-emarginatus, ad angulos posticos oblique truncatus aut sinu notatus ; marginis postici medio sæpius biimpresso. *Pedes* breves, robusti ; femoribus subovatis, compressis ; tibiis quatuor posticis conicis, angulatis, dentatis ; tarsis compressis, brevibus.

*I.*

## *I. Scutellati.*

Spec. 1. *Onitis Mœris. Onitis Mœris.*

O. Niger ; maxillis exsertis, subrufis; clypeo in *femina* antice retuso, reflexo, obsolete subemarginato, linea villosa, transversa carinisque tribus ; prima disci paulo ante medium parva, transversa ; secunda occipitali, pariter transversa, in medio tuberculo conico notata, ex utroque latere ad angulum inflexa ; tertia marginem posticum versus ; thorace granulato, antice obsolete retuso rugisque nonnullis, lævibus variis, discoidalibus ; foveola ex utroque latere scutelli apice obtuso, subemarginato ; elytris punctis rufo-flavescentibus, sparsis ; aliis impressis, oculo nudo inconspicuis ; marginibus laterum partim crenulatis ; humeris et apice gibbis ; elytro singulo lineis tribus aut quatuor elevatis, longitudinalibus ; exteriore magis prominula, longiore, acuta ; pedibus omnibus in *feminis*, tarsis instructis.

*Onitis Mœris.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 10, *p.* 105.

*Onitis c'inias.* Fab. *System. eleut.*, *tom.* 1, *p.* 27.

*Scarabœus Mœris.* Pall. *Icon. Insect. Sib.*, *p.* 3, *tab.* A., *fig.* 2.

*Scarabé Mœris.* Oliv. *Entom.*, *tom.* 1, *n*°. 3, *pl.* 21, *fig.* 193.

*Scarabœus furcifer.* Ross. *Faun. etrusc. mant.* 1, *p.* 7 ; *et mant.* 2, *p.* 127, *tab.* 1, *fig.* A. mas.

Ejusd. *Scarabœus irroratus. Faun. etrusc.*, *tom.* 1, *p.* 7. — *Mant.* 1, *p.* 7. — *Mant.* 2, *p.* 127, *tab.* 1, *fig. N.*

Habitat in Italia, Hispania. *Onitis lophus* Fabricii an ejusdem varietas?— Ex dono dom. Durand. Marem non vidi : iisdem notis ac *onitis sphinx*, a femina differre videtur. Rossi adeas.

## *II. Exscutellati.*

Spec. 2. *Onitis sphinx. Onitis sphinx.*

O. Niger ; clypeo antice rotundato, carina duplici transversa tuberculoque postico, obtuso, in uno sexu obsoleto ; thorace

inermi, fossula ex utroque latere lunulisque duabus impressis, approximatis, marginis postici ad medium; elytris linea elevata unica et margini externo imposita, versus apicem transverse gibbis, posthac excavatis.

*Mas.* Clypeo antice emarginato, tuberculo postico obsoleto; pedibus anticis longioribus; femoribus antice unidentatis; tibiis elongatis, angustis, ad apicem arcuato-incurvis; ipso apice acute producto; latere interno pilis ciliato, unidentato; pedibus intermediis trochantheribus in dentem prominulis; femoribus interne compressis, acutis, margine membranaceo, subunidentato, auctis; femoribus posticis antice emarginatis; incisuræ angulis duobus superis in dentem exsertis, interiore præsertim.

*Femina.* Clypeo angustiore nec emarginato; pedibus anticis brevioribus; tibiis ad apicem oblique truncatis; femoribus crassioribus, non unidentatis; trochanteribus pedum intermediorum vix in dentem abeuntibus; femoribus posticis haud emarginatis.

*Onitis sphinx. Fab. System. eleut., tom.* 1, *p.* 29.

*Onitis sphinx. Latr. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 10, *p.* 107.

*Scarabé sphinx. Oliv. Entom., tom.* 1, *n°.* 3, *pl.* 7, *fig.* 57. *a. b.*

*Wulff. Insect. cap., tab.* 2, *fig.* 17. Mas.

*Drury. Illust. of Insect. exot., tom.* 1, *tab.* 35, *fig.* 8. Mas.

Habitat in Europa Australiori, Africa, India Orientali, ad Sinarum regionem usque.

2. *Palpi labiales articulo ultimo sive tertio nullo aut fere inconspicuo; antennæ capitulo quadrato-orbiculato, diametro longitudinali a transverso vix diverso.*

Corpus depressum. Caput thoraxque, aut ambo aut singulatim, sæpius cornuta eminentiave notata. Antennæ articulis mediis quam in cofamiliaribus minoribus. Palpi maxillares articulo ultimo paulo minus elongato, figura magis ovali; labiales articulis primo et secundo subovatis, isto paululum

majore. Mentum ut in genere præcedenti. Thorax magnus, orbiculatus, antice emarginatus, postice rotundatus. Pedes omnes tarsis instructi. Femora antica pilorum penicillo. Tibiæ anticæ dentibus quatuor externis validioribus; aliæ subconicæ. Tarsi filiformes.

CLXXXVI. Genus. *Onthophagus. Onthophage.*

*Scarabæus*, Linn., de Geer, Oliv.—*Copris*, Geoff., Fab., Illig. — *Ateuchus*, Fab. — *Onitis*, Illiger.

*I. Corpus subovale, duplo fere longius quam latius; thorax diametris subæqualibus; scutellum.*

Spec. 1. *Onthophagus flavipes. Onthophage flavipède.*

O. Livido-rufescens; clypeo cupreo aut æneo, punctato, antice retuso vel truncato, ad margines laterales sinuato; lineis duabus elevatis, parallellis, anticis, retrorsum curvis; margine postice elevato; thorace punctato, disco sæpius late æneo-fusco, latere singulo puncto fusco fossulæ adjecto; elytris obiter striatis, sutura ænea; corpore subtus obscuriore; pedibus dilutioribus.

*Onthophage flavipède.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 10, *p.* 109, *tab.* 82, *fig.* 5.

*Le Bousier fauve.* Geoff. *Hist. des Insect., tom.* 1, *p.* 90.

*Ateuchus flavipes.* Fab. *System. eleut., tom.* 1, *p.* 63.

*Scarabé flavipède.* Oliv. *Entom., tom.* 1, *n°.* 3, *pl.* 7, *fig.* 54.

*Copris flavipes.* Illig. *Coleopt. Bor., tom.* 1, *p.* 46.

Panz. *Faun. Insect. Germ., fasc.* 48, *fig.* 10.

Habitat in Gallia, Germania, Europa Australi, stercore.

*II. Corpus orbiculato-ovatum, vix ad summum dimidio longius quam latius; thorax diametro transverso longitudinali majore; scutellum nullum.*

Annotatio. E copridibus *Bonasus*, *Taurus*, *nuchicornis* et aliis forma similibus, hæc onthophagorum sectio conflanda.

Specierum ab auctoribus recensitarum copia minuenda. Ita optimo jure, jam opinati sunt celeberrimi professores Hellwig, Illiger. Ipsemet vidi onthophagi *Taurus*, maris, cornua magnitudine admodum differre et penitus evanescere. Thorax his etiam ab individuorum magis cornutorum thorace paulo diversus. Varietates plures pariter in O. *nuchicorni* mare observare velis. Colores, pubescentia mutabilia prorsus. Copridum species quas hic referam unicam forte constituunt, climatum, locorum, alimentorum copiæ diversitate, copulationibus hybridis, in totidem varietates distinctas sensim transformatam. En O. *nuchicornis* quodam modo consanguinitas:

1. *Onthophagus austriacus. Onthophage autrichien.*

*Mas.* Niger; clypeo supra glabro, antice tantum subpunctulato, triangulari, ad apicem sensim angustato-acuminato; apice reflexo; occipite, ab oculis, in laminam compressam, lævem, subsemi-ovalem, apicem versus et secundum latera rotundatam, cornu terminatam, retrorsum et ad angulum acutum inclinatam, sursum elevato; cornu subcylindrico, laminæ fere longitudine, cum illa angulum acutum formante, antrorsum inflexo, deinde recto, ad apicem acuto, paululum reflexo aut ad postica subincurvo; thorace antice retuso, transverse excavato, lævi, nitidiore; excavationis ipsius medio fossula notato; angulis anticis lævibus; elytris lurido-testaceis, maculis, parvis, nigris, sparsis.

*Scarabœus austriacus.* Panz. *Faun. Insect. Germ., fasc.* 12, *fig.* 6.

Schæff. *Icon. Insect. Ratisb., tab.* 73, *fig.* 4?

*Femina.* Clypeo semicirculari-trigono; carinis duabus validis, transversis, parallelis, quarum postica latiore, et ad apices laterales acuta; thorace utrinque antice profunde excavato; spatio interjecto in cornu breve, crassum, apice rotundatum, obsolete subemarginatum, antice prominulo.

Habitat in Austria. Misit Dom. *Schreiber.*

2. *Onthophagus nutans. Onthophage penché.*

*Mas.* Præcedentis maris omnino forma ; differt tantum corpore penitus nigro, clypeo magis punctato, villosulo ; cornu paulo magis arcuato ; thorace minus profunde excavato, villosulo.

*Femina.* Præcedentis feminæ fere similis, at plane nigra ; clypeus villosulus, magis punctatus, antice subscabriusculus ; carinis humilioribus ; thorax antice minus retusus et utrinque minus impressus ; eminentia media breviore, emarginata.

*Copris nutans. Fab., Illig.*

*Panz. Faun. Insect. Germ., fasc. 6, fig.* 1.

Habitat in Germania, apud nos rarissimus.

3. *Onthophagus vacca. Onthophage vache.*

*Mas.* Ab O. *austriaci* mare præsertim recedit colore æneo aut virescente ; clypeo subsemicirculari, subemarginato, villoso, scabriusculo, valde punctato ; lamina occipitali minore, ad basin quadrata, deinde trigona, hinc utrinque angulo denteve notata ; cornu ejusdem laminæ ad angulum obtusum inflexo, tunc plane subrecto ; thorace villoso, minus antice retuso et excavato ; elytrorum punctis maculisve parvis, sparsis, suturaque viridibus.

*Schæff. Icon. Insect. Ratisb. tab.* 73, *fig.* 2.

*Scarabæus vacca. Herbst. Coleopt.* 2, *tab.* 14, *fig.* 4.

*Illig. Coleopt. Bor., tom.* 1, *p.* 40.

*Femina.* Clypeo carinis duabus, transversis, parallelis ; postica latiore, ad angulos laterales et superos utrinque in cornu breve, obtusum, rectum, sursum erecta ; thorace antice retuso, utrinque subexcavato ; intervallo antice prominente, rotundato.

*Scarabæus vacca. Linn., Oliv.*

*Copris vacca. Fab., Illig.*

*Schæff. Icon. Insect. Ratisb., tab.* 73, *fig.* 3.

*Herbst. Coleopt.* 2. *tab.* 14, *fig.* 3.

*Panz. Faun. Insect. Germ., fasc.* 12, *fig.* 4.

Variat colore obscuriore, clypeo acorni ; hanc varietatem pro mare habuit Dom. *Olivier.*

*Copris media* Kugelan, Illiger, Fabricii, *Scarabæus medius* Panzer, *fasc.* 37, *fig.* 4, ejusdem *Onthophagi vacca feminæ* varietas.

4. *Onthophagus cœnobita. Onthophage cénobite.*

*Mas.* A præcedentis mare differt corpore minore, rotundiore; capite thoraceque æneo-cupreis; clypeo non scabriusculo, punctis excavatis magis dissitis; cornu ad apicem subnutante; thorace antice minus retuso et vix in medio excavato; elytris minus maculatis, maculis nebulisve nigricantibus; sutura nullatenus aut tenuissime tantum viridi.

*Copris cœnobita. Fab.*, *Illig.*

*Herbst. Coleopt.* 2, *tab.* 14, *fig.* 7.

*Panz. Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 48, *fig.* 6. *mas et feminæ* caput.

*Femina.* Clypeo carina duplici, transversa, parallela; thorace antice paulo retuso et ad medium vix aut brevissime lateque prominulo.

*Herbst. Coleopt.* 2, *tab.* 14, *fig.* 8.

*Illig. Coleopt. Bor.*, *tom.* 1, *p.* 40.

Habitat in Gallia, Germania.

5. *Onthophagus fracticornis. Onthophage fracticorne.*

*Mas.* Præcedentis mari omnino simillimus, at minor, niger, elytris nigro confertim punctatis.

*Copris fracticornis. Fab.*

*Scarabæus nuchicornis. Linn.*, *Oliv.*

*Scarabæus nuchicornis. Panz. Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 4, *fig.* 1. *mas.*—*fem. Scar. fracticornis* ejusd., *fasc.* 49, *fig.* 9 (1).

*Femina.* Cum O. *cœnobita* femina in omnibus convenit, præ magnitudine, colore nigro et elytrorum macularum copia.

Habitat in Europa.

Observatio. Clypeus et ita in sequentibus villosus.

---

(1) Maris O. *cœnobitæ* forte potius varietas maculis nigris numerosissimis.

6. ONTHOPHAGUS XIPHIAS. *Onthophage xiphias.*

*Mas.* Præcedentis mari simillimus; paulo major; clypeus antice recta truncatus aut obsolete emarginatus; lamina postica angustiore, longiore, cornu validiore, ad apicem non nutante; thorax antice magis retusus et excavatus.

*Copris xiphias.* FAB.

*Femina.* O. *nuchicornis* feminæ simillima, at major; thorax antice utrinque distincte excavatus medioque prominulus, apice rotundatus.

Habitat in Gallia, Germania.

7. ONTHOPHAGUS NUCHICORNIS. *Onthophage nuchicorne.*

*Mas.* Differt a præcedentis mare, corporis statura minore; clypeo subemarginato; cornu brevissimo, veluti tricuspidato, dente apicali longiore; thorace antice minus retuso obsoleteque in medio subprominulo.

*Copris nuchicornis.* FAB.

*Femina.* Clypeo carinis parum elevatis; posteriore ad latera subobliteranda; thorace antice paulo retuso, eminentia nulla distincta in medio.

Habitat in Gallia, Germania.

8. ONTHOPHAGUS PLANICORNIS. *Onthophage planicorne.*

*Mas.* O. *xiphias* mari simillimus, clypeo emarginato; cornu tantum brevissimo aut potius in tuberculum acutum transformato.

*Scarabœus planicornis.* HERBST. *Coleopt.* 2., *tab.* 14, *fig.* 13.

*Copris nuchicornis.* Var. ζ. ILLIG. *Coleopt. Bor., tom.* 1, *p.* 43.

*Femina.* O. *xiphias* feminæ simillima; at clypeus emarginatus; thorax antice paulo minus excavatus.

Habitat in Gallia, Germania.

OBSERVATIO. Tibiæ anticæ masculorum horum fere omnium

denticulo, parvo, lateris externi dentium validiorum infimæ et proximæ intervallum occupante.

## *II. Palpi labiales glabri aut vix pilosi, filiformes, articulis subæqualibus, cylindricis.*

Scutellum distinctum. Coleoptra (Elytra conjuncta) longiora quam latiora. Pedes omnes æque dissiti; tibiæ quatuor posticæ calcare duplici. (Corpus ovatum aut ovale, ad apices rotundatum, supra convexum. Clypeus semi-circularis aut lunatus, in multis tuberculatus. Thorax transverso-quadratus. Elytra abdomen superne et ad latera obvolventia. Pedes validi; femora antica intus linea impressa, pilis fimbriata; tibiæ anticæ extus tridentatæ; aliæ subconicæ, transverse incisæ, incisuris ciliatis aut spinosulis).

Observatio. Mentum profunde emarginatum, angulis superis acutis. Labium superne valide pilosum, pilis elongatis. Palpi maxillares sæpius ab articulo secundo baseos clypeum ultra producti. Antennæ capitulo subgloboso-ovato, articulis quarto, quinto et sexto brevissimis, transversis.

### CLXXXVII. Genus. *Aphodius. Aphodie.*

*Aphodius, Illig., Fab. — Scarabæus, Linn., Geoff., de Geer, Oliv., Lamarck.*

Spec. 1. *Aphodius rufitarsis. Aphodie à tarses roux.*

A. Ovalis, late convexus (arcu convexitatis elytrorum semicirculo palam minore et corporis latitudine ejusdem altitudinem triplo fere superante), vage et confertim punctulatus; clypeo lunato (subsemi-circulari), lævi, ante oculos utrinque non sinuato, angulis posticis acutis; thorace planiusculo, lateribus externis solum marginatis; scutello æquilateraliter trigono, ad basin punctulato; abdomine elongato-quadrato, postice rotundato; elytro singulo striis novem, distantibus, punctatis; corpore nigro; elytris

elytris plurimorum partim aut penitus luridis, nigro maculatis; tarsis rufescentibus.

*Var.* A. Corpore plane nigro.

*Aphodius rufipes.* ILLIG. *Coleopt. Bor., tom.* 1, *p.* 28, *var.* α.

*Aphodie rufipède.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 10, *p.* 129, var. 1.

*Aphodius nigripes.* FAB. *System. eleut., tom.* 1, *p.* 76.

*Scarabæus rufipes.* LINN. *System. nat., ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *p.* 559? — *Faun. Suec., ed.* 2, *n°.* 403?

*Le Scarabé jayet.* GEOFF. *Hist. des Insect., tom.* 1, *p.* 83.

*Scarabé jayet.* OLIV. *Entom., tom.* 1, *n°.* 3, *pl.* 24, *fig.* 213.

PANZ. *Faun. Insect. Germ., fasc.* 47, *fig.* 9.

*Var.* B. Corpore nigro; elytris luridis, basi excepta.

*Aphodius rufipes.* ILLIG. *Coleopt. Bor., tom.* 1, *p.* 28, *var.* β.

*Aphodie rufipède.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 10, *pag.* 129, *var.* 3.

*Scarabæus variegatus.* HERBST. *Coleopt.* 2, *tab.* 18, *fig.* 4.

PANZ. *Faun. Insect. Germ., fasc.* 47, *fig.* 8.

*Var.* C. Corpore nigro; elytris integre luridis, nigro maculatis.

*Aphodius luridus.* FAB. *System. eleut., tom.* 1, *pag.* 76.

*Aphodius rufipes.* ILLIG. *Coleopt. Bor., tom.* 1, *p.* 28, *var.* γ.

*Aphodie rufipède.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 10, *p.* 129, *var.* 2.

*Scarabé luride.* OLIV. *Entom., tom.* 1, *n°.* 3, *pl.* 18, *fig.* 168; *et pl.* 26, *fig.* 168. *b.*

PANZ. *Faun. Insect. Germ., fasc.* 47, *fig.* 6.

Habitat in Europa, stercore humano sæpius.

SPEC. 2. *APHODIUS FIMETARIUS. Aphodie fimétaire.*

A. Subsemicylindrico-ovalis, (elytrorum arcu convexitatis fere semicirculum æquante); clypei margine antice et in medio inflexo, late emarginato, ante oculos sinuato; occipite tuberculis tribus, in linea transversa seriatis, intermedio majore; lineola elevata, arcuata, transversa, illos antecedente; thorace

punctis impressis, sparsis, raris in disco et fere nullis; marginibus lateralibus posticoque marginatis; antici medio fovea in mare notato; scutello æquilateraliter trigono; abdomine quadrato, postice rotundato; elytro singulo striis novem, profunde impressis, subcrenatis; corpore nigro, nitido; antennis, palpis, thoracis angulis anticis, elytris tarsisque castaneo-rufis; palporum maxillarium articulo ultimo fascia nigra.

*Aphodius fimetarius.* ILLIG. *Coleopt. Bor.*, *tom.* 1, *p.* 31.

*Aphodius fimetarius.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 1, *p.* 72.

*Aphodie fimétaire.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 125.

*Scarabœus fimetarius.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *p.* 548. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 385.

*Le Scarabé bedeau.* GEOFF. *Hist. des Insect.*, *tom.* 1, *pl.* 18, *fig.* 167.

*Scarabé bedeau.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 4, *pag.* 266, *pl.* 10, *fig.* 8.

*Scarabé fimetaire.* OLIV. *Entom.*, *tom.* 1, *n°.* 3, *pl.* 18, *fig.* 167.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 31, *fig.* 2.

*Var.* A. Abdomine rufo.

*Aphodius fœtens.* ILLIG. *Coleopt. Bor.*, *tom.* 1, *p.* 31.

*Aphodius fœtens.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 1, *p.* 69.

*Aphodie puant.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *pag.* 120.

*Var.* B. Idem; coleoptris macula lata nigricante.

*Aphodius fœtens var. β.* ILLIG. *Coleopt. Bor.*, *tom.* 1, *p.* 31.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 48, *fig.* 1.

Habitat in Europa, stercore.

ANNOTATIO. *Aphodius Hydrochœris* Fabricii, quem pro *Scarabœi fimetarii* varietate habuit Dom. Olivier, loco præcitato, ab illo antennarum clava nigra et thorace penitus nigro differt; aliunde minor, clypeo lineola nulla elevata et antica, colore elytrorum obscuriore.

## FAMILIA DECIMA SEXTA.

### GEOTRUPINI. *GÉOTRUPINS.*

Observationes. *Corpus* orbiculato-ovale aut suborbiculare, supra convexum. *Clypeus* brevis; capitis lateribus utrinque ante oculos auriculatim dilatatis. *Labrum* crustaceum, transverso-quadratum aut lineare, margine antico ciliato aut hirsuto. *Mandibulæ* corneæ. *Palpi* filiformes, subæquales, breves. *Maxillæ* cylindricæ, crustaceæ. *Thorax* latius quam longius, margine postico recta transverso. *Scutellum* in omnibus. *Pedes* validi; tibiæ anticæ latere externo longitrorsum dentato, dentibus sex aut septem, apicalibus validioribus; latere interno pro sexu vario; quatuor posticæ apice bicalcaratæ; tarsi unguibus validis; setis pilisve duobus ad illorum originem inferam.

### CLXXXVIII. Genus. *Geotrupes. Géotrupe.*

*Geotrupes*, *Latr.*, *Lam.*, *Dumer.* — *Scarabæus*, *Linn.*, *Geoff.*, *de Geer*, *Fab.*, *Olivier.*

*Antennæ* clava lamellata, transversa, ovata, triphylla; articulis septimo et octavo pateræformibus. *Labrum* margine antico recto. *Mandibulæ* triquetro-trigonæ, depressæ, ad apicem arcuatæ; facie externa marginibus acutis et quorum uno in nonnullis sinuato; latere interno margine membranaceo, hirsuto. *Palpi* articulo ultimo præcedentis longitudine aut illo longiore, subcylindrico; labiales menti angulis apicalibus inserti, stipite articuliformi, hinc in speciem quadriarticulati. *Maxillæ* processibus duobus, coriaceo-membranaceis, fimbria marginali, hirsutissima; processu externo majore, subtrigono; interno dentiformi. *Labium* laciniis duabus, coriaceo-membranaceis, conniventibus, intus fimbriato-hirsutis, ad apicem subrotundatis, menti apicem ultra exsertis. *Mentum* crustaceum, subquadratum, ad angu-

lum acutum, dimidiato-emarginatum. *Clypeus* sæpius rhombeus, angulo aut arcu antice circumscriptus.

*Caput* ad oculos fere terminatum aut vix postice productum. *Thorax* undique marginatus, abdomine dimidio brevior, antice sensim angustior; illius capitisque lateribus conniventibus aut una currentibus. *Scutellum* obvium. *Pedes* postici ab ano manifesto distantes; tibiæ quatuor posticæ latere externo transverse profundeque veluti inciso, lineis prominentibus ciliatis; anticæ macula interna hirsuta.

Spec. 1. Geotrupes stercorarius. *Géotrupe stercoraire.*

G. Breviter ovalis, supra niger aut intense viridis, infra sæpius violaceus aut aurato-viridis; antennarum capituli apice sæpius rufescente; clypeo rhombeo; vertice tuberculo acuto; thorace mutico, linea dorsali impressa, postica, abbreviata; elytris profunde striatis; striis plurimis subrugosulis, impresso-punctatis. — *Illis* mandibulæ ad apicem externe bisinuatæ; tibiæ anticæ carina interna, denticulata, denticulis plurimis; *his* aut altero sexu tibiæ anticæ dentibus duobus validis, internis, subæqualibus, dissitis; femora duo postica basin versus dentibus duobus distinctis.

*Géotrupe stercoraire.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 10, *p.* 146, *pl.* 82, *fig.* 9. — *Préc. des caract. génér. des Insect., p.* 6.

*Scarabœus stercorarius.* Linn. *System. nat., ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *p.* 550. — *Faun. Suec. ed.* 2, *n°.* 388.

*Le Scarabé grand Pillulaire.* Geoff. *Hist. des Insect., tom.* 1, *p.* 76.

*Scarabé fouille-merde.* De Geer. *Mém. s. l. Insect., tom.* 4, *p.* 259, *pl.* 9, *fig.* 10. 11.

*Scarabœus stercorarius.* Fab. *System. eleut., tom.* 1, *p.* 24.

*Scarabé stercoraire.* Oliv. *Entom., tom.* 1, *n°.* 3, *pl.* 5, *fig.* 39. *a. b. c. d.*

*Scarabœus stercorarius.* Illig. *Coleopt. Bor., tom.* 1, *p.* 9.

*Panz. Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 49, *fig.* 1.

Habitat in Europa, sub stercore, in terra cuniculos fodiens, hinc nomen *Geotrupes* a me his insectis impositum. Magnitudine, colore admodum variat G. *stercorarius*. Majores nostri supra nigri, marginibus thoracis et elytrorum corporeque infra violaceo-cæruleis; his mares tibiis anticis angustioribus, externe obtuso-dentatis; scutelli medio longitrorsum multi-punctato; antennis plane nigris aut illarum capituli apice fucescente. Alii minores, colore supra intense viridi, infra aurato-viridi; antennarum capituli extimo rufo; tibiis anticis in omnibus ex-externe acute dentatis. Has meras varietates ut species distinxit Dom. Marsham, in Entomologia Britannica; *Sc. stercorarius*, *spiniger*, *foveatus*, *mutator*.

Spec. 2. *Geotrupes sylvaticus*. *Géotrupe sylvatique.*

G. Subhemisphæricus, supra niger, violaceo-marginatus, infra violaceus aut aurato-viridis; clypeo rhombeo; vertice tuberculo acuto; antennarum capitulo fusco; thorace mutico; elytris obsolete striatis, rugosulis. — *Illis* mandibulæ ad apicem externe bisinuatæ; tibiæ anticæ carina denticulis tantum tribus aut quatuor; *his* aut altero sexu eædem tibiæ dentibus duobus internis, validioribus, dissitis, inæqualibus; apicali minore; infima duobus aliis postice stipitata; femora postica dente unico distincto.

*Géotrupe sylvatique. Latr. Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 148.

*Scarabœus sylvaticus. Illig. Coleopt. Bor.*, *tom.* 1, *p.* 9.

*Scarabœus sylvaticus. Fab. System. eleut.*, *tom.* 1, *p.* 25.

*Panz. Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 49, *fig.* 3.

Habitat in Galliæ borealis, Germaniæ sylvis, Boletis victitans. Variat colore supra obscure nigro, infra viridi-aurato; in Burgundia, amicus Delavaux.

Spec. 3. *Geotrupes vernalis*. *Géotrupe printanier.*

G. Subhemisphæricus, violaceo-niger, nitidus; clypeo rhombeo, vertice vix prominulo; antennarum capitulo fusco; thorace

mutico; elytris lævibus aut obsoletissime striatis; mandibulis omnium externe ad apicem bisinuatis. — *Illis* tibiæ anticæ intus brevissime denticulatæ; femora ultimi paris margine postico inermi; *his* aut altero sexu tibiæ anticæ dentibus sex aut septem internis, apprime distinctis; femora ultimi paris margine postico denticulato.

*Géotrupe printanier.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 10, *p.* 148.

*Scarabæus vernalis.* LINN. *System. nat., ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *p.* 551. — *Faun. Suec., ed.* 2, *n*°. 389.

*Le Scarabé petit Pillulaire.* GEOFF. *Hist. des Insect., tom.* 1, *p.* 77.

*Scarabé printanier.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect., tom.* 4, *p.* 262, *pl.* 10, *fig.* 4.

*Scarabé printanier.* OLIV. *Entom., tom.* 1, *n*°. 3, *pl.* 4, *fig.* 23, *a. b.*

*Scarabæus vernalis.* ILLIG. *Coleopt. Bor., tom.* 1, *p.* 10.

*Scarabæus sylvaticus.* FAB. *System. eleut., tom.* 1, *p.* 25.

PANZ. *Faun. Insect. Germ., fasc.* 49, *fig.* 2.

Habitat in Europa, stercore, vere et autumno.

### CLXXXIX. GENUS. *LETHRUS. Léthrus.*

*Lethrus*, SCOP., FAB., OLIV., ILLIG., LAM. — *Bulbocerus*, ARCHAV. — *Lucanus*, LAXM., PALLAS.

*Antennæ* articulo primo longiore, conico; secundo et sequentibus ad octavum usque brevibus, subæqualibus, conico-cylindricis; sexto, septimo et octavo paulo brevioribus; nono duobusque apicis capitulum tunicatum, conicum, oblique truncatum efficientibus; nono infundibuliformi, decimum et terminalem includente. *Labrum* antice emarginatum. *Mandibulæ* validissimæ, triquetro-trigonæ, depressæ, arcuatæ sive falcatæ, intus denticulatæ; margine infero et externo in ramum producto (saltem in uno sexu). *Palpi* articulo ultimo

ovato-conico, apice acuto; labiales paulo longiores, menti apici inserti, articulo nullo stipitali distincto, secundo longiore. *Maxillæ* processu terminali crustaceo, cylindrico-lineari, apice obtuso, intus pilis spinulisque corneis, elongatis, mobilibus, sex circiter, pectinatim ciliato; processu altero sive interno ad præcedentis basin, intus æque ciliato, dentiformi, corneo, apice inæqualiter bidentato. *Labium* mento penitus occultatum. *Mentum* crustaceum, trigonum, ad apicem truncatum, antice planum.

*Clypeus* in segmentum circuli antice retusum aut truncatum productus. *Caput* pone oculos productum sensimque paulo angustatum. *Thorax* abdomine paulisper tantum brevior, antice capite multo latior, angulis porrectis. *Scutellum* minimum. *Coleoptra* coadunata, triangulum apice rotundatum æmulantia, lateribus subtus involuto-inflexis. *Pedes* postici ad anum inserti.

SPEC. 1. *LETHRUS CEPHALOTES. Léthrus céphalote.*

L. Plane niger, elytris lævibus.

*Lethrus.* SCOP. *Introd. in Hist. nat. p.* 439.

*Lethrus cephalotes.* FAB. *System. eleut., tom.* 1, *p.* 1.

*Léthrus céphalote.* OLIV. *Entom., tom.* 1, *n°.* 2, *pl.* 1, *fig.* 1. *a — l.*

*Léthrus céphalote.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 10, *p.* 141, *pl.* 83, *fig.* 1.

*Bulbocerus cephalotes.* ARCHAV. *Act. Suec.* 1781, *p.* 246, *tab.* 5, *fig.* 3 — 12.

*Lucanus apterus.* LAXM. *Nov. Comment. Petrop.* 14. 59. 4. *tab.* 24, *fig.* 1.

*Lucanus apterus.* PALL. *Icon. Insect., p.* 1, *tab.* A, *fig.* 1, *a. b. c.*

*Clunipes scarabæoides. Act. Soc. Berol.* 6. 347. *tab.* 8, *fig.* 7. 8. PANZ. *Faun. Insect. Germ., fasc.* 28, *fig.* 1. mas.

Habitat in Europæ orientalis et australis desertis.

## FAMILIA DECIMA SEPTIMA.

### SCARABÆIDES. *SCARABÉIDES.*

Observationes. *Labrum* sæpius clypeo absconditum, raro exsertum. *Palpi* filiformes aut paulisper extrorsum crassiores, articulo ultimo subovato aut cylindrico-ovali; maxillares paulo longiores; labiales menti marginibus lateralibus, sub ipsius apicis, angulis inserti. *Labium* fere nullum aut a mento occultatum. *Corpus* sæpius oblongo-ovatum; thorace transverso aut trapeziformi vel orbiculato; scutello distincto; tibiis quatuor postice apice bicalcaratis; tarsis ad unguium originem appendice bisetoso aut bipenicillato sæpius subtus instructis; setis penicillisve divaricatis.

*I. Mandibulæ fere penitus corneæ, latere interno numquam late membranaceo.*

1. *Maxillæ processu interno dente corneo instructo, aut unco corneo valido, processus hujus loco; labrum et mandibulæ exserta, prominentia.*

(*Corpus ovatum. Thorax transversus. Coleoptra, corporis aliarum partium ratione habita, maxima, gibboso-convexa, fornicata, ad latera undique deflexa, ano ipso obvoluto*).

Observatio. Antennæ capitulo triphyllo, ovato, transverso. Clypeus brevissimus. Maxillæ processu externo rotundato-subtrigono, membranaceo-coriaceo, ciliis spinuliformibus. Palpi articulo ultimo ovali, longiore, subcrassiore. Labiales menti apicibus lateralibus inserti.

CXC. Genus. *Ægialia. Ægialie.*
*Aphodius*, Illig., Panzer.

*Antennæ* (capite aperte longiores nec omnino occultandæ) articulis novem; basilari cylindrico, glabriusculo aut vix piloso. *Labrum* coriaceum, brevissimum, lineari-

lineari-transversum, apicibus lateralibus rotundatis, margine antico late emarginato, breviter ciliato. *Mandibulæ* validæ, basi incrassatæ, deinde arcuato-compressæ, sensim angustatæ, apice bifido. *Palpi* maxillares maxillis longiores, graciles. *Maxillæ* unco corneo, valido, dentiformi, apice bifido aut bidentato, processus interni loco. *Mentum* crustaceum, elongato-quadratum, apicis medio emarginato.

*Corpus* breviter ovatum, postice valde gibbum, veluti globosum. *Caput* rotundato-inflexum, cuculliforme. *Thorax* arcuatus, rotundatus, lateribus inflexis. *Tibiæ* anticæ latere externo valide tridentato; quatuor posticæ eodem latere transverse inciso lineisve transversis elevatis; pedes postici incrassati; tibiæ calcaribus lamellas subspatuliformes referentibus; tarsi omnes unguibus minimis.

SPEC. 1. *ÆGIALIA GLOBOSA. Ægialie globuleuse.*

Æ. Nigra, nitida; capite granulato; elytris obiter striatis, impunctatis.

*Aphodius globosus.* ILLIG. *Coleopt. Bor.*, *tom.* 1, *p.* 20.

*Aphodie globuleux.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 133.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 37, *fig.* 2.

Habitat in Galliæ, Borussiæ littoribus maritimis; *Gessoriaco*, Dom. Baillon; *Burdigalæ*, Dom. Rodrigues.

*Scarabœus lævigatus* Fabricii forsan Ægialia.

CXCI. GENUS. *TROX. Trox.*

*Trox, FAB., OLIV., LAM. — Scarabœus, LINN., GEOFF., DE GEER. — Silpha, LINNÆI.*

*Antennæ* (capite vix longiores, dum contrahuntur sub thoracis lateribus inflexæ et coxis pedum anticorum occultatæ) decem articulis; basilari magno, sub-

obconico, antice convexo-arcuato, valde piloso, pilis rigidis. *Labrum* fere crustaceum, crassum, subinflexum, semicirculare, hirsutum. *Mandibulæ* subtrigonæ, dorso incrassato, lato, hirsuto; latere interno acuto, recto, incisorio, ad basin sinu interrupto. *Maxillæ* processu interno coriaceo, angusto, dente corneo, arcuato, ad apicem instructo. *Palpi* maxillares maxillis longiores, crassiusculi. *Mentum* crustaceum, transverso-subovale et lateribus rotundatis, valde pilosum, marginis superi medio bidentato.

*Corpus* subovatum, scabrum. *Caput* breve, transverso-trigonum, in thorace penitus fere intrudendum. *Clypeus* brevissimus, marginis antici medio in angulum parvum producto aut subarcuato. *Thorax* margine antico concavo, postici medio in angulum producto; lateribus depressis, sæpius squamoso-ciliatis. *Coleoptra* convexo-quadrata aut truncato-ovata, postice gibboso-rotundata. *Pedes* sæpius ciliati; antici sub capite et antrorsum contrahendi tuncque pectus anticum et caput velantes; femoribus magnis, facie antica lævi, macula hirsuta; tibiis dentibus tribus aut quatuor externis; inferis parvis; apicali magna, lata, sæpius obtusa, emarginata; tibiæ quatuor posticæ calcaribus spiniformibus; tarsi unguibus validis. *Sternum* posticum paulo prominulum; eminentia quodam modo rhombiformi, planiuscula, in maximis saltem.

Spec. 1. *Trox sabulosus. Trox sabuleux.*

T. Antennis corporeque nigris, sæpius cinereo-pulverulentis; thorace rugis late impresso-punctatis, fere variolosis; ciliis nigris; elytro singulo punctorum elevatorum, rotundorum, ad apicem hispidorum, ordinibus novem, alterne majoribus et

minoribus striisque interjectis, decem, latis, obsoletis, quarum marginibus in lineolas, crebro interruptas, elevatis.

*Trox sabulosus.* FAB. *System. eleut., tom.* 1, *p.* 110.

*Trox sabuleux.* OLIV. *Entom., tom.* 1, *n°.* 4, *pl.* 1, *fig.* 1, *a. b. c.*

*Trox sabuleux.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 10, *p.* 152, *pl.* 83, *fig.* 3.

*Scarabœus sabulosus.* LINN. *System. nat., ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *p.* 551. — *Faun. Suec., ed.* 2, *n°.* 390.

*Le Scarabé perlé.* GEOFF. *Hist. des Insect., tom.* 1, *p.* 78.

*Scarabé à larges cuisses.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect., tom.* 4, *p.* 269, *pl.* 10, *fig.* 12?

PANZ. *Faun. Insect. Germ., fasc.* 7, *fig.* 1.

ANNOTATIO. *Scarabœus femoratus* de Geer, *Trox sabulosus* Dom. Paykull, an ad hanc speciem referendi? elytra non penitus conformia, ut ex descriptionum comparatione patet.

Habitat in Europæ locis sabulosis.

SPEC. 2. *TROX HISPIDUS. Trox hispide.*

T. Antennis brunneis; corpore nigro, sæpius cinereo-pulverulento; thorace rugis valde distinctis, lateralibus excavatis; elytro singulo punctorum elevatorum, rotundorum, ad apicem fasciculato-hispidorum ordinibus quinque striisque interjectis, raro-punctatis, decem.

*Trox hispide.* OLIV. *Entom., tom.* 1, *n°.* 4, *pl.* 2, *fig.* 9, *a. b.*

*Trox hispidus.* FAB. *System. eleut., tom.* 1, *p.* 110.

*Trox hispide.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 10, *p.* 153.

*Trox arenarius.* PAYK. *Faun. Suec., tom.* 1, *p.* 80.

Habitat in Gallia, Germania, locis sabulosis.

SPEC. 3. *TROX ARENARIUS. Trox arénaire.*

T. Antennis brunneis; corpore nigro, cinereo-pulverulento; thorace sulculo dorsali foveolaque ex utroque latere, rugis fere

nullis; elytro singulo fasciculorum hispidorum ordinibus novem striisque interjectis decem, latis, impresso-punctatis, punctis raris; tibiis anticis extus basi denticulatis.

*Trox arenarius.* Fab. *System. eleut.*, *tom.* 1, *p.* 111.

*Trox arénaire.* Oliv. *Entom.*, *tom.* 1, *n°.* 4, *pl.* 1, *fig.* 7, *a. b.*

*Trox arénaire.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 154.

*Trox hispidus.* Payk. *Faun. Suec.*, *tom.* 1, *p.* 81.

*Trox scaber.* Illig. *Coleopt. Bor.*, *tom.* 1, *p.* 99.

*Silpha scabra.* Linn. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *p.* 5-3.

Panz. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 97, *fig.* 1.

Habitat cum præcedentibus.

2. *Maxillæ plane inermes (dentibus corneis nullis); processu unico aut duobus coriaceis (villosis aut hirsutis); labrum clypeo penitus occultatum ejusque paginæ inferæ adhærens; mandibulæ in omnibus omnino aut secundum maximam partem exsertæ sive detectæ.*

(*Corpus illis ovatum, coleoptris abdomen postice non obtegentibus; his subcylindricum, coleoptris anum operientibus; in* masculis *omnibus clypeus antice unicornutus thoraxque antice truncatus aut excavatus*).

Observationes. Antennæ articulis decem; basilari longo, conico; secundo subgloboso; tertio, quarto, quinto, sexto brevissimis, transversis, paulo sensim latioribus; tribus ultimis capitulum triphyllum aut interne subpectinatum formantibus. Labrum membranaceum, quadrato-semicirculare, margine antico arcuato, subcoriaceo. Mandibulæ subtrigonæ, basi crassæ, extus convexæ, intus ad apicem concavæ, apice acutæ aut obtusæ, dentibus nullis aut unico tantum et basin internam versus. Palpi maxillares clypeum ultra non aut paulisper progressi, filiformes, labialibus duplo fere longiores, articulis secundo et ultimo elongatis; illo obconico, hoc ovali aut cylindrico-ovali;

labiales articulo ultimo incrassato, majore, sub-ovato. Maxillæ caule crustacea. Mentum subtrigonum, apice interdum obtuso aut truncato, angulis quandoque in dentem prominulis.

CXCII. Genus. *Sinodendron. Sinodendre.*

*Sinodendron, Fab. — Scarabæus, Linn., de Geer, Olivier.*

*Antennæ* articulo basilari valde elongato, longitudinis illarum totius fere dimidium æquante; tribus ultimis transverso-trigonis, intus in dentem prominulis, clavam serratam, compressam, formantibus. *Palpi* maxillares articulo ultimo cylindrico-ovali. *Maxillæ* processu duplici; interno minimo, dentiformi. *Mentum* carinatum.

*Corpus* ovali-cylindricum. *Thorax* masculis antice oblique truncatus, angulis marginis antici in dentem porrectis. *Coleoptra* anum tegentia. *Tibiæ* latere externo valide serrato; anticæ dentibus octo majoribus; tarsorum articulo ultimo cæteris multo majore.

Spec. 1. *Sinodendron cylindricum. Sinodendre cylindrique.*

S. Atrum, nitidum, profunde impresso-punctatum, cicatriculosum; punctis umbilicatis, umbilico perforato.

*Mas :* capitis cornu conico-compresso, antrorsum ascendente, postice utrinque rufo-hirsuto, apice incurvo; thoracis partis truncatæ margine supero utrinque bidentato, medio unicornuto; elytris punctato-striato-rugosis; striis confusis; *femina :* capitis cornu parvo; thorace antice excavato; foveolæ medio carina secato; ipsius laterum marginibus erectis.

*Sinodendron cylindricum. Fab. System. eleut.*, *tom.* 1, *p.* 376.

*Sinodendron cylindrique. Latr. Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, p. 156, *pl.* 83, *fig.* 4.

*Scarabæus cylindricus.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *p.* 544. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 380.

*Scarabé cylindrique.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 4, *p.* 258, *pl.* 10, *fig.* 2, mas.

*Scarabé cylindrique.* OLIV. *Entom.*, *tom.* 1, *n°.* 3, *pl.* 9, *fig.* 80.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 1, *fig.* 1, mas. — *fasc.* 2, *fig.* 9, femina.

Habitat in Europæ arborum truncis vetustis.

## CXCIII. GENUS. *ORYCTES. Oryctès.*

*Oryctes*, ILLIG. — *Scarabœus*, LINN., GEOFF., DE GEER, OLIV., LAM. — *Geotrupes*, FABRICII.

*Antennœ* capitulo lamellato, plicatili, ovato. *Palpi* maxillares articulo ultimo ovali. *Maxillœ* processu unico (subtrigono aut sublineari, hirsuto).

*Corpus* ovatum. *Anus* detectus. *Tibiœ* anticæ externe tridentatæ; aliæ lineis transversis ciliatis.

SPEC. 1. *ORYCTES NASICORNIS. Oryctès nasicorne.*

O. Fusco-castaneus, nitidus; capite unicornuto; cornu *maris* capite longiore, conico, incurvato; clypei marginis antici medio abrupte producto, truncato; thorace in utroque sexu antice retuso aut abrupte declivi; partis retusæ margine postico sive editiore in *mare* tridentato; elytris omnium politis, subtilissime vageque punctulatis.

*Oryctes nasicornis.* ILLIG. *Coleopt. Bor.*, *tom.* 1, *p.* 14.

*Oryctès nasicorne.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 163, *pl.* 83, *fig.* 5.

*Scarabœus nasicornis.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *p.* 544. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 378.

*Le Moine* (*Scarabé*). GEOFF. *Hist. des Insect.*, *tom.* 1, *p.* 68.

*Scarabé nasicorne.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 4, *p.* 255.

*Scarabé nasicorne.* Oliv. *Entom.*, *tom.* 1, *n°.* 3, *pl.* 3, *fig.* 19, *a. b. c. d.*

*Geotrupes nasicornis.* Fab. *System. eleut.*, *tom.* 1, *p.* 13.

Swamm. *Bibliot. nat.*, *tab.* 27, *fig.* 1. 2.

Rœs. *Insect.*, *tom.* 2, *cl.* 1. *Scarabé terrest.*, *tab.* 6 *et* 7.

Panz. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 28, *fig.* 2, mas.

Habitat in Europa, ligno vetusto, in pulverem redacto et putrescente.

Annotatio. *Geotrupes silenus, Rhinoceros* Fabricii *Oryctibus* associandi.

3. *Maxillæ processu corneo (hirsuto, subconico aut subtrigono) dentibus validis (3 — 6) munito; mandibulæ omnino aut secundum maximam partem exsertæ (latere externo eminulo); labrum clypeo penitus occultatum ejusque paginæ inferæ adhærens; palpi maxillares non aut vix prominuli; corpus sæpissime convexum.*

A. *Mandibulæ dentibus crenisve nullis, acutæ; mentum elongato-subquadratum, facie antica in areas quatuor trigonas, obliquas et apicibus centralibus, angulis veluti divisa; palpi articulo ultimo cylindrico, elongato, maxillaribus præsertim.*

(*Corpus subdepressum, planiusculum; clypeus trigonus, margine tricuspidato; thorax sæpius abdomine paulo latior, oribculato-quadratus sive orbiculatus, antice posticeque recta transverse truncatus, marginibus antico et postico fere æque latis.*)

Observationes. Antennæ capitulo triphyllo, ovato. Maxillæ dentibus tribus validissimis. Mentum ad apicem paulo emarginatum, angulis non prominulis.

### CXCIV. Genus. *Phileurus. Phileure.*

*Scarabæus*, Linn., Oliv. — *Geotrupes*, Fabricii.

Annotatio. Generis *Geotrupes* Fabrici species sequentes et extraneæ omnes huc revocandæ: *Dydimus, Valgus, Depressus.*

B. *Mandibulæ externe aut apice saltem crenatæ vel dentatæ; mentum ovatum, ad apicem coarctatum, truncatum (margine supero sæpius paulisper emarginato et utrinque ad angulos dilatato), facie antica plana aut saltem non polygona; palpi articulo ultimo subovali.*

*(Corpus convexum; thorax antice angustior.)*

Observatio. Antennæ capitulo triphyllo. Maxillæ sæpissime dentibus quinque; duobus ad apicem in linea transversa dispositis.

## CXCV. Genus. *Scarabæus. Scarabée.*

*Scarabœus, Linn., de Geer, Oliv., Lam. — Geotrupes, Fabricii.*

Spec. 1. *Scarabæus punctatus. Scarabée pointillé.*

S. Brunneo-niger aut niger, vage confertimque impresso-punctatus; mandibulis externe obtuse tridentatis; clypeo antice truncato; capitis vertice *illis* (*masculis*?) linea elevata, transversa et in medio unituberculata; *his* (*feminis*?) tuberculis duobus approximatis, in linea transversa positis; thorace mutico; elytro singulo nervis tribus, sublævibus, obsoletis.

*Scarabœus punctatus. Vill. Entom., tom.* 1, *p.* 40, *tab.* 1, *fig.* 3, fem.?

*Scarabœus algerinus. Herbst. Coleopt.* 2, *tab.* 17, *fig.* 6, fem.?

*Scarabœus punctatus. Oliv. Entom., tom.* 1, *n°.* 3, *pl.* 8, *fig.* 70, fem.?

*Scarabœus punctulatus. Ross. Faun. etrusc., tom.* 1, *p.* 9, *tab.* 1, *fig.* 1, fem.?

*Scarabée pointillé. Latr. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 10, *p.* 170.

*Geotrupes punctatus. Fab. System. eleut., tom.* 1, *p.* 18.

*Geotrupes monodon.* Ejusd. ibid., *tom.* 1, *pag.* 17, mas.?

Habitat

Habitat in Europa Australiori. *Montipessulo*, Dom. Hoinaud; *Augustæ Taurinorum*, Dom. Re; in *Hispania*, Dom. Durand.

Annotatio. Exceptis speciebus præcitatis quæ genera *Phileurus*, *Oryctes* constituunt, Fabricii *Geotrupes* omnes ad *Scarabæos* nostros revocandi.

4. *Maxillæ processu corneo, dentibus validis* (5, 6) *munito; mandibulæ secundum maximam partem exsertæ, latere externo eminulo, ad apicem crenato aut dentato; labrum margine antico sæpius conspicuo, coriaceo, recta transverso, lineari, brevissimo, integro aut vix emarginato.*

(*Corpus ovatum aut suborbiculare, depressum aut fere duplo latius quam altius; scutellum sæpius magnum*).

Observationes. Antennæ capitulo triphyllo. Mentum subovatum, versus apicem paulo coarctatum; apice truncato, emarginato, ad angulos paulo dilatato; facie antica plana. Palpi maxillares in multis prominuli, articulo ultimo subovali aut ovato. Anus nudus.

## CXCVI. Genus. *Rutela. Rutèle.*

*Scarabæus*, Linn., de Geer. — *Cetonia*, *Melolontha*, Fab., Olivier.

*Mandibulæ* latere externo bidentato aut sinuato (apice interno denticulis tribus). *Antennæ* clava magna, oblonga, longitudinis totius illarum fere dimidium æquante. *Palpi* articulo ultimo subcrassiore.

*Corpus* ovatum nec inferne planum. *Caput* subtrigonum aut subovatum, antice obtusum. *Scutellum* sæpius elongato-trigonum aut non latius quam longius. *Elytra* margine externo nec dilatato nec canaliculato. *Pedes* robusti. *Sternum* secundum antice productum.

Annotatio. Nullæ dantur species indigenæ.

*I. Tarsorum ungues indivisi.*

1. *Tarsorum ungues magnitudine inæquales.*

*Melolontha punctata.* Fab.
Ex America.

2. *Tarsorum ungues magnitudine æquales.*

*Cetonia lineola.* Fab.
Ex America Meridionali.

*II. Tarsorum ex unguibus unus indivisus, alter bifidus.*

*(Scutellum sæpius magnum.)*

*Cetonia chrysis.* Fab.
Ex America Meridionali.
Vide *Insectorum* Historiam nostram, *tom.* 3, *p.* 153, et *tom.* 10, *p.* 202.

CXCVII. Genus. *Hexodon. Héxodon.*

*Hexodon,* Oliv., Fab., Lamarck.

*Mandibulæ* ad apicem valide tridentatæ. *Antennæ* clava, parva, ovata.

*Corpus* suborbiculare, infra planum. *Caput* quadratum, thoracis margini antico, profunde emarginato, intrusum. *Scutellum* latum, brevissimum. *Elytra* margine externo dilatato, canaliculato. *Pedes* graciles; tarsi unguibus minimis (æqualibus).

Annotatio. Species duæ tantum observatæ et insulæ Madagascar peculiares: *reticulatum, unicolor.* In Olivier Entomologia characteres generici exponuntur; antennæ tamen articulis decem solum.

5. *Maxillæ processu corneo, dentibus validis* (5 — 6) *munito; mandibulæ absconditæ, crassæ, forma valde irregulari, sæpius apice obtusæ vel truncatæ, vix dentatæ (quandoque dentibus tribus minimis); labrum margine antico obvio, crasso, infra profunde emarginato; palpi maxillares prominuli.*

Observationes. Antennæ articulis decem aut novem ; capituli lamellis pro speciebus et sexu numero variis, a tribus ad septem. Palpi articulo ultimo ovali aut ovato, paulo crassiore. Mentum subquadratum aut subovatum, truncatum, ad apicem angustius ; margine supero late emarginato (1). Corpus ovatum. Clypeus transverso-quadratus aut subsemicircularis, in paucis rostriformis. Thorax transverso-subquadratus, paulo ad laterum medium dilatatus et antice angustior. Anus nudus, in multis productus.

### CXCVIII. Genus. *Melolontha. Hanneton.*

*Melolontha*, *Fab.*, *Oliv.*, *Lam.* — *Scarabœus*, *Linn.*, *Geoff.*, *de Geer.*

*Antennarum* capitulus lamellis numero variis, a tribus ad septem. *Mandibulæ* apice truncatæ aut obtusæ. *Palpi* maxillares maxillis aperte longiores, articulo ultimo elongato, ovali, subcrassiore. *Maxillæ* dentibus validis.

*Elytra* subæque lata aut a basi ad apicem sensim paulo angustiora, ab basin externam abrupte non dilatata. *Tibiæ* omnes calcaribus distinctis; anticæ unico ; aliæ duobus. *Tarsi* omnes unguibus duobus.

*I. Corpus elongato-ovatum, convexum ; thorax latius quam longius, subtrapeziformis.*

(*Tarsorum ungues æquales, ad basin subtus unidentati.*)

1. *Antennæ capitulo in* masculis *heptaphyllo, in* feminis (2) *hexaphyllo* (*decem articulatæ*).

Spec. 1. *Melolontha vulgaris. Hanneton ordinaire.*

M. Nigra, tomento brevi, griseo, conspersa ; clypeo transverso-

---

(1) Mentum veluti e duplici parte formatum ; alia apicali, transverso-quadrata, margine supero emarginato, ad angulos rotundato ; alia basilari, prioris stipite, subcordata, apice truncato.

(2) Antennæ articulo quarto dentiformi.

quadrato, antice reflexo; thorace punctulato, lineis tribus griseis; marginis postici medio magis villoso; elytris, antennis pedibusque castaneo-rufis; elytro singulo lineis quatuor elevatis; abdominis segmentis utrinque macula marginali, villoso-alba; ano acuminato, producto; pectore lanato; tibiis anticis extra in mare bidentatis, in femina tridentatis.

*Melolontha vulgaris.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 1, *p.* 161.

*Hanneton ordinaire.* OLIV. *Entom.*, *tom.* 1, *n°.* 5, *pl.* 1, *fig.* 1, *a. b. c. d.*

*Hanneton ordinaire.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 183, *pl.* 84.

*Scarabæus melolontha.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *p.* 554. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 392.

*Le Hanneton* (*Scarabé*). GEOFF. *Hist. des Insect.*, *tom.* 1, *p.* 70.

*Scarabé Hanneton.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 4, *p.* 273, *pl.* 10, *fig.* 14.

RŒS. *Insect.*, *tom.* 2, *cl.* 1, *Scarab. terr.*, *tab.* 1.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 95, *fig.* 6.

Variat thorace rufo et hæc varietas ut species distincta, sub M. *Hippocastani* (PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 97, *fig.* 8) datur.

In Europæ arboribus, maio mense, nimis frequens.

2. *Antennæ capitulo pentaphyllo* (masculis) *aut tetraphyllo* (feminis).

OBSERVATIO. Antennæ articulis decem.

SPEC. 2. *MELOLONTHA VILLOSA. Hanneton cotonneux.*

M. Infra nigra, griseo-lanata, supra fusca aut rufescens; clypeo transverso-quadrato, valde reflexo, sublanato; thorace punctulato, macula utrinque lineaque media flavescenti-griseis; scutello tomento concolore; elytris villis minimis, appressis, griseo-flavescentibus; abdominis segmentis utrinque macula albida, marginali, trigona, lanata, distincta; tibiis anticis præter apicalem dentibus nullis externis.

*Melolontha villosa.* Fab. *System. eleut.*, *tom.* 2, *p.* 162.

*Hanneton cotonneux.* Oliv. *Entom.*, *tom.* 1, *n°.* 5, *pl.* 1, *fig.* 4, *a. b. c.*

*Hanneton cotonneux.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*; *tom.* 10, *p.* 104.

Panz. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 31, *fig.* 19.

Habitat in Gallia Australi, Italia.

3. *Antennæ in utroque sexu capitulo triphyllo.*

A. *Antennæ articulis decem.*

Spec. 3. *Melolontha æstiva. Hanneton estival.*

M. Pallide testaceo-flavescens, punctulata; clypeo linea subimpressa et transversa distincto, brevi, transverso-lineari; margine antico reflexo, ad angulos rotundato, medio late subemarginato; capitis vertice carinula transversa, vix distincta; thorace linea media punctoque ex utroque latere fuscis; illius margine postico pectoreque lana griseo-flavescenti, pallida; elytris vage confertimque punctulatis, sutura apiceque fuscis; singulo lineis duabus elevatis, obsoletis, ad suturam; abdomine turgido, molliusculo, obscuriore; tibiis anticis dentibus duobus aut tribus; apicali in femina, oblique truncata, subemarginata.

*Hanneton estival.* Oliv. *Entom.*, *tom.* 1, *n°.* 5, *pl.* 2, *fig.* 11, *a. b.*

*Hanneton estival.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 185.

Habitat in Gallia, cum arbores frondescunt, omnium vernalior.

B. *Antennæ articulis novem.*

Spec. 4. *Melolontha solstitialis. Hanneton solsticial.*

M. Flavo-rufescens; clypeo transverso-quadrato, reflexo, integro; capite postice nigro, scabriusculo; vertice transverse subcarinato; thorace villoso aut lanato, fasciis duabus dorsalibus punctoque ex utroque latere fuscis; elytro singulo lineis tribus elevatis, longitudinalibus; sutura fusca; corpore subtus nigri-

cante; pectore lana flavescenti-grisea; abdomine tomento brevi, albicante, macularum albidarum serie utrinque marginali; tibiis anticis, in feminis saltem, dente uno laterali, præter apicalem; dente isto in hoc sexu obtuso.

*Melolontha solstitialis.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 1, *p.* 164.

*Hanneton solsticial.* OLIV. *Entom.*, *tom.* 1, *n°.* 5, *pl.* 2, *fig.* 8. *a. b.*; et *fig.* 11. *a.*

*Hanneton solsticial.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 187.

*Scarabœus solstitialis.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *p.* 554. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 393.

*Le petit Hanneton d'automne.* GEOFF. *Hist. des Insect.*, *tom.* 1, *p.* 74.

*Scarabé solsticial.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 4, *p.* 276, *pl.* 10, *fig.* 15.

HERBST. *Coleopt.* 3, *tab.* 22, *fig.* 9.

Habitat in Europæ sepibus, mense augusto.

ANNOTATIO. Melolontha nostra *rufescens* (*Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 188.) eadem ac *M. æquinoxialis* domini Herbst, *tab.* 22, *fig.* 11.

*II. Corpus elongato-ovatum; thorax angustus, longius quam latius.*

(*Antennæ articulis novem, capitulo triphyllo; tarsorum ungues æquales, ad apicem bifidi; dentibus longitudine æqualibus; supero graciliore, acutiore.*)

SPEC. 5. *MELOLONTHA SUBSPINOSA. Hanneton subépineux.*

M. Nigra, tomento brevissimo, griseo-flavescente; clypeo subquadrato, integro; thorace angusto; laterum medio in dentem rotundatum dilatato; elytris rufo-flavescentibus; antennis pedibusque dilute rufis; tibiis anticis externe bidentatis.

*Melolontha subspinosa.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 2, *p.* 181.

*Hanneton subépineux.* OLIV. *Entom.*, *tom.* 1, *n°.* 5, *pl.* 7, *fig.* 73. *a. b.*

HERBST. *Coleopt.* 3, *tab.* 26, *fig.* 3.

*Hanneton subépineux.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 206.

Habitat in America. Illam a Dom. Palisot de Beauvois accepi.

*III. Corpus subperfecte aut breviter ovatum, convexum.*

1. *Tarsorum ungues æquales, ad apicem bifidi; dente supero graciliore, longiore, acuto; infero compresso, breviore, obtuso.*

SPEC. 6. *MELOLONTHA VARIABILIS. Hanneton variable.*

M. Supra nigro-fusca, veluti cinereo-sericea; antennis, pedibus corporeque infra castaneis; corpore penitus confertissime vageque punctulato; punctis umbilicatis; clypeo distincto, scabriusculo, nitidiore, transverso; margine antico reflexo; elytro singulo striis novem aut decem subobsoletis; tibiis anticis externe bidentatis.

*Melolontha variabilis.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 2, *p.* 182.

*Hanneton variable.* OLIV. *Entom.*, *tom.* 1, *n°.* 5, *pl.* 4, *fig.* 37.

*Hanneton variable.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 193.

*Le scarabé couleur de suie.* GEOFF. *Hist. des Insect.*, *tom.* 1, *p.* 84.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 97, *fig.* 12.

2. *Tarsi quatuor antici unguibus inæqualibus; uno robustiore aut ad apicem bifido; tarsi postici unguibus subæqualibus, indivisis.*

SPEC. 7. *MELOLONTHA VITIS. Hanneton de la vigne.*

M. Subglabra, confertissime vageque punctulata, colore metallico, nitido, variante (viridi, æneo, nigro-cæruleo, cupreo); clypeo distincto, transverso, margine antico reflexo, recto, in-

tegro ; antennarum basi, thoracis lateribus elytrisque interdum rufo-flavescentibus ; elytris striis obsoletis ; scutello punctulato, postice rotundato ; pectore villosulo ; sterno postico canaliculato ; tibiis anticis externe bidentatis.

Annotatio. Characteribus perspicuis, certissimis et constantibus, nullo modo M. sequentes Fabricii, *Julii*, *Frischii* (1) *vitis*, discernei queunt ; in unam speciem ergo conjungendæ. Nomen specificum *vitis* retineo ut primum, a *Frischio*, huic insecto impositum.

Varietatum illarum notas et synonymiam, ut paucis absolvam, non dabo. Panzer, fasciculi 97, Icones 9, 10, 11, vide.

Habitat in Europæ locis sabulosis et editis.

*IV. Corpus ovatum, supra planiusculum.* (*Antennæ articulis novem, capitulo triphyllo ; tarsorum quatuor anticorum ungues valde inæquales ; alio graciliore, indiviso ; alio bifido, dente uno latiore ; posticorum ungues indivisi, subinæquales, interno paulo minore.*) (2)

Spec. 8. *Melolontha horticola. Hanneton horticole.*

M. Clypeo transverso, subæque lato, margine antico reflexo, integro ; corpore nigro-viridi, nitido, punctulato, griseo-villoso ; thorace postice angustato ; lateribus margineque postico marginatis ; scutello suturaque interdum corporis colore ; elytris brunneo-castaneis, villosulis, punctato-striatis ; sterno postico canaliculato ; tibiis anticis extra bidentatis.

*Melolontha horticola.* Fab. *System. eleut.*, *tom.* 2, *p.* 275.

---

(1) M. *Frischii* corpore paulo rotundiore, sutura viridi aut cærulea a M. *Julii*, ut observavit Dom. Paykull, tantum differre videtur.

(2) M. nonnullæ exoticæ corporis forma similes, at unguibus diversis. In M. *podagrica* tarsi omnes unguibus æqualibus, apice bifidis.

*Hanneton*

*Hanneton horticole.* OLIV. *Entom.*, *tom.* 1, *n°.* 5, *pl.* 2, *fig.* 17.

*Hanneton horticole.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 194.

*Scarabœus horticola.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *p.* 554. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 391.

*Le petit Hanneton à corcelet verd.* GEOFF. *Hist. des Insect.*, *tom.* 1, *p.* 75.

*Scarabé à corcelet verd.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 4, *p.* 278, *pl.* 10, *fig.* 18.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 47, *fig.* 15.

Frequens in Europæ arboribus.

SPEC. 9. *MELOLONTHA GRAMINICOLA. Hanneton graminicole.*

M. Clypeo producto, a basi ad apicem sensim angustato, tunc rotundate-dilatato, reflexo, veluti nasuto; corpore infra nigro denseque griseo-villoso, sublanato aut subtomentoso; capite, thorace scutelloque viridi-nigris aut cupreo-nigris vel nigris, punctulatis, sæpius flavescenti-griseo-villosis; thorace linea dorsali impressa, obsoleta; elytris livido-rufis, villosulis, obsolete striatis et rugosulis; tibiis anticis extra bidentatis. — *Femina.* Elytris macula quadrata scutellari, fascia transversa in medio, limboque nigris.

*Var.* A. Corpore nigro, vix viridi; infra albido-tomentoso, pilis brevibus, corpori regulatim longitrorsumque appressis; corpore supra glabriusculo; thoracis disco antico lineolis duabus impressis, brevibus, obliquis, postice convergentibus et sulculo dorsali fere contiguis; elytris macula scutellari, quadrata, nigra; margine externo baseos valde incrassato.

*Melolontha austriaca.* HERBST. *Coleopt.* 3, *tab.* 24, *fig.* 8. — *Archiv. vers. Gall.*, *pl.* 19, *b*, *fig.* 26.

*Melolontha floricola.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 2, *p.* 175.

*Hanneton floricole.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 195.

*Panz. Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 47, *fig.* 17.

Habitat in Europa Australiori.

*Var.* B. Corpore nigro, vix viridi; infra albido-tomentoso, pilis brevibus, corpori regulatim longitrorsumque appressis; thorace sulculo dorsali sæpius distincto; elytris *illis* regione scutellari fucescente; *his* macula scutellari quadrata, fascia transversa in medio limboque nigricantibus.

*Melolontha agricola. Fab. System. eleut.*, *tom.* 1, *p.* 177.

*Hanneton agricole. Oliv. Entom.*, *tom.* 1, *n°.* 5, *pl.* 9, *fig.* 104. Fem.

*Hanneton agricole. Latr. Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 197. *Var. Fruticolæ.*

*Scarabœus cyathiger. Scop. Entom. carn.*, *n°.* 6.

*Herbst. Coleopt.* 3, *tab.* 24, *fig.* 10, 11. Fem.

*Panz. Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 47, *fig.* 18. Fem.

Habitat in Galliæ et Germaniæ provinciis australioribus.

*Var.* C. Corpore infra sublanato; pilis elongatis, griseis; plurimis erectis, inordinatis; capite thoraceque æneis aut cupreis, dense villosis, villis flavescentibus; elytris pilosis, *illis* immaculatis; *his* macula scutellari, fascia transversa in medio, (interdum deficiente) ambituque nigris.

*Melolontha fruticola. Fab. System. eleut.*, *tom.* 2, *p.* 176.

*Hanneton fruticole. Oliv. Entom.*, *tom.* 1, *n°.* 5, *pl.* 2, *fig.* 13. *a. b.*

*Hanneton fruticole. Latr. Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 195.

*L'Arlequin velu. Geoff. Hist. nat. des Insect.*, *tom.* 1, *p.* 81.

*Scarabœus agricola. Linn. System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *p.* 553.

*Herbst. Coleopt.* 3, *tab.* 24, *fig.* 12, mas.; *fig.* 13. fem. — *Archiv. Insect. vers. Gall.*, *tab.* 19, *b*, *fig.* 25, mas.; *fig.* 24, fem.

*Panz. Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 47, *fig.* 16.

Habitat in Galliæ, Germaniæ graminibus.

Annotatio. *Scarabæus agricola* Linnæi sc. *horticola* ejusd. minor; diversus ergo a *Melolontha agricola* Fabricii quæ præcedentem magnitudine superat.

*Var.* D. Præcedenti similis; at elytris nigris, scutelli ambitu rufescente.

*Hanneton agricole.* Oliv. *Entom., tom.* 1, *n*°. 5, *pl.* 2, *fig.* 19.

Habitat in Gallia.

## CXCIX. Genus. *Hoplia. Hoplie.*

*Hoplia, Illig. — Scarabæus, Linn., Geoff., de Geer. — Melolontha, Fab., Olivier.*

*Antennæ* capitulo triphyllo. *Mandibulæ* apice acuminato-producto, subuncinato. *Palpi* maxillares maxillis non longiores, articulo ultimo incrassato, conico-ovato. *Maxillæ* denticulatæ, ad apicem in nonnullis setosæ.

*Corpus* ovatum, depressum, squamosum. *Thorax* immarginatus. *Coleoptra* quadrata, margine exteriore baseos arcuatim dilatato. *Tibiæ* calcaribus nullis aut obsoletis. *Tarsi* quatuor antici unguibus inæqualibus; *illo* minuto, indiviso; *hoc* majore, bifido; postici ungue solitario, valido, indiviso.

Observationes. Elytra ad apicem subdehiscentia, angulo suturali rotundato; tibiæ anticæ externe tridentatæ.

### I. *Antennæ articulis decem.*

Spec. 1. *Hoplia philanthus. Hoplie philanthe.*

H. Corpore fusco-nigro, squamoso; squamis minimis, nec confertissimis nec corpus penitus operientibus; superis griseis, inferis cærulescenti-griseis; clypeo transverso, reflexo, integro; palpis rufis, elytris pedibusque interdum obscuro-brunneis aut rufis.

*Hoplia pulverulenta.* Illig. *Magaz.*, 1803, *p.* 229.

*Melolontha philanthus.* Herbst. *Coleopt.* 3, *tab.* 25, *fig.* 4.

*Hanneton argenté.* Oliv. *Entom.*, *tom.* 1, *n°.* 5, *pl.* 3, *fig.* 2. *a. b. c. d.*

*Hanneton argenté.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 199.

*Melolontha argentea.* Panz. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 28, *fig.* 18.

*M. pulverulenta.* Fab. *System. eleut.*, *tom.* 2, *p.* 181.

*M. graminicola.* Panz. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 28, *fig.* 19. *Varietas ?*

Habitat in Gallia, Germania, Anglia.

Hujus insecti synonymia obscura.

### *II. Antennæ articulis novem.*

Spec. 2. *Hoplia formosa. Hoplie belle.*

H. Penitus squamosa, nitens; supra violaceo-cæruleo-argentea, infra argentea; clypeo transverso, reflexo, integro.

*Hoplia formosa.* Illig. *Mag.*, 1803, *p.* 228.

*L'Ecailleux violet.* Geoff. *Hist. des Insect.*, *tom.* 1, *p.* 79.

*Melolontha farinosa.* Fab. *System. eleut.*, *tom.* 2, *p.* 177.

*Hanneton écailleux.* Oliv. *Entom.*, *tom.* 1, *n°.* 5, *pl.* 2, *fig.* 14. *a. c.*

*Hanneton écailleux.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 197.

Herbst. *Coleopt.*, *tab.* 25, *fig.* 5.

Panz. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 28, *fig.* 16.

Frequentissima in Europa Australiori, ripas fluviorum rivulorumque secus; mentham sylvestrem, filices depastans.

Observatio. *Scarabœus crassipes* Dom. Olivier *Hopliis* forma affinis. *Tibiæ* anticæ calcare nullo; quatuor posticæ unico; tarsi aut quatuor postici saltem ungue solitario, integro, valido.

6. *Maxillæ processu membranaceo aut coriaceo, sæpius elongato et hirsuto; labrum exsertum, crustaceum; mandibulæ absconditæ aut vix prominentes; palpi (hirsuti) articulo ultimo obtuso aut truncato (subcrassiore, subovato aut cylindrico); antennæ (decem articulatæ) capitulo triphyllo* illis *fere globoso, subsolido;* his *lamellato, subovato, articulo ejusdem primo (antennæ totius octavo) interdum concavo, extremos duos excipiente.*

(*Corpus ovatum. Thorax subquadratus vel ovato-quadratus aut suborbiculatus. Elytra multorum ad apicem dehiscentia. Tarsi elongati, spinosuli.*)

Observatio. Mentum fere ut in *Melolonthis*, paulo angustius, hirsutum.

*I. Palpi non gracillimi, articulo ultimo cylindrico-ovato; tarsi unguibus duobus, æqualibus, indivisis.*

(*Corpus elongato-ovatum; elytra dehiscentia*).

CC. Genus. *Glaphyrus. Glaphyre.*

*Scarabæus*, Linn. — *Melolontha*, Fab., Olivier.

*Antennæ* capitulo in omnibus subovato, articulo primo ejusdem (sive totius antennæ octavo) concavo, extremos duos excipiente. *Mandibulæ* dorso in angulum dentemve prominulo, latere interno ante apicem dentato. *Palpi* articulo ultimo subovato; maxillares aperte majores. *Maxillæ* processu externo ovato; interno minimo, dentiformi.

*Thorax* ovato-quadratus. *Elytra* apice acuto, unidentato. *Pedes* postici magni, femoribus incrassatis.

Spec. 1. *Glaphyrus maurus. Glaphyre maure.*

G. viridi-cæruleus; clypeo transverso, integro, angulis anticis in dentem porrectis; antennis, basi excepta, tarsorum un-

guibus, tibiis tarsisque anticis, abdomine, rufis; tibiis anticis dentibus tribus mediocribus; tibiis posticis rectis.

*Glaphyre maure.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 206.

*Scarabæus maurus.* Linn. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *p.* 548.

*Melolontha cardui.* Fab. *System. eleut.*, *tom.* 2, *p.* 172.

*Hanneton maure.* Oliv. *Entom.*, *tome* 1, *n°.* 5, *pl.* 8, *fig.* 90, *a. b.*

Habitat in Barbariæ carduo pycnocephalo.

Spec. 2. *Glaphyrus serratulæ. Glaphyre de la Serratule.*

G. Viridis, subtus et paululum superne luteo-tomentosus; clypeo transverso, integro; angulis anticis in dentem porrectis; pedibus cæruleo-nigris; tibiis anticis dentibus sex, tribus apicis validissimis; pedibus posticis femoribus maximis, cæruleo-cupreis; tibiis validis, arcuatis, dente valido apicali; abdomine rufescente.

*Tab.* IX, *fig.* 6.

*Glaphyre de la Serratule.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect. tom.* 10, *p.* 206.

## CCI. Genus. *Amphicoma. Amphicome.*

*Scarabæus*, de Geer, Pall. — *Melolontha*, Fab., Olivier.

*Antennæ* plerisque capitulo subgloboso, subsolido. *Mandibulæ* latere externo nec angulato nec ante apicem dentato. *Palpi* articulo ultimo cylindrico; labiales vix minores. *Maxillæ* processu elongato, sublineari.

*Corpus* sæpius hirsutum. *Thorax* suborbiculatus.

### *I. Antennæ capitulo subgloboso, subsolido.*

Spec. 1. *Amphicoma melis. Amphicome putois.*

A. Cæruleo-nigra, fulvo-hirta; clypeo integro, carinato, la-

teribus reflexis, acutis; tibiis anticis externe tridentatis; abdomine ferrugineo.

*Melolontha melis.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 2, *p.* 185.
Habitat in Barbaria.

OBSERVATIONES. Ejusdem generis *Melolonthæ: Cyanipennis*, *hirta*, *Vulpes*, *Bombylius*, *Vittata.*

*II. Antennæ capitulo ovato, lamellato.*

SPEC. 2. *AMPHICOMA ABDOMINALIS. Amphicome abdominale.*

A. Nigro-cærulea; antennarum capitulo, abdomine, tarsorum anticorum articulis quatuor primis, unguibus, rufis; tibiis anticis dentibus duobus externis; tibiis mediis unicalcaratis, angulo externo et apicali in ramum arcuatum tarsi originem ambiente producto; tarsorum anticorum articulis quatuor primis brevissimis, latis, dentiformibus.

*Melolontha abdominalis.* FAB. *System. eleut. tom.* 2, *p.* 175.
Habitat in Italia. Dom. *Ferrero.*

*II. Palpi gracillimi, elongati, articulo ultimo longo, cylindrico; tarsi quatuor antici unguibus bifidis, magnitudine diversis, interno minore; postici ungue solitario, valido, acuto, integro. (Corpus breviter ovatum. Coleoptra quadrata, apice rotundata.)*

CCII. GENUS. *ANISONYX. Anisonyx.*

*Scarabæus*, LINN. — *Melolontha*, FAB., OLIVIER.

*Antennæ* capitulo lamellato, ovato. *Mandibulæ* latere interno membranaceo, dentibus nullis (1). *Palpi* labiales menti ad apicem inserti. *Maxillæ* valde elongatæ, filiformes, processu externo membranaceo, lineari-lan-

---

(1) Mandibulæ fere ut in *Cetoniis*, interne tamen minus membranaceæ. *Melolontharum* habitus.

ceolato. *Mentum* valde elongatum, angustum, hirsutissimum, sub apice et palporum origine, utrinque angustatum; hic margine supero utrinque dilatato, integro. *Labium* laciniis duabus membranaceis, ultra menti apicem utrinque porrectis.

*Corpus* antice attenuato-acutum, hirsutum. *Clypeus* porrectus, antice paulo angustior. *Thorax* subquadratus, a basi ad apicem sensim angustior. *Pedes* postici magni, tibiis sæpius incrassatis.

Spec. 1. *Anisonyx crinitum. Anisonyx chevelu.*

A. Viridi-squamosum, pilis nigris hirtum; clypeo emarginato; tibiis anticis extra bidentatis.

*Scarabœus longipes.* Linn. *System. nat., ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 555. — *Mus. Lud. Ulr.*, *p.* 20.

*Melolontha crinita.* Fab. *System. eleut., tom.* 2, *p.* 184.

*Hanneton chevelu.* Oliv. *Entom., tom.* 1, *n°.* 5, *pl.* 2, *fig.* 16.

*Trichie chevelue.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 232.

Habitat ad Bonæ Spei promontorium.

Annotatio. *Melolonthæ: Cinereus*, *Ursus* Dom. Olivier ad *Anisonyx* genus revocandæ.

*II. Mandibulæ compresso-membranaceæ aut externe et ad basin tantum corneæ, intus in membranam subquadratam productæ.*

Observationes. *Antennæ* articulis decem, capitulo triphyllo, ovato. *Labrum* membranaceum, clypeo absconditum aut vix prominulum, margine antico ciliato, emarginato, lateribus rotundatis. *Palpi* breves, articulo ultimo paulo crassiore, elongato, subcylindrico aut subovali; labiales menti lateribus excavatis inserti, articulis duobus baseos brevibus. *Maxillæ* processu compresso, setoso fimbriave hirsuta, laciniata, instructo.

*Mentum*

*Mentum* cordato-truncatum, versus apicem utrinque paulo angustatum, margine supero sæpius profunde emarginato, ad latera rotundato, sæpius antice hirsuto.

*Corpus* ovatum, depressum, *illis* angustior, *thorace* orbiculato-quadrato, elytris angustiore; *his* latius, *thorace* subsemicirculari aut subtrigono, antice truncato, postice abdominis basis fere latitudine illique applicato. *Clypeus* omnium quadratus, diametro longitudinali transverso æquali aut illo majore. *Scapulæ* distinctæ, ante elytrorum basin prominentes, laminæ pectoralis quibus secundi paris pedes inseruntur productione externa formatæ. *Anus* nudus. *Tarsi* unguibus æqualibus, acutis, indivisis.

*I. Corpus elongato-ovatum; thorax transverso-quadratus aut orbiculato-quadratus, margine postico antico non latiore; elytra scapulis superne non suffulta, margine externo ad basin non sinuato.*

CCIII. Genus. *Cremastocheilus. Crémastocheile.*
*Cremastocheilus*, Knoch.

*Antennæ* articulo basilari maximo, sex sequentium conjunctorum longitudinem superante, trigono, ad latus unum introrsum arcuato, articulum secundum supertegente; tribus ultimis capitulum brevem, lamellatum formantibus. *Palpi* articulo ultimo longissimo, cylindrico, ad apicem obtuso, rotundato, in labialibus incurvo; istorum articulis primo et secundo minimis. *Maxillæ* processu terminali corneo, unciformi vel falcato et ad apicem acuto, intus spinulis armato. *Mentum* maximum, capitis paginam inferam penitus fere occupans, antice concavum, catiniforme, transverso-ovale, periphæria marginali elevata, acuta; margine postico jugularive emarginato.

*Clypeus* transversus, margine antico reflexo, integro, arcuato. *Thorax* transverso-quadratus, ad angulos an-

ticos et posticos emarginatus; angulis in tubercula graniformia distincte productis. *Pedes* breves; tarsi unguibus brevibus.

Spec. 1. *Cremastocheilus castaneæ. Crémastocheile de la châtaigne.*

C. Niger, punctis impressis cicatricosus, pilosus; tibiis anticis extus bidentatis.

*Cremastocheilus castaneæ.* Knoch. *Neue Beyt. zur Insect.*, 1801, *p.* 115, *taf.* 3.

*Cremastocheile de la châtaigne.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 10, *pag.* 207.

Habitat in America Septentrionali. Amicissime communicatus a Prof. Knoch.

## CCIV. Genus. *Trichius. Trichie.*

*Trichius, Fab. — Scarabæus, Linn., Geoff., de Geer. — Cetonia, Olivier.*

*Mentum* cordato-quadratum, acute emarginatum. *Palpi* labiales articulis duobus baseos aut secundo saltem, exsertis, obviis; ultimo, ad minus, toto ultra menti apicem prominente; eodem articulo in *maxillaribus* elongato-ovali vel ovali aut conico-cylindrico; in *labialibus* ovali aut subovato vel subconico. *Mandibulæ* sæpius penitus fere membranaceæ, elongato-trigonæ aut sublanceolatæ. *Maxillæ* plerisque elongatæ, angustæ, fimbria laciniata.

*Thorax* orbiculato-quadratus aut suborbiculatus. *Coleoptra* quadrata. *Pedes* elongati; tarsi unguibus validis.

*I. Tarsi omnes articulo basilari proximo non aut vix longiore; tibiæ anticæ dentibus duobus aut tribus.*

*( Palpi maxillares articulo ultimo elongato-ovali aut*

*conico-cylindrico; labialium eodem articulo ovali aut subconico.)*

1. *Tarsi omnes tibiis breviores; tibiæ anticæ dentibus externis tribus (aliæ duabus, præter apicales).*

SPEC. 1. *TRICHIUS EREMITA. Trichie Ermite.*

T. Cupreo-niger, nitidus, glaber; clypeo integro, reflexo, ad antennarum originem utrinque eminente; thorace suborbiculato, punctato, rugis duabus dorsalibus, elevatis, approximatis, antice prominentioribus, sulco interjecto; deinde utrinque impresso, eminentia notato; scutello elongato-trigono, acuto, unisulcato; elytris subrugosulis.

*Trichius Eremita.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 2, *p.* 130.

*Trichie Ermite.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 229, *pl.* 85, *fig.* 6.

*Scarabæus Eremita.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 556.

*Scarabé de cuir noir.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 4, *p.* 300, *pl.* 10, *fig.* 21.

*Cétoine Ermite.* OLIV. *Entom.*, *tom.* 1, *n°.* 6, *pl.* 3, *fig.* 17.

RŒS. *Insect.*, *tom.* 2, *cl.* 1. *Scarab. terr.*, *tab.* 3, *fig.* 6.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 41, *fig.* 12.

Habitat in arborum, pyri, salicis, truncis putrescentibus.

OBSERVATIONES. Mandibulæ breves, extus et ad basin corneæ, membrana subquadrata intus auctæ. Maxillæ corneæ; processu apicali subtrigono, apice setoso, in dentem prominulo; ungue acuto processus interni loco.

2. *Pedes postici tarsis ad minus tibiarum eorumdem longitudine aut illis longioribus; tibiæ anticæ extus bidentatæ.*

A. *Corpus fere penitus aut supra saltem glabrum; pedes postici tarsis tibiis non aut vix longioribus.*

SPEC. 2. *TRICHIUS NOBILIS. Trichie noble.*

T. Supra aurato-viridis, nitens, infra cupreus et griseo-flavo

pubescens; capite thoraceque punctatis; clypeo reflexo, late subemarginato; thorace linea dorsali impressa; elytris rugosis; ano albo maculato.

*Trichius nobilis.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 2, *p.* 130.

*Trichie noble.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 230.

*Scarabœus nobilis.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *p.* 558. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n*°. 401.

*Le Scarabé Verdet.* GEOFF. *Hist. des Insect.*, *tom.* 1, *p.* 73.

*Scarabé verdet.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 4, *p.* 297.

*Cétoine noble.* OLIV. *Entom.*, *tom.* 1, *n*°. 6, *pl.* 3, *fig.* 10, *a. b. c.*

*Rœs. Insect.*, *tom.* 2, *cl.* 1. *Scarab. terr.*, *tab.* 3, *fig.* 1—5.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 41, *fig.* 13.

Habitat in Europæ floribus.

B. *Corpus fere omnino pubescens aut tomentosum; pedes postici tarsis tibiis eorumdem manifesto longioribus.*

SPEC. 3. TRICHIUS FASCIATUS. *Trichie fasciée.*

T. Niger, flavo-rufo tomentosus; clypeo emarginato, rugosulo; elytris flavis, margine toto, macula humerali, alia apicali, fascia media transversa et suturam non attingente, nigris; callo nitido ad humeros et elytrorum apicem.

*Trichius fasciatus.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 2, *p.* 131.

*Trichie fasciée.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 230.

*Scarabœus fasciatus.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *p.* 131. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n*°. 395.

*La livrée d'Ancre.* GEOFF. *Hist. des Insect.*, *tom.* 1, *p.* 80.

*Scarabé à bandes.* DE GEER, *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 4, *p.* 299, *pl.* 10, *fig.* 19.

*Cétoine fasciée.* OLIV. *Entom.*, *tom.* 1, *n*°. 6, *pl.* 9, *fig.* 84.

Habitat in Europæ floribus, umbellatis, rosis, carduis, etc.

OBSERVATIO. *Trichius succinctus* a præcedente differt, elytris

nigris, fasciis duabus flavis, transversis, ad suturam conjunctis. Locis alpinis frigidisve peculiaris.

*II. Tarsi postici articulo basilari elongato ; tibïæ anticæ dentibus quinque externis.*

*(Palpi maxillares et labiales articulo ultimo crasso, breviter ovali ; isti menti angulis apicalibus fere inserti ; anus feminæ in caudam terebramve, rectam, acutam, supra canaliculatam, marginibus dentatis, productus.)*

SPEC. 4. *TRICHIUS HEMIPTERUS. Trichie hémiptère.*

T. Niger, nigro et albido-squamosus, punctato-subrugosulus, supra albido maculatus ; punctis centro prominulo, umbilicato ; clypeo subemarginato ; thorace subquadrato, antice sensim angustiore ; rugis duabus dorsalibus ; marginibus denticulatis ; scutello elongato ; elytris abbreviatis, depressis, ad latera abrupte deflexis ; singulo striis quatuor subobsoletis, undulatis ; ano corporeque infra plane fere albido aut cinereo squamosis ; maculis duabus nigris ad anum.

*Trichius hemipterus.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 2, *p.* 132.

*Trichie hémiptère.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 231.

*Scarabæus hemipterus.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *p.* 555.

*Le Scarabé à tarière.* GEOFF. *Hist. des Insect.*, *tom.* 1, *p.* 78.

*Cétoine hémiptère.* OLIV. *Entom.*, *tom.* 1, *n°.* 6, *pl.* 9, *fig.* 83 ; *et pl.* 11, *fig.* 103. *a.*

SCHÆFF. *Icon. Insect.*, *tab.* 46, *fig.* 10, 11.

Habitat in Europa temperata et australi, ad arborum, murorum radices ; in floribus.

*III. Corpus breviter ovatum ; thorax sæpius trigonus, antice angustior et truncatus vel subsemicircularis, margine postico latiore ; elytra scapulis sive laminæ*

*pectoralis apicis externi processu, ad basin externe suffulta; margine externo basilarique sæpissime sinuato.*

CCV. Genus. *Goliath. Goliath.*

*Goliath, Lam. — Cetonia, Fab., Olivier.*

*Maxillæ* corneæ. *Mentum* maximum, latum, os infra penitus fere obtegens, margine supero latiore, quadridentato (1).

*Clypeus* maxime productus, bifidus, laciniis sæpius divaricatis, corniformibus. *Thorax* suborbiculatus, postice convexus, lateribus rotundatis, antice attenuatus, declivis, truncatus. *Elytra* margine externo ad basin non abrupte aut parum sinuato.

Annotatio. Cetonias *Ynca*, *goliata*, *polyphemus* novum genus forte constituere censuit Dom. Weber (*Observ. entom.*, *p.* 67). Tempore eodem (anno 1801), genus edebat professor Lamarck. (*Système des anim. sans vert.*, *p.* 209.) Insecta hæc omnia exotica et in musæis rarissima. Illorum nomina specifica indicasse sufficiat.

CCVI. Genus. *Cetonia. Cétoine.*

*Cetonia, Fab., Oliv., Lam. — Scarabæus, Lin., Geoff., de Geer.*

*Mentum* cordato-quadratum, apice emarginatum. *Palpi* articulo ultimo elongato, ovali-cylindrico aut longo-ovali; labiales articulis duobus baseos brevissimis, vix exsertis aut difficile distinguendis; articulo ultimo mentum ultra non penitus exserto, apice solo ad

---

(1) Observationes illæ quas obiter legi de novo examini subjiciendæ.

summum prominulo. *Mandibulæ* breves, latere externo et basi corneis, membrana subquadrata intus auctæ; hinc in quadratum, angulo apicali et externo acuminato-producto, formatæ.

*Corpus* breviter ovatum, depressum, latum. *Thorax* subsemicircularis aut subtrigonus, antice angustior et truncatus, margine postico antico multo latiore. *Elytra* margine externo ad basin abrupte sinuato. *Sternum* posticum sæpius ad pedum secundi paris originem obtuse productum, tuberculiforme.

*I. Tarsi omnes tibiis breviores.*

(*Maxillarum processus dente desinentes; corpus supra glabrum.*)

Spec. 1. *Cetonia fastuosa. Cétoine fastueuse.*

C. Late ovata (longitudo corporis, capite non computato, ad ejus latitudinem circiter ut 11 ad 7); thoracis marginis postici medio non producto, emarginato; tibiis anticis extus tridentatis; basis scutelli latitudine ejusdem longitudini fere æquali; sterno postico linea profunde impressa, processu lato, subtrigono, inter pedes secundi paris, terminato; clypei margine antico reflexo, recto, integro; corpore supra aut ejus disco saltem, lævissimo, obsolete punctato; corpore viridi-aurato, immaculato, nitido; tarsis cærulescentibus.

*Cetonia fastuosa.* Fab. *System. eleut.*, *tom.* 2, *p.* 137.

*Cetonia speciosissima.* Rossi. *Faun. etrusc.*, *tom.* 1, *p.* 25.

Panz. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 41, *fig.* 16.

Habitat in Europa Australiori.

Observatio. Ad C. *viridem* species sequentes gradatim ducere videtur illo modo:

A. C. *fastuosæ* similis, at minor, angustior; elytris ad suturam, medium ultra, late et abrupte impressis; impressione punc-

tata ; punctis lunato-impressis, subseriatis ; pectore pedibusque infra cæruleis.

Montipessulo. Dom. Durand.

B. Præcedenti simillima, at supra magis punctulata, nitore hebetato ; corpore infra violaceo-cupreo-rubro.

*C. metallica.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 2, *p.* 138.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 41, *fig.* 19.

C. Præcedenti simillima, at supra penitus fere punctulata, thoracis disco postico, scutello illiusque regione sublævibus ; elytrorum impressione suturali postica punctis plurimis in lineas confluentibus ; corpore supra æneo-viridi, nitido, infra æneo-cupreo.

*C. Hungarica.* HERBST. *Coleopt.* 3, *tab.* 29, *fig.* 7.

D. A præcedente vix diversa, penitus fere supra punctulata, thoracis disco postico non excepto ; clypeo emarginato ; elytris albo maculatis (1) ; colore supra cupreo-æneo, nitido ; corpore infra, quam præcedente, magis villoso, rubro-cupreo.

*C. floricola.* HERBST. *Coleopt.* 3, *tab.* 29, *fig.* 4.

E. Præcedenti maxime affinis ; clypeus antice minus reflexus, distinctius emarginatus ; elytra ad suturam postice non abrupte impressa ; impressione extante tamen, at lineola elevata, longitudinali, suturam versus, notata ; (hoc charactere ab antecedentibus distincta) corpore supra aurato-viridi, nitido, infra cupreo-rubro ; sterni processus apice minus lato, rotundiore.

*C. aurata.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 2, *p.* 137.

*C. dorée.* OLIV. *Entom.*, *tom.* 1, *n°.* 6, *pl.* 1, *fig.* 1. *a* — *i.*

*C. dorée.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 220, *pl.* 85, *fig.* 1 — 5.

*Scarabœus auratus.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *p.* 557. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 400.

---

(1) Sequentium elytra pariter albo maculata.

*L'Eméraudine.*

*L'Eméraudine.* GEOFF. *Hist. des Insect.*, *tom.* 1, *p.* 73.

*Scarabé Éméraudine.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 4, *p.* 279, *pl.* 11, *fig.* 1.

*Ræs. Insect.*, *tom.* 2, *class.* 1. *Scarab. terr.*, *tab.* 2, *fig.* 1 — 7.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 41, *fig.* 15.

Frequens in Europæ floribus, rosis, sambuco, etc.

F. Præcedens, at supra obscure-viridis, crebrius punctulata, punctis minimis, ad thoracis latera et in elytris confluentibus; elytris inde secundum maximam partem subtilissime rugosulis; corpore infra viridi, nitido.

*Cetonia viridis.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 2, *p.* 138.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 41, *fig.* 18.

ANNOTATIO. *C. marmorata aurata* magis elongata (longitudo ad latitudinem ut 19 ad 11); ab illa clypeo integro, thorace postice utrinque subimpresso et supra scutellum lævi, scutello angustiore, impressione elytrorum abrupte formata, lineola elevata nulla, sterni postici linea impressa subobsoleta; colore æneo, etiam diversa. — Vide Panzer Iconem, *fasc.* 41, *fig.* 19.

*II. Pedes postici tarsis tibiis eorumdem longioribus.*

*(Maxillarum processus dente nullo apicali; corpus supra et infra villosum.)*

SPEC. 2. *CETONIA STICTICA. Cétoine stictique.*

C. Late-ovata; thoracis margine postico subrecto; tibiis anticis extus bidentatis; clypeo emarginato; corpore virescenti-nigro, nitido, punctato, albo maculato, supra parum villoso; occipite carinato; thorace linea dorsali media, subelevata, lævi, et utrinque punctorum trium albidorum serie; scutello acutissimo, lævi; elytris punctis plurimis impressis, ovalibus; linea elevata longitudinali in medio alteraque abbreviata et interna ad basin; spatio lineæ istæ infero impresso, striolis tribus irregularibus, geminatis; abdomine punctorum albidorum serie

utrinque marginali. — *Mas* ano utrinque macula albida, trifida punctisve tribus conjunctis; abdominis medio punctorum albidorum serie longitudinali.

*Cetonia stictica.* Fab. *System. eleut.*, *tom.* 2, *p.* 155. — Ejusd. *Cetonia funesta.* Ibid.

*Cétoine stictique.* Oliv. *Entom.*, *tom.* 1, *n°.* 6, *pl* 7, *fig.* 57.

*Cétoine stictique.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 225.

*Scarabœus sticticus.* Linn. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *p.* 552.

*Le Drap mortuaire.* Geoff. *Hist. des Insect.*, *tom.* 1, *p.* 79.

*Scarabé à points blancs.* De Geer. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 4, *p.* 301, *pl.* 10, *fig.* 22.

Panz. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 1, *fig.* 4.

Habitat in Europæ, Australis præsertim, carduis.

## FAMILIA DECIMA OCTAVA.

### LUCANIDES. *LUCANIDES.*

Observationes. *Antennæ* thorace non longiores, *illis* fractæ, *his* arcuatæ et hirsutæ, articulis decem; capitulo e quinque, quatuor aut tribus lamellis composito. *Labrum*, paucis exceptis, (*Passalis*) nullum; ejus loco clypeus prominulus, subtus hirsutus aut tomentosus. *Mandibulæ* corneæ, validissimæ, porrectæ, dentatæ. *Maxillæ* plurimis elongatæ, filiformes, setosæ, penicilliformes; nonnullis plane corneæ, dentibus robustis. *Palpi* filiformes, articulo ultimo subovali aut subcylindrico; maxillares longiores; labiales labio (a mento distincto) et sæpissime sub ipsius apice inserti. *Mentum* corneum, maxillas plerumque abscondens.

*Corpus* sæpius elongatum, latitudine fere æquali, depressum, apice postico rotundato. *Caput* transversum; clypeo sæpius parvo, labriformi; oculis vix prominulis. *Thorax* plerumque transverso-quadratus, ab abdomine intervallo sæpius disjunctus. *Pedes* validi; antici validiores, tibiis extus multi-dentatis;

tarsi unguibus duobus, acutis, integris, sæpius validis appendiceque intermedia, setis duabus divergentibus terminata.

*I. Antennæ (glabræ) fractæ, articulo primo longissimo (subcylindrico, incurvo, ad apicem sæpius crassiore); labrum nullum aut vix distinctum; mandibulæ in maribus maximæ; palpi articulo ultimo elongato-ovali; maxillares plane longiores, articulo secundo tertio multo longiore; labiales sub labii apice inserti, articulo ultimo antecedenti multo longiore; maxillæ externe compresso-dilatatæ; laciniis coriaceis, compressis, setosis, dentibus corneis nullis aut uno vel duobus tantum et vix obviis; labium coriaceum, mentum pone insertum et ab illo secundum maximam partem absconditum; mentum transverso-quadratum; et ad apicem utrinque rotundatum vel subsemicirculare aut transverso-lineare.*

*(Thoracis margo posticus ab abdomine intervallo magno non remotus; scutellum inter elytra ad suturæ initium; coleoptra lateribus sensim rotundato-declivibus, non abrupte inflexis; pedes sæpius elongati, antici præsertim.)*

1. *Labium integrum aut laciniis brevissimis et obsoletis.*

*(Oculi nudi, capitis margine laterali nullomodo secati.)*

Observatio. Palpi breves.

A. Illis *labium hirsutissimum*, *mentum transverso-lineare*; his *labium glabrum*, *mentum transverso-subquadratum*; *maxillæ processu apicali brevissimo*, *interno nullo aut non exserto.*

*(Corpus altum, supra convexum, ovale aut elongato-qua-*

*dratum, apicibus rotundatis; thorax in nonnullis immarginatus; margine postico sublobato, medio prominulo.*)

CCVII. Genus. *Lamprima. Lamprime.*

*Lethrus*, Fab. — *Lucanus*, Schreibers.

*Antennæ* articulo basilari elongato-conico, recto. *Mandibulæ* maximæ, intus hirsutissimæ) apice multidentatæ, subchelatæ. *Labium* hirsutissimum. *Mentum* transverso-lineare.

*Corpus* ovale. *Thorax elytraque* marginata. *Tibiæ* anticæ dentibus externis paucis (quatuor aut quinque), subæqualibus; lamina cornea, triangulari, apicali, calcari adjuncta. *Tarsi* appendice sub unguium origine inserta, cornea, elongata, ad apicem bidentata; dentibus elongatis, divaricatis, cum setis aliquot brevibus, corneis. *Sternum* medium in cornu productum.

Spec. 1. *Lamprima ænea. Lamprime bronzée.*

L. Aurato-viridis, lævis.

*Lamprime bronzée.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 240.

*Lethrus æneus.* Fab. *System. eleut.*, *tom.* 1, *p.* 2.

*Lucanus æneus.* Schr. *Trans. of the Linn. soc.*, *tom.* 6, *p.* 185, *tab.* 20, *fig.* 1.

Habitat in Norfolk, Maris Pacifici insula.

CCVIII. Genus. *Æsalus. Æsale.*

*Æsalus*, Fab. — *Lucanus*, Creuz., Panzer.

*Antennæ* articulo basilari incurvo, compresso. *Mandibulæ* apice acutæ, arcuatæ, sublunatæ, superne masculis in ramum cornuve obtusum productæ. *Maxillæ* processu brevissimo, compresso, apice rotundato, hirsuto. *Mentum* transverso-quadratum.

*Corpus* elongato-quadratum, ad apices rotundatum,

supra valde convexum. *Thorax* immarginatus, margine antico concavo, caput excipiente. *Elytra* immarginata. *Tibiæ* latæ, compressæ, extus inæqualiter multi-denticulatæ.

SPEC. 1. *ÆSALUS SCARABÆOIDES. Æsale scarabéïde.*

Æ. Castaneo-fuscus, confertissime punctatus; punctis latis, umbilicatis; elytris striis elevatis, e squamis formatis.

*Æsalus scarabæoides. FAB. System. eleut.*, *tom.* 2, *p.* 254.

*Æsale scarabéïde.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 237, *pl.* 86, *fig.* 1—5.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 26, *fig.* 15, mas. *fig.* 16, femina.

Habitat in Germania, Austria.

B. *Maxillæ processu terminali elongato, cylindrico aut filiformi, penicilliformi; labium omnibus glabrum; mentum transverso-quadratum, lateribus rotundatis.*

(*Corpus depressum, dorso plano; thorace in omnibus marginato; margine postico recto.*)

OBSERVATIO. Tibiæ anticæ inæqualiter extus dentatæ.

CCIX. GENUS. *PLATYCERUS. Platycère.*

*Platycerus*, GEOFF. — *Lucanus*, LINN., DE GEER, FAB., OLIVIER.

SPEC. 1. *PLATYCERUS TENEBRIOIDES. Platycère ténébrioïde.*

P. Antennis capitis longitudine, capitulo trilamellato; corpore supra atro, nitido, penitus temereque punctato; punctis umbilicatis; antennis palpisque rufis; mandibulis porrectis, validis, intus multidentatis; thorace antice transverse et suboblique truncato, carina transversa, subobsoleta, transversa, in medio notato; elytris substriatis; corpore infra castaneo-fusco, pedibus nigris, tarsis paulo dilutioribus.

*Platycère ténébrioïde.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 251.

*Lucanus tenebrioides.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 2, *p.* 252.

*Lucanus tenebrioides.* PAYK. *Faun. Suec.*, *tom.* 3, *p.* 48.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 62, *fig.* 1, mas. *fig.* 2, femina.

Habitat in Europa Septentrionali, Germania.

SPEC. 2. *PLATYCERUS CARABOIDES. Platycère caraboïde.*

P. Antennis thoracis fere longitudine, capitulo quadrilamellato; corpore cæruleo, vage confertissimeque punctulato; mandibulis porrectis, validis, angulatis, lunatis, dentatis; capitis angulis anticis in lobum rotundatum eminentibus; thorace ad latera profundius punctato, rotundato, postice angustiore.

*Platycère caraboïde.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 250. — *Genr.* PLATYCÈRE. *Précis des caract. gén. des Insect.*, *p.* 2.

*Lucanus caraboides.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 561. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 407.

*La Chevrette bleue.* GEOFF. *Hist. des Insect.*, *tom.* 1, *p.* 63.

*Chevrette bleue.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 4, *p.* 334, *pl.* 12, *fig.* 11.

*Lucanus caraboides.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 2, *p.* 253.

*Lucane caraboïde.* OLIV. *Entom.*, *tom.* 1, *n°.* 1, *pl.* 2, *fig.* 2, *c. d.*

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 58, *fig.* 13.

Habitat in Europa, ad arborum vetustorum radices.

*Lucanus rufipes* Fabricii forte varietas, elytris subcupreo aut aurato-æneis, abdomine pedibusque rufis.

2. *Labium laciniis duabus apicalibus, liguliformibus, hirsuto-penicillatis; mandibulæ in* masculis *cornua referentes, maximæ.*

*( Oculi antice capitis marginis lateralis processu secati. )*

## CCX. Genus. *Lucanus. Lucane.*

*Lucanus, Linn., de Geer, Fab., Oliv. — Platycerus, Geoffroi.*

Observatio. Antennæ capitulo sæpius quadrilamellato.

Spec. 1. *Lucanus cervus. Lucane cerf-volant.*

*Mas.* L. Mandibulis thoracis circiter longitudine, paululum arcuato-incurvis, dentibus tribus validis, uno interno, aliis apicalibus, denticulis plurimis obtusis internis; capite thorace latiore, elevato, punctis minimis contiguisque scabriusculo, marginato, sinuato; marginis postici medio interrupto et humiliore; clypeo linea elevata, transversa, superne late emarginata et inde utrinque unidentato; apice inflexo, acuminato; palpis maxillaribus valde elongatis; thorace linea dorsali et longitudinali impressa; elytris lævibus; corpore nigro, mandibulis elytrisque fusco-castaneis.

*Femina.* Antennæ breviores, minus pectinatæ. Caput thorace paulo angustius, nec elevatum, nec marginatum; clypeus apice rotundatus, linea elevata nulla; mandibulæ capite paulo breviores, sublunatæ, acutæ, externe veluti marginatæ, dente uno elevato, supero.

*Lucanus cervus.* Linn. *System. nat., ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *p.* 553. — *Faun. Suec., ed.* 2, *n°.* 405.

*Le grand Cerf-volant (Platycerus).* Geoff. *Hist. des Insect., tom.* 1, *p.* 61, *pl.* 1, *fig.* 1, mas.

*Grand Cerf-volant.* De Geer. *Mém. s. l. Insect., tom.* 4, *p.* 327, *pl.* 12, *fig.* 1, mas., *et fig.* 7, femina.

*Lucanus cervus.* Fab. *System. eleut., tom.* 2, *p.* 248.

*Lucane cerf-volant.* Oliv. *Entom., tom.* 1, *n°.* 1, *pl.* 1, *fig.* 1, *a. b. c. d.*

*Lucane cerf-volant.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 246, *pl.* 86; *fig.* 6, mas. *fig.* 7, femina.

*Ræs. Insect.*, *tom.* 2, *class.* 1. *Scarab. terr.*, *tab.* 4 *et* 5.

Habitat in Europa, ligno putrescente, solstitii æstivi tempore, vespere volitans.

ANNOTATIO. Lucanus *parallelipipedus* profecto congener, maxillis labiique laciniis minus elongatis tamen.

*II. Antennæ (villosæ) non fractæ (articulo basilari parum elongato), arcuatæ; labrum magnum, crustaceum, transverso-quadratum, penitus exsertum, hirsutum; palpi subæquales, articulo ultimo subcylindrico; labiales labii basi anticæ inserti, articulo secundo ultimo longiore; maxillæ processibus corneis, dentiformibus, spinosis, interne dentatis; apicali validiore, subtrigono, apice in dentem desinente; interno dentibus duobus aut unico; labium crustaceum, quadratum, mento profunde emarginato et utrinque in dentem latum elevato, arcte inclusum; marginis superi medio in dentem prominulo.*

(*Caput superficie valde inæquali, sæpius tuberculata; thorax ab abdomine postice magno intervallo disjunctus; scutellum in abdominis pedunculo immersum; coleoptra lateribus abrupte declivibus; pedes breves.*)

OBSERVATIO. Mandibulæ latere interno et apice multidentatis.

### CCXI. GENUS. *PASSALUS. Passale.*

*Passalus*, *FAB.*, *LAM.* — *Lucanus*, *LINN.*, *DE GEER*, *OLIVIER.*

SPEC. 1. *PASSALUS. Passale.*

P. Antennis capitulo triphyllo; labro mandibulas, illarum apice excepto, supertegente; mandibulis ad apicem tridentatis;

capite

capite antice trigone impresso; vertice carina longitudinali in dentem exeunte tuberculoque utrinque parvo, acuto; marginis antici medio emarginato, bidentato; ruga oculorum marginem internum secus, dente antice terminata; thorace valde depresso, lævi, sulco dorsali, longitudinali; marginibus, antici posticique medio exceptis, intus impresso-punctatis; cicatricula punctata ad utriusque lateris margines; elytra dorso plano, striata; striis, suturalibus exceptis, punctatis; intervallis superis planis; corpore nigro.

*Passalus interruptus.* Fab. *System. eleut.*, *tom.* 2, *p.* 255.

*Passalus interruptus.* Web. *Observ. entom.*, *p.* 78.

*Passale interrompu.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 254.

*Lucanus interruptus.* Linn. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *p.* 560. — *Mus. Lud. Ulr.*, *p.* 33, femina.

*Cerf-volant interrompu.* De Geer. *Mém. s. l. Insect*, *t.* 4, *p.* 338, *pl.* 19, *fig.* 13.

*Lucane interrompu.* Oliv. *Entom.*, *tom.* 1, *n°.* 1, *pl.* 3, *fig.* 5, *d.*

Herbst. *Coleopt.* 3, *tab.* 34, *fig.* 4.

Habitat in Americæ insulis.

Annotatio. Linnæus, Olivier *P. cornutum* Fabricii præcedentis marem esse falso opinati sunt.

Hæc coleopterorum sectio tarsis omnibus quinque articulatis *Pentamerorum* voce a domino Dumeril insignitur.

## SECTIO SECUNDA.

### HETEROMERA. *HÉTÉROMÈRES.* (Dumeril.)

Tarsi quatuor antici articulis quinque; postici articulis quatuor.

Observationes. Antennæ articulis undecim, numquam lamellatæ, nec pectinato-capitatæ. Labrum in omnibus. Palpi quatuor. Mandibulæ semper corneæ, dentibus duobus aut

unico tantum. Maxillæ basi crustaceæ, sæpissime laciniis duabus, externa majore, subtrigona aut subovata. Mentum crustaceum, a labio distinctum. Labium coriaceum, hirsutum. *Oculi sæpius elongati, transversi aut emarginati.*

## TRIBUS PRIMA.

### NUBILI. *OBSCURS.*

*Mandibulæ* apice fissæ aut interne sub apice profunde emarginatæ (1). *Antennæ* (plerumque breves) capitis sub margine laterali et producto plerumque insertæ, sæpius penitus aut ad apicem moniliformes, quandoque perfoliatæ; articulis inferis in nonnullis subcylindricis aut subobconicis, ultimis brevioribus, rotundioribus; tertio in omnibus plerumque articulis contiguis longiore. *Mentum* crustaceum, sæpius magnum. *Labium* coriaceum, breve, latum, subintegrum aut late emarginatum; facie postica carinata. *Palpi* labiales maxillaribus sæpissime multo breviores, articulo ultimo crassiore, obtuso. (Pedes sæpius validi.) *Tarsi* unguibus indivisis.

## DIVISIO PRIMA.

### SABULOSI. *SABULICOLES.*

*Maxillæ* processu interno ungue corneo instructo. *Antennæ* moniliformes, articulis intus in dentem non prominulis, sub capitis margine laterali et producto in omnibus insertæ.

(Insecta lucifuga, sæpissime nigra aut obscura, ple-

(1) In *Ripiphoris* tamen mandibulæ inermes. Antennis flabellatis ab aliis ejusdem sectionis optime discernuntur hæc insecta. Inspice familiam vigesimam quartam.

rumque aptera. Caput sæpius thorace angustius et ipsi ad oculos usque intrusum, non cordatum. Scutellum in multis nullum. Elytra plurium coadunata et subtus inflexa, abdominis latera involventia.)

| | |
|---|---|
| Mentum magnum, oris maximam partem occupans, transversum. Maxillæ antice ad basin angustæ; rima illas utrinque recipiente lineari. *Thorax sæpe orbiculatus. Scutellum sæpius nullum. Elytra plerumque connata, lateribus subtus inflexis; alæ nullæ. Abdomen latum, ovatum, basi transverse truncatum.* | FAMILIA XIX[a]. PIMELIARIÆ. *Piméliaires.* |
| Mentum parvum, non latius quam longius. Maxillæ basi antica incrassata, lata; rima illas recipiente infra late excavata et suborbiculata. Labium ultra mentum porrectum. *Corpus non semper apterum.* | FAMILIA XX[a]. TENEBRIONITES. *Ténébrionites.* |

## DIVISIO SECUNDA.

### HERBICOLÆ. *HERBICOLES.*

*Maxillæ* ungue corneo et interno nullo. *Antennæ illis* perfoliatæ aut pectinatæ, vel serratæ; *his* simplices et insertione nuda capitisve margine laterali et producto non supertectæ, articulis subcylindricis aut subobconicis.

( Caput plerisque thoraci fere ad oculos usque intrusum; *illis* corpus sæpius ovale aut suborbiculatum; *his* caput thoraci postice non intrusum, subcordatum, margine postico latiore, rotundato; collum distinctum. Tarsi omnibus articulo penultimo bifido. Palpi maxillares sæpissime extrorsum crassiores aut capitati.

Observatio. Character ex maxillarum unguis cornei præsentia aut absentia depromptus, haud facile perspiciendus, fallax ergo; seriem naturalem perturbare videtur; *Platynoti* enim et *Helopes Tenebrionibus* maxime affines; maxillæ tamen ultimorum unguiculatæ dum in aliis inermes.

*I. Caput thoraci postice intrusum, haud cordatum (antennæ simplices).*

| | |
|---|---|
| Antennæ sensim extrorsum crassiores aut capitatæ; perfoliatæ vel capitulo compresso, ex articulis transversis, quatuor ad minus, formato terminatæ. Corpus ovale aut suborbiculare, plerisque gibbum aut valde convexum, raro depresso-membranaceum, et *his* caput sub thorace clypeiformi absconditum. Tarsi articulis omnibus indivisis. | FAMILIA XXI[a]. Diaperiales. *Diapériales.* |
| Antennæ filiformes aut vix ad apicem crassiores, articulis plerisque sæpius cylindricis aut obconicis, quatuor apicalibus tantum in nonnullis paulo brevioribus et magis rotundatis; insertione subnuda. Corpus elongatum. Palpi maxillares sæpissime articulo apicali obtrigono, compresso; aut securiformi vel cultriformi. Tarsi quorumdam articulo penultimo bifido. | FAMILIA XXII[a]. Helopii. *Hélopiens.* |

*II. Caput penitus exsertum, subcordatum, margine postico latiore, rotundato. (Antennæ sæpissime serratæ aut pectinatæ.)*

Tarsi omnes articulo penultimo bifido. Corpus oblongum, depressum. Thorax plerumque orbiculatus vel subquadratus. Elytra postice rotundata, non angustiora. Abdomen postice obtusum, haud caudato-productum. Corpus non saltatorium. } FAMILIA XXIII[a]. PYROCHROIDES. *Pyrochroïdes.*

Tarsi omnes aut postici articulis indivisis, unguibus, majorum saltem, subtus unidentatis aut denticulatis. Corpus breve, crassum, juxta latera compressum. Caput perpendiculare aut valde inflexum, trigono-ovatum, possice superneque rotundatum, thoraci adpressum. Antennæ sæpius serratæ aut pectinatæ (breves, ad oculorum marginem internum insertæ). Thorax in laminam formatus, trapeziformis, postice latior, immarginatus. Elytra rigida, sæpius ad apicem sensim acuminata. Alæ nullatenus aut ad apicem tantum plicatæ. Abdomen subtrigonum aut conicum, postice acuminatum aut caudatum. Pedes antici sub capite veluti inserti; postici magni. Corpus sæpe saltatorium. } FAMILIA XXIV[a]. MORDELLONÆ. *Mordellones.*

## TRIBUS SECUNDA.

### VERSICOLORES. *VERSICOLORS.*

*Mandibulæ* sæpissime apice indivisæ (nec bifidæ, nec emarginatæ). *Illis* tarsi unguibus apice bifidis aut subtus denticulatis, articulis omnibus indivisis; caput cordatum; thorax parvus, capite et elytris plerumque angustior, sæpius subquadratus et antice angustato-rotundatus; elytra sæpe mollia, subinflexa. *His* tarsi omnes articulo penultimo bifido; caput nutans, modo prominulum (et tunc corpus aut elongato-lineare, elytris mollibus, angustatis; aut ovale, dorso arcuato; antennis his et illis elongatis), modo in rostrum angustum porrectum.

Observatio. Mentum sæpius breve. Labium in multis membranaceum, elongatum, profunde emarginatum.

| | |
|---|---|
| Tarsi omnes articulis indivisis, unguibus subtus denticulatis setaque intermedia instructis. Corpus latum, crassum. Caput subtrigonum, nutans; antennis filiformibus, compressis, brevibus; oculis elongatis aut emarginatis; mandibulis validis, exsertis; palpis in omnibus filiformibus. Thorax transverso-quadratus. Abdomen breve. Pectus longitudinale. Pedes breves, validi. | FAMILIA XXV^e. HORIALES. *Horiales.* |

Tarsi omnes articulis indivisis, unguibus apice bifidis. Caput cordatum, thorace latius, valde inflexum aut subperpendiculare ; antennis submoniliformibus aut articulis cylindricis ; oculis quandoque emarginatis. Thorax parvus, subquadratus, antice plerisque subangustato-rotundatus. Elytra *illis* flexibilia, subinflexa, angusta, elongata ; *his* abdomine breviora, postice ad suturam divaricata. Abdomen sæpe molliusculum.

FAMILIA XXVI^a.
CANTHARIDIÆ.
*Cantharidies.*

Tarsi multorum articulo penultimo bifido, unguibus omnium indivisis aut simpliciter denticulatis. Corpus *illis* sublineare, rectum ; antennis longis ; thorace subæque lato, subquadrato ; elytris flexibilibus, angustis, in multis subulatis. Corpus *his* subovale aut subovatum ; capite modo simpliciter prominulo (et tunc antennæ elongatæ, palpi longitudine non valde diversi ; thorace sæpius transverso-quadrato aut trapeziformi ; dorso arcuato) modo antice angusto rostrato.

FAMILIA XXVII^a.
CISTELENIÆ.
*Cistélénies.*

## FAMILIA DECIMA NONA.

### PIMELIARIÆ. *PIMÉLIAIRES.*

*I. Antennæ (plane moniliformes) capitatæ; articulo decimo aut undecimo sive apicali incrassato.*

*(Tibiæ anticæ ad apicem latæ et extus valide bidentatæ vel palmatæ.)*

Observatio. Palpi maxillares articulo ultimo majore, subobtrigono aut subovato.

### CCXII. Genus. *Chiroscelis. Chiroscéle.*

*Chiroscelis*, Lamarck.

*Antennæ* articulo apicali capitulum transverso-subglobosum formante. *Labrum* coriaceum, exsertum, subquadratum, antice rotundatum. *Mentum* lunato-cordatum; illius sinu labium parvum, latum, emarginatum, includente.

*Corpus* parallelipipedum, depressum, marginatum. *Caput* exsertum. *Thorax* subquadratus, lateribus rotundatis. *Scutellum. Abdomen* oblongum, infra elytris non amplexum. *Tibiæ* anticæ extus et intus valide bidentatæ.

Spec. 1. *Chiroscelis bifenestra. Chiroscéle à deux lacunes.*

C. Niger, nitidus; elytris punctato-striatis; abdominis segmento secundo maculis duabus ovalibus, fuscis, tomentosis, substantia minus crustacea.

*Chiroscélis à deux lacunes.* Lam. *Ann. d'Hist. nat.*, 16^e^. *cah.*, *p.* 260, *pl.* 22, *fig.* 2.

*Chiroscélis à deux lacunes.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 262, *pl.* 87, *fig.* 1.

Habitat in Australasia; insula *Ste. Marie.* Dom. Dom. *Peron*, *Lesueur.*

Speciem

Speciem alteram priori fere similem, at paulo minorem et maculis abdominalibus nullis, ex Africa attulit Perin.

CCXIII. Genus. *Erodius. Erodie.*

*Erodius, Fab., Oliv., Lam. — Tenebrio, Linnæi.*

*Antennæ* articulo decimo incrassato, cum sequente sive apicali capitulum turbinato-globosum formante; articulo isto minimo, a præcedente subincluso. *Labrum* transverso-quadratum, exsertum; margine antico subintegro, ciliato. *Maxillæ* laciniis hirsutissimis. *Mentum* transverso-orbiculatum, emarginatum, labium penitus fere obtegens.

*Corpus* breviter ovale aut suborbiculatum, gibbum, marginatum. *Thorax* transversus, margine antico emarginato, capitis partem posticam excipiente. *Scutellum* nullum. *Tibiæ* omnes apice interno bicalcarato.

Spec. 1. *Erodius gibbus. Erodie bossu.*

E. Ater, nitidus; capite elytrisque granulis minimis, obsoletis, sparsis; thorace lævi; margine antico pilis brevissimis, flavescentibus, incumbentibus ciliato; elytro singulo costis tribus, lævibus, ad apicem subobliteratis, interna breviore.

*Erodius gibbus. Fab. System. eleut., tom. 1, p. 121.*

*Erodie bossu. Oliv. Entom., tom. 3, n°. 63, pl. 1, fig. 3.*

*Erodie bossu. Latr. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom. 10, p. 263, pl. 87, fig. 2.*

*Herbst. Coleopt. 8, tab. 127, fig. 5.*

*Coqueb. Illust. Icon. Insect. Dec. 3, tab. 30, fig. 8.*

Habitat in Europa Australiori, Africa; in Gallo-provinciæ maritimis a Domino Caillemer, filio, lecta.

### *II. Antennæ non capitatæ.*

### (*Tibiæ nullæ dentato-palmatæ.*)

CCXIV. Genus. *Zophosis. Zophose.*

*Erodius*, *Fab.*, *Olivier.*

*Antennæ* articulis septem primis cylindricis; quatuor aliis paulo crassioribus, brevioribus; octavo, nono, decimo, turbinato-obconicis, ultimo subovato, acuto. *Labrum* exsertum, transverso-quadratum, integrum, coriaceum. *Palpi* maxillares articulo ultimo paulo majore, cylindrico-obconico, compresso. *Mentum* latius quam longius, lateribus rotundatis, margine supero emarginato.

*Corpus* breviter ovatum, supra convexum. *Thorax* triplo latior quam longior, margine antico concavo capitisque posteriora excipiente; marginis postici angulis lateralibus acuto-productis. *Scutellum* nullum. *Pedes* graciles; tibiis calcaribus duobus, elongatis.

Spec. 1. *Zophosis testudinaria. Zophose testudinaire.*

Z. Atra, nitida, temere punctulata; elytris connatis, subgranulosis; dorsi medio ad suturam depresso; corporis lateribus sæpius pulverulento-albidis.

*Tab. X, fig.* 6.

*Zophose testudinaire. Latr. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 10, *p.* 264, *pl.* 88, *fig.* 3.

*Erodius testudinarius. Fab. System. eleut., tom.* 1, *p.* 121.

*Erodie testudinaire. Oliv. Entom., tom.* 3, *n°.* 63, *pl.* 1, *fig.* 1, *a. b.*

*Herbst. Coleopt.* 8, *tab.* 127, *fig.* 11.

*Rœm. Gener. Insect. tab.* 34, *fig.* 33.

Habitat in Oriente.

Annotatio. Congenerici Erodii *trilineatus*, *quadrilineatus*, *punctulatus*, Olivier; Erodius *minutus* Fabricii, etc.

CCXV. Genus. *Pimelia. Pimélie.*

*Pimelia*, Fab., Oliv., Lam. — *Tenebrio*, Linn., Geoffroi.

*Antennæ* articulo tertio valde elongato, cylindrico; sequentibus obconico-ovatis aut subovatis; octavo et nono paulo crassioribus, turbinatis aut obconicis; decimo semigloboso; ultimo parvo, brevissimo; illius basi a præcedente veluti inclusa. *Labrum* coriaceum, exsertum, transverso-quadratum, integrum. *Palpi* maxillares filiformes, articulis duobus ultimis subobconicis, subæqualibus, basi attenuatis, ad apicem crassioribus, obtusis. *Mentum* transversum, lateribus rotundatis, margine supero emarginato.

*Corpus* ovatum, antice abrupte angustatum. *Thorax* abdomine multo angustior, capite paulo latior, brevis, transverso-semiorbiculatus, lateribus rotundatis, margine antico concavo. *Scutellum* minimum aut nullum. *Abdomen* magnum, orbiculato-ovatum et ad basin transverse truncatum; ad anum, obtuse acuminatum. *Tibiæ* bi-calcaratæ; anticæ elongato-trigonæ; tarsi breves.

Spec. 1. *Pimelia bipunctata. Pimélie biponctuée.*

P. Antennis articulis octavo et nono turbinatis, undecimo et ultimo in globum conjunctim dispositis; corpore nigro, obscuro; thorace punctis minimis, elevatis, brevissime pilosis, aspero; disco utrinque transverse breviter impresso aut unipunctato; impressionibus quandoque conjunctis; marginibus antico et postico pilis brevissimis, rufo-flavescentibus, ciliatis; elytris, ad suturam, planiusculis, scabris, punctis elevatis, variis; singulo lineis quatuor elevatis, (marginali sive externa computata) longitudinalibus, nitidis; duabus internis paulo brevioribus, secunda præsertim; externis subcrenatis.

*Pimelia 2-punctata.* Fab. *System. eleut., tom.* 1, *p.* 130.

*Pimélie muricate.* Oliv. *Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 59, *pl.* 1, *fig.* 1, *a. b. fig.* 4.

*Pimelia muricata.* Petag. *Spec. Insect. Calab.*, *p.* 25, *fig.* 14.

*Pimélie muricate.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 264, *pl.* 87, *fig.* 5. — *P. bi-ponctuée*, ibid., *p.* 265.

Herbst. *Coleopt.* 8, *tab.* 123, *fig.* 1.

*Tenebrion cannelé.* Geoff. *Hist. des Insect.*, *tom.* 1, *p.* 352.

Habitat in Gallia Australiori, Italia, Hispania. Cum *Tenebrione muricato* Linnæi sæpe confunditur, descriptionum collatione tamen multum diversa.

Ejusdem generis Pimeliæ *grossa*, *minuta*, *longipes*, *hispida*, *serrata*, *angulata*, *echinata*, *maculata* Fabricii.

### CCXVI. Genus. *Moluris. Moluris.*

*Tenebrio*, de Geer. — *Pimelia*, Fab., Olivier.

*Antennæ* articulo tertio elongato, cylindrico; sequentibus omnibus, apicali excepto, obconicis aut cylindrico-obconicis; nono, decimo et ultimo paulo crassioribus; isto globoso-ovato, duobus antecedentibus subturbinatis. *Labrum* coriaceum, exsertum, transverso-quadratum, integrum. *Palpi* maxillares filiformes, articulo apicali præcedente paulo breviore, subtrigono aut obconico, compresso. *Mentum* breve, latum, transverso-quadratum, margine supero recto aut obsolete subconcavo. *Labium* crustaceum, exsertum, profunde emarginatum.

*Corpus* elongato-ovatum, capite thoraceque abdomine angustioribus. *Thorax* capite latior, convexus, subglobosus et antice posticeque transverse truncatus. *Scutellum* nullum. *Abdomen* magnum, ovatum, ad basin transverse-truncatum. *Tibiæ* angustæ, calcaribus brevibus.

Spec. 1. *Moluris striata. Moluris striée.*

M. Atra, glabra, nitida; thoracis lateribus scabris; elytris lævibus; lineis tribus in singulo suturaque sanguineis; tibiis posticis subarcuatis.

*Moluris striée.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 10, *p.* 266, *pl.* 87, *fig.* 4.

*Pimelia striata.* Fab. *System. eleut., tom.* 1, *p.* 128.

*Pimélie striée.* Oliv. *Entom., tom.* 3, *n°.* 59, *pl.* 1, *fig.* 11.

*Wulff. Insect. Cap., tab.* 2, *fig.* 16.

Habitat in Africa.

Observatio. Congenericæ Pimeliæ *unicolor, gibba* Fabricii, Olivier, etc.

## CCXVII. Genus. *Tagenia. Tagénie.*

*Stenosis, Herbst. — Akis, Fabricii.*

*Antennæ* subfiliformes, ad apicem paululum sensim crassiores, articulis undecim; plerisque brevibus, obconico-cylindricis, basi parum attenuatis, aut subobconicis, quandoque obconico-semiglobosis, subperfoliatis; apicali sive undecimo parvo, subgloboso vel breviter ovato, acuto; *illis* articulo secundo tertio subæquali aut longiore; *his* secundo tertio paulisper breviore; isto aliis paulo at non duplo longiore. *Labrum* vix exsertum, margine antico solum conspicuo, transverso, ciliato. *Mandibulæ* apice acutæ. *Palpi* maxillares articulo ultimo paulo crassiore, trigono aut subobconico, truncato. *Mentum* subquadratum, margine supero integro aut vix et late subemarginato. *Labium* integrum aut vix emarginatum.

*Corpus* elongatum, depressum, capite thoraceque abdomine angustioribus. *Thorax* subcordatus, postice angustior, truncatus. *Scutellum* minutissimum, conspicuum. *Elytra* subtus non aut breviter inflexa. *Abdomen*

elongato-ovatum, ad basin transverse truncatum. *Pedes* femoribus validis, anticis præsertim; tibiis ad apicem sensim latioribus, elongato-obconicis, compressis, breviter calcaratis.

SPEC. 1. *TAGENIA FILIFORMIS. Tagénie filiforme.*

T. Antennis articulis plerisque subsemiglobosis, paululum perfoliatis, villosulis; secundo tertio vix breviore; corpore angusto, punctato, nigro; capite elongato-quadrato; thorace elongato; elytris striato-punctatis; tibiis calcaribus brevissimis.

*Tab. X, fig.* 9, *aucta, scala longitudinis adjecta.*

*Tagénie filiforme.* LATR. *Hist nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 272.

*Stenosis angustata.* HERBST. *Coleopt.* 8, *tab.* 127, *fig.* 1.

*Rhinomacer brentoides.* ROSS. *Faun. etrusc.*, *tom.* 1, *p.* 135, *tab.* 3, *fig.* 14.

*Akis filiformis.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 1, *p.* 137.

Habitat in Gallia Australiori, Africa.

CCXVIII. GENUS. *EURYCHORA. Eurychore.*

*Eurychora*, LAG., HERBST., FAB. — *Pimelia*, OLIVIER.

*Antennæ* compressæ, articulis decem, subcylindricis; tertio valde elongato, aliis brevibus; decimo sive ultimo antecedentibus paulo majore, versus apicem tantisper latiore, ad apicem oblique utrinque truncato, in angulum prominulum exciso. *Labrum* non aut vix exsertum. *Mentum* crustaceum, breve, latissimum, transverso-lunato-quadratum, margine supero late introrsum subarcuato aut subconcavo.

*Corpus* breviter ovale, supra concavo-depressum, thoracis elytrorumque marginibus elevatis, acutis, compressis, villosis. *Caput* trigonum, antice latius, postice sensim angustius; clypeo antice emarginato et ad latera

rotundato. *Thorax* magnus, semicircularis, lateribus compresso-membranaceis, elevatis; margine postico transverso, recto, ab elytris utrinque intervallo notabili distante; margine antico profunde et quadratim, ad caput excipiendum, emarginato. *Scutellum* nullum. *Elytra* connata, subtus ad pedum originem usque inflexa *Abdomen* ovatum, transverse ad basin truncatum. *Pedes* graciles, femoribus tibiisque cylindricis, crassitie vix diversis; tibiarum calcaribus minimis; tarsis brevibus.

SPEC. 1. *EURYCHORA CILIATA. Eurychore ciliée.*

E. Nigra, lævis; thoracis elytrorumque marginibus obscure rufo-villosis.

*Eurychora ciliata. LAG. Dissert. acad. THUNB. edit. Gotting.* 1801, *tom.* 3, *p.* 234.

*Eurychora ciliata. FAB. System. eleut.*, *tom.* 1, *p.* 133.

*Eurychore ciliée. LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 10, *p.* 269. — *Genr. EURYCHORE. Précis des caract. gén. des Insect.*, *p.* 17.

*Eurychora ciliata. HERBST. Coleopt.* 8. *tab.* 119, *fig.* 9. — Variet. ? ejusd. *modesta.* Ibid. *fig.* 10. — *Pusilla.* Ibid. *fig.* 11.

*Pimélie ciliée. OLIV. Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 59, *pl.* 2, *fig.* 19, *a. b.*

Habitat ad Bonæ Spei promontorium.

CCXIX. GENUS. *AKIS. Akis.*

*Akis, HERBST., FAB.* — *Tenebrio, LINN.* — *Pimelia, OLIVIER.*

*Antennæ* compressæ, articulis undecim; secundo minimo; tertio longissimo, cylindrico; quarto et sequentibus ad octavum usque obconico-cylindricis aut cylindricis; tribus apicalibus minoribus; nono et decimo diametro transversali longitudinali subæquali aut illo majore; articulo *illo* obconico, *hoc* turbinato; ultimo sive

undecimo breviter obconico-ovato. *Labrum* coriaceum, transversum, integrum, capitis marginis antici incisuram occupans. *Palpi* maxillares filiformes, articulo ultimo obconico, compresso. *Mentum* cordato-quadratum, margine supero rotundato, in medio emarginato; aut cordatum, transverse infra truncatum. *Labium* non aut vix exsertum.

*Corpus* elongato-ovatum aut ovale, dorso (abdominali saltem) planiusculo. *Caput* antice obtusum, latius. *Thorax* elytris angustior, cordatus, postice truncatus; aut suborbiculatus antice et postice truncatus; *illis* latus, supra planus, antice concavus, marginibus laterum reflexis et angulis posticis in dentem productis; *his* angustus, convexus, ad figuram orbiculatam accedens, antice et postice truncatus. *Scutellum* minimum, distinctum. *Elytra* connata, dorso plana, subtus inflexa; marginibus laterum acutis. *Abdomen* ovatum, basi in pediculum brevissimum formata. *Pedes* graciles, elongati; tibiis omnibus cylindricis, calcaribus minimis.

*I. Caput postice non aut vix attenuatum; antennæ articulis quarto et sequentibus obconico-cylindricis, brevibus; thorax latus, cordatus, postice truncatus, antice concavus, supra planiusculus; marginibus laterum reflexis; angulis posticis in dentem productis.*

SPEC. 1. *AKIS REFLEXA. Akis refléchie.*

A. Atra, nitida; elytris dorso lævi, ad margines laterales supra et infra longitrorsum tuberculatis.

*Akis reflexa.* HERBST. *Coleopt.* 8, *tab.* 125, *fig.* 6.

*Akis reflexa.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 1, *p.* 135.

*Akis réfléchie.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 268, *pl.* 87, *fig.* 6.

*Pimélie*

*Pimélie réfléchie.* OLIV. *Entom., tom.* 3, *n°.* 59, *pl.* 1, *fig.* 9.

Habitat in Europa Australiori, Africa, Oriente.

*II. Caput postice elongato-attenuatum; antennæ articulo tertio et sequentibus cylindricis, elongatis; thorax angustus, convexus, immarginatus, suborbiculatus, antice posticeque truncatus.*

SPEC. 2. *AKIS COLLARIS. Akis collaire.*

A. Atra, obscura; capite unicarinato; elytris lævibus.

*Akis collaris.* FAB. *System. eleut., tom.* 1, *p.* 135.

*Akis collaire.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 10, *p.* 268.

*Tenebrio collaris.* LINN. *System. nat., ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *p.* 677.

*Pimélie collaire.* OLIV. *Entom., tom.* 3, *n°.* 59, *pl.* 1, *fig.* 8.

*Pimelia collaris.* HERBST. *Coleopt.* 8, *tab.* 125, *fig.* 3.

Habitat in Gallia Australiori; Massiliæ, Anselm. Desmarets, Réglé; in Hispania, Durand; in Barbaria, Desfontaines.

CCXX. GENUS. *ASIDA. Aside.*

*Machla*, HERBST. — *Tenebrio*, GEOFF. — *Opatrum*, FAB., OLIVIER.

*Antennæ* extrorsum crassiores, articulo tertio paululum elongato; quarto et sequentibus ad octavum usque subobconicis, apice rotundatis aut ovali-subcylindricis, brevibus; nono et decimo crassioribus; *illo* obconico, *hoc* subsemigloboso, latiore, apice paulo emarginato, ad ultimi, sive undecimi, basin excipiendam; isto minimo, transverso-ovali. *Labrum* coriaceum, exsertum, transversum, antice rotundatum, in medio subemarginatum. *Palpi* maxillares capitati; articulo ultimo majore, obtrigono. *Mentum* cordatum, infra transverse truncatum; margine supero rotundato, emarginato.

*Corpus* ovatum, supra planiusculum. *Thorax* subquadratus, postice sensim paulo latior, antice emarginatus, pro capitis insertione; laterum marginibus reflexis; margine postico elytrorum basis latitudine, utrinque subsinuato. *Scutellum* minimum, distinctum. *Elytra* connata, subtus inflexa. *Abdomen* ovatum, ad basin transverse truncatum. *Tibiæ* elongato-obconicæ, compressæ, apice latiores, calcaribus minimis.

SPEC. 1. *ASIDA GRISEA. Aside grise.*

A. nigra, terreno-pulverulenta; antennis pilosulis; thorace punctis elevatis, minutissimis, vix distinguendis, confertissimis pilumque brevissimum emittentibus, subaspero; elytro singulo rugis quatuor tribusve, longitudinalibus, flexuosis, sæpius confluentibus; pedibus pilosis, pilis brevibus, nigris.

*Aside grise.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 10, *p.* 270, *pl.* 87, *fig.* 8.

*Le Ténébrion ridé.* GEOFF. *Hist. des Insect., tom.* 1, *p.* 347, *pl.* 6, *fig.* 6.

*Opatrum griseum.* FAB. *System. eleut., tom.* 1, *p.* 115. — *Platynotus morbillosus*, ibid. *p.* 140.

*Opatre gris.* OLIV. *Entom., tom.* 3, *n°.* 56, *pl.* 1, *fig.* 1, *a. b. c. d.*

*Pimelia variolosa.* PANZ. *Faun. Insect. Germ., fasc.* 74, *fig.* 1.

*Machla rugosa.* HERBST. *Coleopt.* 8, *tab.* 126, *fig.* 11.

Habitat in Gallia, Germania, Italia, locis sabulosis.

OBSERVATIO. Opatrum *fuscum* Fabricii (Asida) idem ac Opatrum *rugosum* Olivier.

CCXXI. GENUS. *TENTYRIA. Tentyrie.*

*Akis*, FAB. — *Pimelia*, OLIVIER.

*Antennæ* filiformes, articulis undecim; tertio elon-

gato, subcylindrico; quarto et sequentibus ad octavum usque obconico-cylindricis aut subobconicis; tribus ultimis paulo brevioribus, globoso-subturbinatis. *Labrum* coriaceum, exsertum, transversum, lateribus rotundatis, integrum. *Palpi* maxillares subfiliformes, articulo ultimo paulo majori, subobconico. *Mentum* subquadratum, paulo latius quam longius, margine supero rotundato, emarginato.

*Corpus* elongato-ovatum, capite thoraceque præsertim abdomine sæpius angustioribus. *Thorax* subsemiorbiculatus aut suborbiculatus, ab elytrorum basi postice utrinque remotus. *Scutellum* minutissimum, distinctum. *Coleoptra* connata. *Abdomen* ovatum. *Pedes* elongati, femoribus tibiis crassioribus; istis calcaratis, apice paulo latioribus.

SPEC. 1. *TENTYRIA INTERRUPTA. Tentyrie interrompue.*

T. Atra, nitida; antennarum articulis subobconicis, quatuor ultimis brevioribus, rotundioribus; capite punctulato, utrinque supra antennarum insertionem longitrorsum impresso rugaque superoculari; lateribus inferis unidentatis; thorace abdomine angustiore, semiorbiculato, obsolete punctato, parum convexo, undique marginato; dorso lineola brevissima punctoque utrinque impressis; scutello lato, subcordato; abdomine ovali-ovato; pedunculo baseos obvio, confertissime punctato; elytris externe obsolete substriatis, postice ad suturam subrugosulis; plica marginali et externa ad scapulas superne obliterata.

*Tentyrie orbiculée.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 271, *pl.* 87, *fig.* 7.

*Pimélie glabre.* OLIV. *Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 59, *pl.* 2, *fig.* 13.

Habitat in Galliæ occidentalis et australis Oceani littoribus; D. D. Delavaux, Rodrigues.

Observationes. *Akis orbiculata* Fabricii (*Pimelia glabra*, Herbst. *Coleopt.* 8, *tab.* 121, *fig.* 3; *Pimelia orbiculata?* ibid. *tab.* 120, *fig.* 1,), ab illa differt antennarum articulis mediis magis elongatis, subcylindricis; thorace magis convexo, lævissimo, alioquin conformi et postice distincte marginato; abdomine minus elongato (ovato) minusque pedunculato; elytris lævissimis; plica marginali et externa basi non interrupta et scutellum attingente; scutello orbiculato.

*Tentyria glabra* nostra (*Hist. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 271.) *Pimeliæ glabellæ* domini Herbst., *tab.* 121, *fig.* 4, proxima, inter *Tentyriam interruptam* et *Akidem glabram* Fabricii media. Priore brevior, plane lævis, subopaco-atra; antennis fere iisdem; thorace elytrorum basi vix angustiore, semiorbiculato aut sublunato, postice obsolete marginato; illius marginis medio bidentato; scutello trigono; elytrorum plica marginali et externa ad scapulas pariter desinente. In *Akide glabra* corpus brevius, latius; caput antice et transverse supra incrassatum; thorax elytrorum latitudine aut latior, minus semiorbiculatus, transverso-subquadratus, lateribus rotundatis, postice distincte marginatus; abdomen basi lata, truncato-ovatum. Hanc Tentyriam *Pimeliæ orbiculatæ* e domini Fabricii manu nomine inscriptam in dom. Desfontaines musæo vidi, dum ibidem ex opposito *Tentyria orbiculata* pro Pimelia *glabra* exhibetur; inadvertentiæ error profecto, cum observante domino Fabricio, Pimeliæ (akidis) *orbiculatæ* thorax elytris sit angustior.

Tentyriis associandæ Pimeliæ, *scabriuscula*, *striatula* domini Olivier; hæc P. *curculionoidi* domini Herbst, *tab.* 121, *fig.* 2, affinis.

## CCXXII. Genus. *Hegeter. Hégètre.*

*Blaps*, Olivier.

*Antennæ* filiformes, articulis undecim, plerisque subcylindricis; tertio elongato; octavo, nono, decimo gradatim brevioribus, subobconicis; apicali sive undecimo

parvo, breviter ovato. *Labrum* coriaceum, exsertum, transversum, integrum. *Palpi* maxillares articulo ultimo paulo majore, subobconico, compresso. *Mentum* magnum, transverso - semiorbiculare, margine supero recta transverse truncato aut retuso.

*Corpus* ovale, supra planum, postice acuminatum. *Caput* breve, thoraci ad oculos usque intrusum. *Thorax* elytris paulo angustior, illorum basi postice intime affixus, quadratus. *Scutellum* minutissimum. *Elytra* postice sensim acuminato-deflexa, ad latera breviter subtus inflexa. *Abdomen* elongato-trigonum. *Pedes* graciles; tibiis breviter calcaratis.

Spec. 1. *Hegeter striatus. Hégètre strié.*

H. Ater, obscurus; labro, palporum maxillarium antennarumque apicibus fuscis; capite thoraceque lævibus, impunctatis; thorace ad latera posticeque marginato, angulis acutis; scutello lineari, transverso; elytra basi et externe marginata, subsulcata.

*Tab. IX, fig.* 11.

*Hégètre strié.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 10, *p.* 276.

*Blaps allongé.* Oliv. *Entom., tom.* 3, *n°.* 60, *pl.* 1, *fig.* 7.

Habitat in insula Teneriffe.

Observatio. Congenerica videtur *Blaps buprestoides* Fabricii. (*Oliv. Entom., tom.* 3, *n°.* 60, *pl.* 1, *fig.* 6.)

## FAMILIA VIGESIMA.

### TENEBRIONITES. *TÉNÉBRIONITES.*

*I. Palpi maxillares filiformes aut vix apice crassiores (non vix distincte capitati).*

CCXXIII. Genus. *Sepidium. Sépidie.*

*Sepidium*, *Fab.*, *Oliv.*, *Lac.*, *Herbst.*

*Antennæ* filiformes, articulis undecim; tertio elongato, cylindrico; sequentibus ad nonum usque subovato-conicis aut subobconicis; decimo turbinato-semigloboso vel obconico; apicali ovato, apice acuto. *Labrum* coriaceum, exsertum, transverso-quadratum, margine antico integro, ciliato. *Palpi* maxillares prominuli, articulo ultimo paulo majore, subovato, compresso, truncato. *Mentum* breve, late sub-cordatum, ad basin paulo angustatum, transverse truncatum, deinde ad apicem sensim latius; margine supero subrecto, late et obsolete subconcavo. *Labium* exsertum, profunde emarginatum.

*Corpus* elongato-ovatum. *Caput* thorace angustius. *Thorax* subcordatus aut subovatus, antice posticeque truncatus, dorso sæpe carinato aut valde inæquali, lateribus dilatatis. *Scutellum* indistinctum. *Elytra* connata, subtus inflexa. *Abdomen* ovatum. *Tibiæ* cylindricæ, calcaribus brevibus. *Tarsi* breves.

Spec. 1. *Sepidium tricuspidatum. Sépidie tricuspidée.*

S. Cinereum; thorace lateribus in dentem lobumve obtusum dilatatis; dorso gibbo, carina triplici piloso-squamosa; parte antica in malleolum, supra caput porrectum, dilatata; elytro singulo carina marginali dentata lineaque longitudinali elevata, undulata, ramoso-scalari punctisque elevatis prominulis.

*Sepidium tricuspidatum. Fab. System. eleut.*, *tom.* 1, *p.* 126.

*Sépidie tricuspidée.* OLIV. *Entom.*, *tom.* 3. *n°.* 61, *pl.* 1, *fig.* 1. *b.*

*Sépidie tricuspidée.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 273, *pl.* 88, *fig.* 1.

HERBST. *Coleopt.* 8, *tab.* 126, *fig.* 1.

Habitat in Lusitania, Africa, Oriente.

CCXXIV. GENUS. *SCAURUS. Scaure.*

*Scaurus*, FAB., OLIV., HERBST, LAMARCK.

*Antennæ* filiformes, articulis undecim; tertio elongato, subcylindrico; quarto, quinto, sexto et septimo brevibus obconico-cylindricis aut subobconicis; octavo, nono, decimo, ovali-subcylindricis; apicali sive undecimo tertii longitudine aut illo longiore, elongato-obconico, apice acuto. *Labrum* coriaceum, exsertum, transversum, margine antico integro, ciliato. *Palpi* maxillares articulo ultimo obconico-cylindrico, compresso. *Mentum* transverso-quadratum, integrum. *Labium* nudum, integrum.

*Corpus* elongato-ovatum. *Caput* thorace angustius. *Thorax* magnus, elytrorum latitudine aut illis latior, subcordatus aut suborbiculatus, antice posticeque truncatus, postice paulo angustior, lateribus rotundatis, dorso planiusculo. *Scutellum* minutissimum. *Elytra* connata, subtus inflexa, dorso plano. *Abdomen* ovatum. *Pedes* validi; femoribus anticis, in maribus præsertim, crassioribus (sæpius ad apicem dentatis); tibiis tenuibus, brevissime calcaratis; anticis in multis subincurvis.

SPEC. 1. *SCAURUS STRIATUS. Scaure strié.*

S. Ater, temere punctulatus; capite subtiliter rugosulo; thoracis dorso lineola obsoleta punctisque duobus impressis; elytro singulo lineis tribus longitudinalibus, elevatis, marginali computata; intervallis vage punctatis; femoribus anticis in *mare*

unidentatis, dente recto; in *femina* bidentatis, dente uno maximo, incurvo; tibiis intus dentatis.

*Scaurus striatus.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 1, *p.* 122. Mas.

*Scaure strié.* OLIV. *Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 62, *pl.* 1, *fig.* 2. — *Pimélie*, *tab.* 2, *fig.* 15.

*Scaure strié.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 275, *pl.* 88, *fig.* 2.

HERBST. *Coleopt.* 8, *tab.* 125, *fig.* 12.

*Pimelia carinata.* PETAG. *Spec. Insect. Calab.*, *p.* 26, *fig.* 19.

*Pimelia carinata.* ROSS. *Faun. etrusc.*, *tom.* 1, *p.* 230.

Habitat in Gallia Australiori, Hispania, Italia, Africa, etc.

### *II. Palpi maxillares capitati aut manifeste extrorsum crassiores.*

### CCXXV. GENUS. *MISOLAMPUS. Misolampe.*

*Antennæ* extrorsum sensim crassiores, articulis tertio et quarto elongatis, æqualibus, cylindricis; quinto, sexto, septimo, obconico-cylindricis, brevibus; tribus sequentibus sensim paulo crassioribus, subturbinatis; apicali majore, ovato. *Labrum* coriaceum, exsertum, transversum, integrum. *Palpi* maxillares porrecti, articulo apicali securiformi.

*Corpus* elongato-ovatum, convexum. *Caput* inflexum. *Thorax* elytris paulo angustior, subglobosus, antice concavo-emarginatus, capitis partem posticam excipiens. *Scutellum* minutissimum. *Elytra* connata, lateribus rotundatis, subtus inflexis. *Abdomen* subovatum, ad basin transverse truncatum, postice rotundatum. *Pedes* graciles; tibiis elongatis, angustis, calcaribus fere nullis aut obsoletis.

OBSERVATIO. Habitus *Molurium*; os ut in *Blaps* genere.

SPEC. 1.

SPEC. 1. *MISOLAMPUS HOFFMANSSEGII. Misolampe de Hoffmansseg.*

M. Ater, nitidus, punctatus; elytris punctato-striatis, punctis numerosissimis; antennis, palpis tarsisque rufescentibus.

*Tab. X, fig.* 8. *Auctus, scala longitudinis adjecta.*

Ab Entomologiæ peritissimo cultore et fautore ardentissimo, comite de Hoffmansseg, e Lusitania allatus.

CCXXVI. GENUS. *BLAPS. Blaps.*

*Blaps*, FAB., OLIV., LAM. — *Tenebrio*, LINN., GEOFF., DE GEER.

*Antennæ* filiformes, articulis undecim; secundo brevissimo; tertio elongato, sequenti duplo aut triplo longiore, subcylindrico; quatuor sequentibus plerumque subobconicis; octavo, nono, decimo, globosis; apicali sive undecimo globoso-ovato, apice acuto. *Labrum* exsertum, coriaceum, transverso-subquadratum, antice rotundatum, sæpe emarginatum. *Palpi* maxillares articulo ultimo compresso, obtrigono. *Mentum* subcordatum aut subobtrigonum, ad basin angustius, transverse truncatum, margine supero latiori, integro.

*Corpus* elongato-ovatum, supra planum. *Caput* thorace brevius. *Thorax* elytrorum fere latitudine, illorum basi postice recta transverse applicatus, subquadratus, lateribus paulo dilatato-rotundatis, postice subangustioribus. *Scutellum* minimum. *Elytra* connata, subtus ad latera inflexa, postice inflexo-acuminata, subcaudata. *Abdomen* ovatum, ad basin transverse recta truncatum. *Tibiæ* angustæ, calcaribus brevibus.

SPEC. 1. *BLAPS MORTISAGA. Blaps mucroné.*

B. Duplo longior quam latior (1), atra, obscura; labro

(1) Abdominis latitudo maxima.

emarginato ; thorace fere quadrato , diametris subæqualibus , postice parum angustato , plano , punctulato , lineola dorsali impressa , obsoletissima ; elytris lævibus , dorso planis , subobsolete punctulatis : postice in caudam brevissimam , obtusam productis.

*Blaps mortisaga.* FAB. *System. eleut.* , *tom.* 1 , *p.* 141.

*Blaps mucroné.* OLIV. *Entom.* , *tom.* 3 , *n°.* 60 , *pl.* 1 , *fig.* 2. *b.*

*Blaps mucroné.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.* , *tom.* 10 , *p.* 278 , *pl.* 88 , *fig.* 3.

HERBST. *Coleopt.* 8 , *tab.* 128 , *fig.* 3.

*Tenebrio mortisagus.* LINN. *System. nat.* , *ed.* 13 , *tom.* 1 , *pars* 2 , *p.* 676. — *Faun. Suec.* , *ed* 2 , *n°.* 594.

*Le Ténébrion lisse à prolongement.* GEOFF. *Hist. des Insect.* , *tom.* 1 , *p.* 346.

*Le Ténébrion à étuis en pointe.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.* , *tom.* 5 , *p.* 51.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.* , *fasc.* 3 , *fig.* 3.

Habitat in Europa , domibus , locis suffocatis.

OBSERVATIO. Blaps *gages* ( HERBST. *Coleopt.* 8 , *tab.* 128 , *fig.* 1. — PANZ. *Faun. Insect. Germ.* , *fasc.* 96 , *fig.* 1 , ) differt magnitudine majore , corpore paululum angustiore , minus obscuro ; labro profundius emarginato ; thorace cordato-quadrato , convexo , læviori , punctis obsoletissimis ; elytris in caudam longiorem productis.

Datur varietas paulo minor. *Blaps mortisaga.* HERBST. *Coleopt.* 8 , *tab.* 128 , *fig.* 2.

Blaps noster *similis* ( *Hist. nat. des Crust. et des Insect.* , *tom.* 10 , *p.* 279 ) *mortisagæ* affinis , at brevior et latior (latitudine longitudinis dimidium paululum superante ) ; labro subintegro ; corpore magis punctato , punctis obviis , in elytris præsertim quæ subtilissime rugosula quodam modo videntur ; thorace paulo latiore quam longiore ; elytris postice vix caudatis.

*Pimelia lævigata* Fabricii ( *tenebrio spinimanus.* PANZ.

*Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 59, *fig.* 1) generi *Blaps* profecto inscribenda; antennæ ab articulo quarto penitus moniliformes.

*Blaps spinipes* Fabricii (PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 96, *fig.* 2) *harpalis* associanda.

CCXXVII. GENUS. *PEDINUS. Pédine.*

*Tenebrio*, *LINN.*, *GEOFF.* — *Blaps*, *FAB.*, *HERBST.* — *Helops*, *OLIV.* — *Opatrum*, *OLIV.*, *ILLIGER.*

*Antennæ* filiformes, articulis undecim; tertio præcedenti dimidio tantum et sequenti non duplo longiore, subcylindrico; quarto, quinto, sexto et septimo breviter obconicis aut subcylindricis, basi paulo attenuatis; in paucis obconico-globosis; octavo, nono, decimo *illis* turbinatis aut obconico-semiglobosis, *his* subglobosis; ultimo præcedentis ad minus magnitudine, subgloboso, apice rotundo (non acuminato). *Labrum* coriaceum, brevissimum, transversum, integrum aut late subemarginatum, plerumque in clypei emarginati sinu receptum *Palpi* maxillares in multis prominuli, articulo ultimo securiformi vel obtrigono, compresso. *Mentum* suborbiculatum aut orbiculato-subcordatum, in nonnullis carinatum, margine supero et basi transverse truncatis. *Labium* parvum, emarginatum.

*Corpus* breviter ovale, depressum. *Caput* thorace angustius. *Thorax* elytris paulo latior, illorum basi postice recta transverse adnatus, transversus, antice concavus, marginibus rotundato-subdilatatis. *Scutellum* distinctum. *Elytra* lateribus simpliciter deflexis, sub abdomine non aut parum producto-inflexis. *Abdomen* subquadratum, postice rotundato-subangustatum. *Pedes* sæpius validi, tibiis aut anticis saltem plerumque triangularibus; tarsis anticis in altero sexu articulis mediis brevioribus, latioribus et infra sæpius hirsutis.

*I. Clypeus margine antico non emarginato ; labrum latum, integrum ; tarsi quatuor postici saltem elongati, tibiis longiores ; articulo basilari omnium mediis multo longiore ; tibiæ anticæ angustæ, elongato-obconicæ, non triangulares.*

(*Antennæ articulis fere omnibus subobconicis, penultimis solum turbinatis ; palpi maxillares prominuli, articulo ultimo, in altero sexu præsertim, magno, securiformi ; tarsi antici sexus unius articulis mediis quam in sequentibus minus distincte dilatatis, infra non aut vix hirsutis ; tarsis iisdem alterius sexus longioribus.*)

SPEC. 1. *PEDINUS GLABER. Pédine lisse.*

P. Niger, nitidiusculus, confertissime temereque punctulatus ; scutello trigono, lateribus æqualibus ; tarsis antennisque nigro-fuscis.

*Pédine lisse.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 20, *p.* 281. — Genre PÉDINE. *Préc. des caract. génér. des Insect.*, *p.* 20.

*Le ténébrion noir, lisse.* GEOFF. *Hist. des Insect.*, *tom.* 1, *p.* 351.

*Blaps glabra.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 1, *p.* 143.

*Hélops glabre.* OLIV. *Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 58, *pl.* 2, *fig.* 12.

*Blaps glabra.* HERBST. *Coleopt.* 8, *tab.* 128, *fig.* 12.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 50, *fig.* 1. Varietas. — *Fasc.* 36, *fig.* 1.

Frequens in Galliæ locis sabulosis.

*II. Clypeus margine antico emarginato, labrum angustum, emarginatum, in incisura excipiens ; tarsi tibiis breviores, articulo basilari anticorum articulis mediis non multo longiore ; tibiæ anticæ latæ, triangulares, apice emarginatæ.*

(*Antennæ articulis apicalibus saltem subglobosis ; palpi*

*maxillares sæpius non aut parum exserti, articulo ultimo semper nec prægrandi nec securiformi; tarsi antici articulis mediis in altero sexu multo latioribus, subtus hirsutis.*)

Spec. 2. *Pedinus femoralis. Pédine fémoral.*

P. Antennarum articulis apicalibus turbinato-subglobosis, longioribus quam latioribus; thorace ad angulos posticos non abrupte angustiori; corpore breviter ovali, ad majus duplo longiore quam latiore, atro, parum nitido, punctatulo; scutello late trigono; elytris striatis; femoribus posticis interne canaliculatis; alter sexus tarsis anticis medio dilatatis, femoribus posticis latere interno concavo-arcuato, hirsuto.

*Pédine fémoral. Latr. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 10, *p.* 282, *pl.* 88, *fig.* 4. Femina.

*Mas.*

*Blaps femoralis. Fab. System. eleut., tom.* 1, *p.* 143.

*Opatrum femoratum. Illig. Coleopt. Bor., tom.* 1, *p.* 109.

*Blaps femoralis. Herbst. Coleopt.* 8, *tab.* 128, *fig.* 10.

*Panz. Faun. Insect. Germ., fasc.* 39, *fig.* 5.

*Femina.*

*Tenebrio femoralis. Linn. System. nat., ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *p.* 110.

*Opatrum femorale. Illig. Coleopt. Bor., tom.* 1, *p.* 110.

*Blaps laticollis. Herbst. Coleopt.* 8, *tab.* 129, *fig.* 3.

*Blaps dermestoides? Fab. System. eleut., tom.* 1, *p.* 142.

*Panz. Faun. Insect. Germ., fasc.* 39, *fig.* 6.

Habitat in Galliæ, Germaniæ locis aridis et sabulosis; Parisiis, in campis *Argenteuil, St.-Maur.*

Observationes. Blaps *punctata, clathrata, emarginata,* Fabricii, *opatrum gibbum* ejusdem ad pedinos revocanda.

Pedino *femorali* feminæ affinis helops *lævigatus* Panzer, *fasc.* 50, *fig.* 6; *opatrum gibbum* Fabricii, ejusdem *blaps emarginata,* pedinus noster *hybridus,* a p. *glabro, femorali,* plane dis-

tincta thorace ad angulos posticos abrupte angustiori. In Gallia Australi, Burdigalæ, Monti-pessulo habitant.

*Opatris* maxime affines pedini, antennis filiformibus generice tamen ab illis distincti, p. *glaber* præsertim.

## CCXXVIII. Genus. *Opatrum*. *Opatre*.

*Opatrum*, *Fab.*, *Oliv.*, *Lam.* — *Silpha*, *Linn.* — *Tenebrio*, *Geoffroi*.

*Antennæ* apicem versus sensim extrorsum crassiores et compressæ, articulis undecim; tertio elongato, subcylindrico, ad basin paulisper attenuato; sequentibus brevibus, diametro transverso longitudinali *illis* vix breviore, *his* aut apicalibus breviore; quarto, quinto, sexto et septimo subobconicis aut obconicis; octavo, nono, decimo, compresso-semiglobosis, transversis, ultimo orbiculato. *Labrum* minimum, coriaceum, subemarginatum, clypei marginis anticis sinu medio inclusum. *Palpi* maxillares extra clypeum non exserendi, articulo ultimo obtrigono. *Mentum* parvum, subquadratum, versus basin sensim paulisper angustius (vel truncato-obtrigonum).

*Corpus* quadrato-ovale, depressum. *Caput* thorace angustius. *Thorax* transverso-subquadratus, margine antico retrorsum arcuato sive concavo, pro capite excipiendo; lateribus rotundatis; margine postico subsinuato. *Scutellum* distinctum. *Elytra* marginibus externis solum deflexis, abdominis latera subtus non involventibus. *Abdomen* elongato-quadratum, postice rotundatum. *Tibiæ* calcaribus brevissimis; anticæ trigonæ. *Tarsi* breves.

Spec. 1. *Opatrum sabulosum*. *Opatre sabuleux*.

O. Nigrum, sæpius cinereo-pulverulentum, glabrum, punctis minimis granulosis, confertissimis, scabriusculum; thorace late-

ribus depressis, marginatis, postice non angustatis; elytris lineis elevatis, utrinque tuberculoso-dentatis; tuberculorum lineis octo; tibiis anticis elongato-trigonis, extus æque et subobsolete denticulatis.

*Opatrum sabulosum.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 1, *p.* 116.

*Opatre sabuleux.* OLIV. *Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 56, *pl.* 1, *fig.* 4.

*Opatre sabuleux.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 286, *pl.* 88, *fig.* 5.

HERBST. *Coleopt.* 5, *tab.* 52, *fig.* 5.

*Silpha sabulosa.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *p.* 572. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 456.

*Le ténébrion à stries dentelées.* GEOFF. *Hist. des Insect.*, *tom.* 1, *p.* 350.

*Le ténébrion chagriné.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 5, *p.* 43, *pl.* 2, *fig.* 21.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 3, *fig.* 2.

Habitat in Europæ locis sabulosis.

OBSERVATIO. Opatrum *tibiale* multo minus, atrum, pulvere cinereo non adspersum; thorace lateribus sensim deflexis, vix marginatis, cicatriculis maculisve aliquot lævibus, nitidis; elytris subrugosis; tibiis anticis magnis, late trigonis, latere externo denticulis tribus, angulo apicali in dentem validissimum producto.

## CCXXIX. GENUS. *TOXICUM. Toxique.*

*Antennæ* articulis undecim: basilari longiore, obconico; secundo minimo; tertio, quarto, quinto, sexto et septimo, obconico-cylindricis, brevibus, tertio paulisper longiore; octavo, nono, decimo et undecimo, transversis, ad latus internum subprominulis, et cum ultimo clavam ovalem, compressam, formantibus; apicali suborbiculato. *Labrum* coriaceum, exsertum, subquadratum. *Mentum* subobtrigonum.

*Corpus* elongatum, fere lineare, subdepressum. *Thorax* subquadratus, paulo longior quam latior, antice paulo angustior. *Scutellum* distinctum. *Elytra* elongata, linearia, sub abdomine non inflexa. *Pedes* breves, antici præsertim; femoribus anguste elongato-ovalibus; tibiis subcylindricis, compressibus, calcaribus fere nullis.

SPEC. 1. *TOXICUM RICHESIANUM. Toxique de Riche.*

T. Nigrum, obscurum; elytro singulo punctorum striis octo; corpore alato.

*Tab. IX, fig.* 9.

Habitat in India Orientali. Riche, botanici Labillardière, in itinere per maria Australia infelix comes, animalia plurima strenue collegit, et laboribus confectus, in patria redux, mox occubuit.

ANNOTATIO. Generis hujus antennis ab affinibus distincti instrumenta cibaria mihi ignota.

CCXXX. GENUS. *TENEBRIO. Ténébrion.*

*Tenebrio, LINN., GEOFF., DE GEER, FAB., OLIV., HERBST, LAM. — Upis, FAB., PAYK. — Attelabus, LINN. — Boros, HERBST.*

*Antennæ* sensim apicem versus extrorsum crassiores et compressæ; articulis undecim; inferis subobconicis aut obconico-cylindricis; secundo brevissimo; tertio sequenti paulo longiore; septimo, octavo, nono, decimo, rotundioribus, latioribus, subsemiglobosis aut transverso-globosis, compressis; apicali modo subgloboso, modo subovato vel subquadrato, compresso. *Labrum* coriaceum, exsertum, transverso-quadratum, integrum. *Palpi* maxillares articulo ultimo subobtrigono aut subobconico, compresso, apice latiore. *Mentum illis* subquadratum,

dratum, basin versus paulo angustius, margine supero integro, recta transverso; *his* quadrato-ovatum, margine supero rotundato; medio sæpius longitrorsum subcarinato. *Labium* nudum, subintegrum aut emarginatum.

*Corpus* elongato-quadratum, depressum. *Thorax* plus minusve quadratus, marginatus. *Scutellum* distinctum. *Elytra* elongata, sublinearia, apice rotundata, sub abdomine non inflexa. *Pedes* femoribus clavatis; tibiis gracilibus, elongatis, vix calcaratis; anticis saltem, in uno sexu præsertim, plerumque arcuatis.

*I. Thorax postice elytrorum latitudine aut illis vix angustior; antennæ vix sensim extrorsum crassiores, articulis octavo, nono, decimo transversis, lentiformibus aut subglobosis; terminali subgloboso, longitudine latitudinem non superante.*

Observatio. Mentum subquadratum.

*Genus Tenebrio Fabricii.*

Spec. 1. *Tenebrio obscurus. Ténébrion obscur.*

T. Antennis articulo tertio secundo triplo longiore, quarti et quinti conjunctorum longitudine, subobconico; octavo, nono, decimo transverso-globosis; apicali globoso; clypeo linea impressa semicirculari, transversa, distincto; corpore supra nigro, obscuro, confertissime punctulato; scutello transverso; elytris punctis subtilissime confluentibus; singulo striis novem breviter impressis, e punctis seriatis; corpore infra fusco-nigro. Pedes antici in uno sexu femoribus anticis majoribus; tibiis magis arcuatis, intus villosis, denticulatis.

*Tenebrio obscurus. Fab. System. eleut., tom. 1, p.* 146.

*Ténébrion obscur. Latr. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 10, *p.* 295.

*Panz. Faun. Insect. Germ., fasc.* 43, *fig.* 12.

Frequens Parisiis.

Spec. 2. *Tenebrio molitor. Ténébrion de la farine.*

T. Antennis articulo tertio secundo duplo breviore, subcylindrico; octavo, nono, decimo transverso-globosis; apicali ovato-globoso; clypeo linea impressa, semi-circulari, transversa, distincto; corpore supra brunneo-nigro, infra subcastaneo, nitidiusculo, confertissime punctato; scutello transverso; elytro singulo striis novem breviter impressis, e punctis seriatis; tibiis anticis, saltem in uno sexu, intus villosis, denticulatis.

*Tenebrio molitor.* Linn. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *p.* 674. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 815.

*Le ténébrion à neuf stries lisses.* Geoff. *Hist. des Insect.*, *tom.* 1, *p.* 349.

*Ténébrion de la farine.* De Geer. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 5, *p.* 34, *pl.* 2, *fig.* 4.

*Ténébrion de la farine.* Oliv. *Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 57, *pl.* 1, *fig.* 12. *a. b. c.*

*Ténébrion de la farine.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 295, *pl.* 88, *fig.* 6.

Panz. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 43, *fig.* 13.

Habitat in Europæ domibus, farina, pane, quisquiliis.

Observatio. *Tenebrio curvipes* Fabricii (Panz. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 11, *fig.* 5), *loripes* Illiger, ater, nitidus, valide punctatus; antennæ articulo tertio parum elongato, apicalibus latis, lentiformibus; clypeus linea semi-circulari transversa lineolaque longitudinali ex utroque latere, oculorum marginem internum versus, impressis; thorax diametris æqualibus, angulis posticis productis; elytra profunde striato-punctata; tibiæ anticæ fasciculo villoso, flavescente, apicali.

Habitat in Gallia Australi: Dom. Anselmus Desmarets; in Italia, Germania.

*II. Thorax postice elytris angustior; antennæ extrorsum crassiores, articulis octavo, nono, decimo subsemiglobosis aut subobtrigonis; apicali subovato aut subquadrato.*

Observatio. Mentum ovato-subquadratum, margine supero

rotundato. Elytra thorace triplo aut amplius longiora. Corpus quam in præcedentibus angustius, magis elongatum, minus planum.

*Genus Upis* FABRICII (1).

SPEC. 3. *TENEBRIO CERAMBOIDES. Ténébrion cérambоïde.*

T. Antennis articulis sex ultimis incrassatis; septimo, octavo, nono, decimo subsemi-globosis, rotundatis; apicali oblique obconico-ovato, acuto; corpore nigro; thorace elongato-quadrato, elytris penitus angustiore, vix marginato; scutello trigono; elytris rugosis; femoribus elongato-clavatis; tibiis rectis, calcaribus fere nullis; tarsis subtus brunneo-rufescenti-villosis.

*Attelabus ceramboides.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *p.* 621. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 643.

*Ténébrion à étuis variolés.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 5, *p.* 32, *pl.* 2, *fig.* 1.

*Ténébrion céramboïde.* OLIV. *Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 57, *pl.* 1, *fig.* 7.

*Upis ceramboides.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 2, *p.* 584.

*Upis ceramboides.* PAYK. *Faun. Suec.*, *tom.* 3, *p.* 356.

*Upis céramboïde.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 296, *pl.* 88, *fig.* 7.

HERBST. *Coleopt.* 7, *tab.* 110, *fig.* 5.

Habitat in Sueciæ Boleto fomentario.

OBSERVATIO. *Hypophlœus boros* Fabricii, genus *Boros* Herbst (*Coleopt.* 7, *tab.* 110, *fig.* 7); *Helops Schneideri*, Panz., *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 34, *fig.* 1; mihi *Tenebrio* aut *Upis* saltem.

---

(1) Notis vere characteristicis haud stabilitum fuit hoc genus. Antennæ, corporis forma differentias in hujus sectionis generibus, maxime naturalibus, sæpius præbent; et si anomaliis nimis attendamus, genera in infinitum multiplicari possunt. Vide *Helopidum* genus.

CCXXXI. GENUS. *ORTHOCERUS. Orthocère.*

*Hispa*, LINN. — *Tenebrio*, DE GEER. — *Sarrotrium*, ILLIG., FABRICII.

*Antennæ* incrassatæ, articulis decem; secundo et cæteris octo clavam subovali-fusiformem, subcompressam et veluti primaticam, subarcuatam, formantibus; secundo et tertio subsemiglobosis, subæqualibus; sex sequentibus transversis, brevissimis pro latitudinis respectu, lentiformibus, hirsutis pilisque elongatis; apicali subgloboso, ad basin truncato. *Labrum* coriaceum, exsertum, transversum, integrum. *Mandibulæ* subelongatæ, apice acute-bidentatæ. *Palpi* breves, non aut vix prominuli; maxillares articulo ultimo crassiore, subovato, obtuso. *Maxillæ* laciniis longitudine æqualibus; externa ovato-obtrigona, latiore. *Mentum* breve, transverso-quadratum. *Labium* nudum, coriaceum, transverso-quadratum, apice rotundatum, emarginatum.

*Corpus* elongato-quadratum, sublineare, depressiusculum. *Caput* thoraxque quadrata. *Scutellum* distinctum. *Elytra* elongata, sublinearia, apice rotundata, subtus non inflexa. *Abdomen* elongato-quadratum, postice rotundatum. *Pedes* breves; tibiis subcylindricis, calcaribus brevissimis; tarsis brevibus, in speciem tantum quadriarticulatis.

SPEC. 1. *ORTHOCERUS HIRTICORNIS. Orthocère hirticorne.*

O. Nigro-cinereus, obscurus; antennis articulis ultimis septem atris; thorace ad latera deflexo; marginibus lateralibus acutis; dorso longitrorsum elevato, bicarinato; elytro singulo lineis tribus elevatis, dorsalibus striisque novem, e punctis seriatis; linearum elevatarum intervallis striis duabus.

*Orthocère à antennes velues.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des*

*Insect.*, *tom.* 10, *p.* 299, *pl.* 89, *fig.* 1. — *Genre* ORTHOCÈRE. *Préc. des Caract. génér. des Insect.*, *p.* 16.

*Hispa mutica.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *p.* 604. — *Dermestes clavicornis. Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n*°. 413.

*Ténébrion à antennes velues.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 5, *p.* 47.

*Sarrotrium muticum.* ILLIG. *Coleopt. Bor.* 1, *p.* 341.

*Sarrotrium muticum.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 1, *p.* 327.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 1, *fig.* 8.

Habitat in Europa, locis sabulosis; Parisiis, loco dicto: *Bois de Romainville.*

## FAMILIA VIGESIMA-PRIMA.

### DIAPERIALES. *DIAPERIALES.*

OBSERVATIONES. Antennæ thoracis longitudine aut illo breviores, articulo tertio sequenti sæpius paulisper longiore. Labrum coriaceum, exsertum plerumque, transversum, integrum aut emarginatum. Palpi articulo ultimo longiore; maxillares longiores. Maxillæ caule corneo, laciniis duabus membranaceis, apice villosis; externa frequenter majore, obtrigona, interna parva, dentiformi. Mentum corneum, subquadratum, ad basin angustius. Labium nudum, coriaceum, transversum, integrum aut emarginatum. Corpus sæpissime alatum; elytris abdomen subtus late non obvolventibus.

### CCXXXII. GENUS. *HYPOPHLŒUS. Hypophlée.*

*Hypophlœus*, FAB. — *Ips*, *Ross.*, OLIVIER.

*Antennæ* ab articulo tertio sensim extrorsum crassiores, articulis quinto et sequentibus ad decimum usque perfoliatis, compresso-subsemiglobosis, veluti late trigonis et ad angulos apicis acute prominulis; apicali sive undecimo breviter ovato. *Labrum* exsertum, integrum. *Palpi* maxillares articulo ultimo majore, ovato; labiales labio antice et approximate inserti.

*Maxillæ* lacinia interna minima; externa margine supero late ſimbriato, arcuato. *Mentum* breve, fere transverso-sublineare.

*Corpus* lineare, glabrum. *Thorax* elongato-quadratus, marginatus. *Tibiæ* a basi ad apicem sensim latiores.

Spec. 1. *Hypophlœus bicolor. Hypophlée bicolor.*

H. Rufus, nitidus, punctulatus; elytris nigris, basi transverse et fasciatim rufa.

*Hypophlœus bicolor.* Fab. *System. eleut.*, *tom.* 2, *p.* 559.

*Hypophlée bicolor.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 311.

*Ips bicolor.* Oliv. *Entom.*, *tom.* 2, *n°.* 18, *pl.* 2, *fig.* 14. *a. b.*

Frequens in Gallia, sub Ulmi cortice.

## CCXXXIII. Genus. *Phaleria. Phalérie.*

*Tenebrio*, Linn., Fab., Oliv., Illig. — *Trogosita*, Fabricii.

*Antennæ* sensim extrorsum crassiores aut ad apicem clavatæ, articulis quinto aut sexto et sequentibus ad decimum usque semiglobosis, vel lenticularibus, transversis, compressis sæpissimeque perfoliatis; undecimo sive ultimo globoso. *Mandibulæ* extra labrum non productæ. *Palpi* articulo ultimo majore, maxillaribus obtrigono, compresso. *Maxillæ* lacinia externa majore, obtrigona. *Labium* nudum, coriaceum, emarginatum. *Mentum* cordato-quadratum, ad apicem latius.

*Corpus* elongato-quadratum aut ovale, depressum. *Clypeus* sæpius pro sexu diversus, in mare tuberculatus aut cornutus. *Thorax* transverso-quadratus. *Scutellum* distinctum. *Pedes* validi; antici femoribus in uno

sexu validioribus; tibiis plerumque elongato-trigonis, ad apicem latioribus, in multis denticulatis; tarsis brevibus.

Spec. 1. *Phaleria cornuta. Phalérie cornue.*

P. Antennis sensim extrorsum crassioribus, articulis septimo, octavo, nono et decimo semi-globosis; corpore elongate quadrato, ferrugineo, punctulato; capitis laterum marginibus dilatatis; thorace quadrato, postice paululum angustiore; angulis posticis prominulis; margine postico utrinque impresso; elytris punctato-striatis; tibiis angustis, conformibus.

*Mas.* Mandibulis porrectis, magnis, apice recurvis, acutis, corniformibus; capitis lateribus auriculatim dilatatis; vertice breviter bicornuto.

*Tab.* X, *fig.* 4. Mas. *Aucta, scala longitudinis adjecta.* — *Fig.* 5. *Feminæ caput auctum.*

*Trogosita cornuta.* Fab. *System. eleut.*, *tom.* 1, *p.* 155.

Parisiis, cum animalibus in Australasia a Dominis Peron, Lesueur lectis, viva allata.

*Trogosita ferruginea* Fabricii (*colydium castaneum* Herbst, *Coleopt.* 7, *tab.* 112, *fig.* 13) hujus insecti et moribus et characteribus genericis socia; forma corporis eadem; at antennæ articulis tribus apicis abrupte majoribus, capitulum compressum, obtusum formantibus.

Spec. 2. *Phaleria culinaris. Phalérie des cuisines.*

P. Antennis sensim extrorsum crassioribus, perfoliatis; corpore elongato-quadrato, valde depresso, plano, ferrugineo, nitido, punctulato; clypeo a capite impressione transversa distincto; thorace quadrato, vix latiore quam longiore, confertissime punctato, antice in medio fovea notato, subbidentato; elytro singulo striis octo punctatis; tibiis quatuor anticis extus denticulatis, ad latus internum rectis.

*Phalérie culinaire.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 302.

*Tenebrio culinaris.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *p.* 675. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 816.

*Tenebrio culinaris.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 1, *p.* 148.

*Tenebrio culinaris.* PAYK. *Faun. Suec.*, *tom.* 1, *p.* 90.

HERBST. *Coleopt.* 7, *tab.* 111, *fig.* 6.

Habitat in Europa Septentrionali, Gallia. Quisquiliis, frumentorum acervis, Dom. Paykull.

Femina thorace forsan antice non foveolato. PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 9, *fig.* 1; *tenebrio culinaris* ROSSI; *tenebrio elateroides?* OLIVIER.

*Tenebrio ferrugineus* Helwigii (PANZ., *fasc.* 9, *fig.* 2) a p. *culinari* profecto distinctus, thorace minus elevato minusque punctato, foveola antica majore; tibiis anticis latere externo incurvo, apice hirsuto.

SPEC. 3. *PHALERIA LIVIDA. Phalérie livide.*

P. Antennis sensim extrorsum crassioribus, perfoliatis; corpore ovali, punctulato; capite thoraceque pallide livido-ferrugineis; thorace transverso-quadrato; elytris abdomineque livido-flavescentibus; elytro singulo striis octo; quarta, quinta et sexta a sutura abbreviatis; tibiis anticis latis.

*Tab. IX*, *fig.* 8. *Aucta, scala longitudinis adjecta.*

Habitat in Europa Australiori. *Tenebrioni ferrugineo* Fabricii, ejusdem T. *cadaverino* proxima; a priori forte non diversa. Affines quoque tenebriones *cavus*, *bimaculatus*, *chrysomelinus*, *pellucidus*, Dom. Herbst. *tab.* 118.

## CCXXXIV. GENUS. *DIAPERIS. Diapère.*

*Diaperis*, GEOFF., FAB., OLIV., LAM. — *Chrysomela*, LINN. — *Tenebrio*, DE GEER.

*Antennæ* ab articulo quarto ad apicem perfoliatæ, articulo illo et sequentibus, undecimo excepto, transversis, lenticularibus, compressis, latis, æqualibus; ultimo ovato, transverse ad basin truncato. *Palpi* filiformes, articulo apicali longiore, subovali-cylindrico, ad

ad apicem obtuso aut truncato. *Maxillæ* lacinia externa majore, obtrigona, latere interno subconcavo ; lacinia interna parva, ad apicem oblique truncata. *Mentum* transverso-quadratum. *Labium* nudum, apice latiore, transverso, subemarginato.

*Corpus* hæmispherico-ovale aut ovatum, supra convexum vel gibbum. *Caput* thorace multo angustius, in masculis frequenter cornutum. *Thorax* brevis, transversus, antice emarginatus, postice latior, sæpius marginatus. *Scutellum* distinctum. *Tibiæ* sæpissime angustæ, subæque latæ.

SPEC. 1. *DIAPERIS BOLETI. Diaperis du Bolet.*

D. Hæmispherico-ovalis, gibba, nigra, nitida, punctulata; capite arcuatim impresso; thorace ad latera posticeque marginato; marginis postici medio in angulum producto; elytris fasciis duabus transversis, ferrugineo-flavis, repandis, priori ad basin, posteriori medium versus, maculaque apicali concolore; elytro singulo punctorum seriatorum lineis octo; tibiis anticis angustis, subæque latis.

*La Diapère.* GEOFF. *Hist. des Insect., tom.* 1, *p.* 337, *pl.* 6, *fig.* 3.

*Diaperis Boleti.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 2, *p.* 585.

*Diapère du Bolet.* OLIV. *Entom., tom.* 3, *n°.* 55, *pl.* 1, *fig.* 1. *a. b. c.*

*Diapère du Bolet.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 307, *pl.* 89, *fig.* 2.

*Chrysomela Boleti.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *p.* 591. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 527.

*Ténébrion de l'Agaric.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 5, *p.* 49, *pl.* 3, *fig.* 3.

SCHÆFF. *Elem. Entom.*, *tab.* 58. — *Icon. Insect.*, *tab.* 77, *fig.* 6.

Habitat in Europa, arborum Boletis.

CCXXXV. Genus. *Eledona. Elédone.*

*Bolitophagus*, Illig., Fab. — *Opatrum*, *Diaperis*, Olivier.

*Antennæ* (arcuatæ) extrorsum crassiores, subclavatæ; articulis mediis breviter subobconicis vel subobtrigonis et in dentem ad latus internum prominulis; octavo, nono et decimo, illorum duobus ultimis saltem, latioribus, transversis, late subobtrigonis; apicali sive undecimo breviter ovato vel subobtriangulari, obtuso. *Palpi* filiformes, articulo ultimo longiore, cylindrico-ovali. *Maxillæ* processu externo multo majore, apice hirsuto. *Mentum* trigono-quadratum, ab apice ad basin sensim angustius aut subobtrigonum. *Labium* nudum, coriaceum, transversum, ad apicem latius, subintegrum.

*Corpus* ovale, supra convexum, sæpius scabrum. *Thorax* transversus, antice emarginatus, marginibus laterum sæpius acutis. *Scutellum* distinctum. *Tibiæ* angustæ, subæque latæ.

Spec. 1. *Eledona agaricicola. Elédone agaricicole.*

E. Corpore brevi, fusco-nigro, obscuro; antennis pedibusque rufo-brunneis; antennarum medio serrato; thorace rugosulo, marginibus laterum denticulatis; elytro singulo lineis elevatis, acutis, octo; intervallis punctorum profunde impressorum serie longitudinali.

*Elédone agaricicole.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 10, *p.* 313. — *Genre* Elédone. *Préc. des caract. génér. des Insect., pag.* 19.

*Bolitophagus agaricola.* Illig. *Coleopt. Bor., tom.* 1, *p.* 106.

*Bolithophagus agaricola.* Fab. *System. eleut., tom.* 1, *p.* 114.

*Opatre agaricicole.* Oliv. *Entom., tom.* 3, *n°.* 56, *pl.* 1, *fig.* 11. *a. b.*

*Panz. Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 43, *fig.* 9.

Habitat in Europa, Boletis.

Spec. 2. *Eledona spinosula. Elédone spinosule.*

E. Ovalis, obscure ferruginea, scabra, squamis spinuliformibus, in elytris per tubercula aut fasciculos congestis, hirta; capite, thoracis elytrorumque disco nigricantibus; thorace carina dorsali duplici, angulata, sinuata; marginis antici medio elevato, emarginato, subbilobo; lateribus griseo-pulverulentis marginibus productis, crenatis; elytris echinatis, marginibus dentatis.

*Tab. XVI, fig. 3. Aucta, scala longitudinis adjecta.*

Habitat in Gallia, Fontainebleau, sub arborum cortice. Dom. *Dufour.* Bolitophago *armato* Fabricii, (*Panz. Faun. Insect.*, *Germ.*, *fasc.* 61, *fig.* 2.) proxima.

CCXXXVI. Genus. *Tetratoma. Tétratome.*

*Tetratoma, Herbst, Fab., Paykull.*

*Antennæ* insertione nuda, articulis septem primis parvis; basilari crassiore; septimo antecedenti paulo latiore; quatuor ultimis clavam magnam, oblongam, perfoliatam, formantibus; octavo, nono, decimo compresso-subglobosis, apicali obconico-ovato. *Os* angustum, prominulum. *Mandibulæ* ultra labrum non prominulæ. *Palpi* maxillares labialibus multo longiores, extrorsum crassiores, prominuli, articulo ultimo crassiore, subobtrigono, ad apicem latiore, oblique intus truncato; labiales fere triplo breviores, filiformes. *Maxillæ* lacinia externa majore, obtrigona; interna parva, dentiformi. *Mentum* subquadratum. *Labium* nudum, subquadratum, ad apicem paulo latius; margine supero recta transverso, integro.

*Corpus* ovale, subdepressum. *Caput* thorace angustius. *Thorax* elytris paululo angustior, transversus, vix mar-

ginatus, ad latera paulo sensim deflexus; laterum marginibus angulisque rotundatis. *Scutellum* distinctum. *Elytra* vix marginata, elongata, æque lata, apice rotundata. *Pedes* mediocres; tibiis subæque latis, vix apice latioribus.

SPEC. 1. *TETRATOMA FUNGORUM. Tétratome des Champignons.*

T. Dilute ferrugineum, punctulatum; antennarum clava, capite, ore palpisque exceptis, nigris; antennis villosis; scutello transverso, rotundato; elytris nigro-cæruleis, nitidis, confertissime temereque punctulatis.

*Tab. IX, fig.* 10. *Auctum, scala longitudinis adjecta.*

*Tetratoma fungorum.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 2, *p.* 574.

*Tetratoma fungorum.* PAYK. *Faun. Suec.*, *tom.* 3, *p.* 337.

*Tétratome des champignons.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 315, *pl.* 90, *fig.* 1.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 9, *fig.* 10.

Habitat in Europa Boreali, fungis; Parisiis, Dom. Anselmus Desmarets. In icone *Tetratomatis dermestoidis* domini Herbst, pro *T. fungorum* allegati, tibiæ profecto male delineatæ, cum nec latæ sint, nec denticulatæ.

SPEC. 2. *TETRATOMA DESMARETSII. Tétratome de Desmarets.*

T. Capite, thorace elytrisque cupreo-viridibus, nitidis; antennarum articulis quatuor ultimis fuscis; articulis aliis, pectore pedibusque rufis.

Parisiis, loco *Bois de Boulogne*, in Boleto quercino, mense decembri semel observatum.

## CCXXXVII. GENUS. *LEIODES. Léiode.*

*Anisotoma,* ILLIG., FAB. — *Sphæridium,* OLIV. — *Tetratoma,* HERBST.

*Antennæ* insertione nuda, articulis tribus baseos subcylindricis, tertio paulo longiore; tribus sequentibus

brevioribus, obconico-semiglobosis; quinque ultimis clavam oblongam, perfoliatam, formantibus; septimo, octavo, nono, decimo semiglobosis; octavo antecedenti et sequentibus multo minore; apicali undecimove subovato. *Mandibulæ* ultra labrum productæ. *Palpi* breves; maxillares paulo longiores, articulo ultimo subcylindrico; labiales eodem articulo subovato. *Maxillæ* laciniis membranaceis; externa angusta, sublineari, palpiformi; interna ejusdem longitudinis, lata. *Mentum* corneum, transversum, trigono-truncatum aut subtrapeziforme, ab apice ad basin sensim latius, margine supero recta transverso. *Labium* nudum, membranaceum, ad angulum acutum, profunde emarginatum, angulis lateralibus productis.

*Corpus* breviter ovale vel subhemisphæricum, supra convexum, læve, glabrum. *Thorax* transversus, antice emarginatus, lateribus rotundatis, marginatis. *Scutellum* notabile. *Elytra* marginata. *Pedes* tibiis extus spinosis.

SPEC. 1. *LEIODES PICEA. Léiode brune.*

L. Breviter ovalis, ferrugineo-castanea, nitida; oculis nigris; antennarum clava fusca; thorace ad angulos posticos transverse punctato; elytris punctato-striatis; femoribus posticis subtus canaliculatis; illorum angulo infero et apicali in dentem prominulo; tibiis posticis arcuatis.

*Léiode brune.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 317. — *Genre* LÉIODE. *Précis des Caract. génér. des Insect.*, *p.* 22.

*Anisotoma piceum.* ILLIG. *Coleopt. Bor.*, *tom.* 1, *p.* 75.

*Anisotoma picea.* PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 37, *fig.* 8.

Habitat in Europæ plantis; Parisiis rarus.

L. *ferruginea* (*Anisotoma ferrugineum*, Illiger, Fabricii; *Tetratoma ferruginea*, Herbst, *Coleopt.* 4, *tab.* 38, *fig.* 9; *Sphæ-*

*ridium ferrugineum*, Olivier), paulo minor, dilutius ferruginea, femoribus posticis simplicibus tibiisque posticis rectiusculis.

Leiodes *humeralis* convexior, hemisphærico-ovalis, infra intense sanguineo-ferruginea, supra nigra; thorace scutelloque lævissimis; elytris macula humerali, magna, quadrata, rubra.

## CCXXXVIII. Genus. *Cnodalon*. *Cnodalon*.

*Cnodulon*, *Fabricii*.

*Antennæ* extrorsum crassiores; articulis septem ultimis valde compressis, sensim majoribus et intus dentato-dilatatis; tertio elongato, subcylindrico, ad basin attenuato; quarto et quinto breviter obconicis; sexto et septimo obtrigonis, latere interno in dentem prominulo; aliis transversis, ad latera rotundatis, quadrato-subovatis, ultimo subsemiorbiculato. *Labrum* exsertum, transversum, integrum. *Palpi* maxillares majores, articulo ultimo securiformi. *Mentum* subquadratum, margine supero latiore. *Labium* nudum, crustaceum, integrum.

*Corpus* ovale, gibbum. *Caput* subquadratum, thorace multo angustius. *Thorax* transverso-quadratus, subplanus, lateribus marginatis. *Scutellum* conspicuum. *Elytra* dorsa gibba. *Sternum* anticum postice acuminato-productum; apice in cavitate sterni medii recipiendo. *Tibiæ* elongatæ, tenues, calcaribus nullis aut obsoletissimis. *Tarsi* breves.

Spec. 1. *Cnodalon viride*. *Cnodalon verd*.

C. Cæruleo-viride, nitidum; capite punctulato; clypeo linea impressa, transversa et arcuata distincto; thorace lævi; marginibus laterum obtuse unidentatis; elytris nitidioribus, magis cæruleis, punctis profunde impressis, seriatim digestis; externis elongatis, lacuniformibus.

*Tab. X, fig. 7.*

*Cnodalon vert. Latr. Hist. nat. des Crust. et des Insect.*,

*tom. 10, p. 321, pl. 89, fig. 5. — Genre* CNODALON. *Précis des Caract. génér. des Insect., p. 23.*

*Helops morbillosus? FAB. System. eleut., tom. 1, p. 158.*

Habitat in insula St. Domingue: Dominus Palisot de Beauvois.

CCXXXIX. GENUS. *EPITRAGUS. Epitrage.*

*Helops? FAB., OLIVIER.*

*Antennæ* sensim extrorsum crassiores; articulis inferis subcylindricis; septimo, octavo, nono, decimo subobtrigonis vel compresso-turbinatis; undecimo sive apicali subovato aut subsemigloboso, compresso. *Labrum* exsertum, transversum, integrum. *Palpi* maxillares longiores, articulo ultimo majori, subobtrigono; labiales brevissimi. *Mentum* magnum, fere hexagonum, lateribus angulum parvum formantibus; marginibus supero et infero recta transversis, infero latiore. *Labium* vix exsertum, brevissimum, menti apicem transverse marginans.

*Corpus* ovale, ad apices attenuatum, veluti naviculare, dorsi medio convexo. *Thorax* ad latera immarginatus, quadratus aut trapeziformis. *Scutellum* conspicuum. *Tibiæ* breviter calcaratæ, ad apicem paulo latiores.

SPEC. 1. *EPITRAGUS FUSCUS. Epitrage brun.*

E. Ellipticus, ad apices acute angustatus, brunneus, flavescente-grisco-tomentosus; thorace postice latiore, submarginato, ad scutellum rotunde producto; elytris punctato-striatis.

*Tab. X, fig. 1.*

*Epitrage brun. LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom. 10, p. 322.*

Habitat Cajennæ: Dom. Richard.

Annotatio. Helopes Fabricii, *variegatus, undatus*, ejusdem *Cnodulon nebulosum*, forsan *Epitragi.*

CCXL. Genus. *Cossyphus. Cossyphe.*

*Cossyphus, Oliv., Fab., Herbst, Lamarck.*

*Antennæ* (cum capite) sub thorace clypeiformi absconditæ, articulis sex primis subcylindricis aut subobconicis; septimo, octavo, nono, decimo subturbinatis, crassioribus, clavam subserrato-perfoliatam, compressiusculam, sensim formantibus; ultimo suborbiculato. *Mandibulæ* ad apicem subabrupte attenuatæ. *Palpi* maxillares elongati, articulo ultimo majore, securiformi; eodem labialium præcedentibus vix crassiore, longiore, ovali. *Maxillæ* laciniis duabus, brevibus, membranaceis, subobtrigonis, villosis, magnitudine subæqualibus; apicali magis producta. *Mentum* transverse cordato-quadratum, versus apicem sensim latius, margine supero concavo. *Labium* nudum, substantia, magnitudine, mento fere simile, subcordatum, ad basin transverse truncatum.

*Corpus* angusto-ovale, valde depressum, thoracis elytrorumque limbo, late et horizontaliter membranaceo-producto, undique marginatum. *Caput* sub thorace clypeiformi absconditum. *Scutellum* distinctum. *Abdomen* in canali ab elytris formato inclusum. *Pedes* compressi; femorum margine supero et infero acutis; tibiis ad apices subattenuatis, calcaribus fere nullis; tarsis brevibus; articulo ultimo subtus unidentato, unguibus validis, inflexis.

Spec. 1. *Cossyphus depressus. Cossyphe déprimé.*

C. Paulo longior quam latior, brunneus; thoracis elytrorumque limbo griseo-flavescente, subdiaphano; antennis articulis sex primis subcylindricis; secundo tertio breviore; septimo

cylindrico-conico ; sequentibus turbinatis, latitudine longitudinem non aut parum excedente ; thorace macula antica subhyalina ; elytro singulo linea longitudinali elevata, a basi ad apicem fere usque producta.

*Cossyphe déprimé.* Oliv. *Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 44 *bis.*

*Cossyphus depressus.* Fab. *System. eleut.*, *tom.* 2, *p.* 117.

*Cossyphus depressus.* Herbst. *Coleopt.* 7, *tab.* 109, *fig.* 112.

*Cossyphe déprimé.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 325.

Habitat in India Orientali.

Spec. 2. *Cossyphus Hoffmanseggii. Cossyphe de Hoffmansegg.*

C. Duplo longior quam latior, brunneus, thoracis elytrorumque limbo dilutioribus ; antennis articulo secundo tertii longitudine ; quarto, quinto, sexto et septimo brevibus, fere tam latis quam longis ; nono, decimo transversis ; thorace macula antica subhyalina ; elytro singula carina ad basin et apicem obliterata.

*Cossyphus Hoffmanseggii.* Herbst. *Coleopt.* 7, *tab.* 109, *fig.* 13.

*Cossyphe de Hoffmansegg.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 325, *pl.* 90, *fig.* 2.

Habitat in Barbaria, dom. Desfontaines ; in Lusitania, Com. de Hoffmansegg ; cum præcedente a Fabricio confusus.

## FAMILIA VIGESIMA SECUNDA.

### HELOPII. *HÉLOPIENS.*

### CCXLI. Genus. *Helops. Hélops.*

*Helops*, Fab., Oliv., Illig., Lam. — *Pyrochroa*, de Geer. — *Platynotus*, *Melandrya*, Fab. — *Serropalpus*, Illiger.

*Antennæ* filiformes aut vix et sensim extrorsum crassiores (thoracis longitudine), articulis, apicalibus

exceptis, sæpius subcylindricis aut subobconicis; apicalibus in nonnullis brevioribus, rotundioribus, quandoque subglobosis; ultimo sive undecimo plerumque ovato aut ovali. *Labrum* exsertum, transversum, margine antico recta transverso, ciliato aut hirsuto. *Palpi* maxillares labialibus duplo aut amplius longiores, prominuli, articulo ultimo magno, securiformi; eodem labialium capitato, truncato. *Mandibulæ* elongato-trigonæ, depressæ. *Maxillæ* laciniis duabus coriaceis, apicibus hirsutis; externa majore, subobtrigona, latere externo arcuato, interno subconcavo; interna fere lineari. *Mentum* parvum, transverso-quadratum, medio carinatum. *Labium* nudum, subelongatum, coriaceum, infra incrassatum, medio paulo coarctatum; apice submembranaceo, utrinque ad angulos dilatato; marginis superi medio emarginato. *Tarsi* articulis omnibus integris.

*Corpus* forma varium, sæpissime oblongo-ovale aut subovatum, ad apices, antice præsertim, sensim inflexum. *Caput* thorace angustius. *Thorax* diametro transverso longitudinali majore aut saltem non breviore. *Scutellum* obvium. *Elytra* plerumque elongata. *Pedes* longiusculi; tibiis gracilibus, vix calcaratis; tarsis subtus sæpe villosis aut hirsutis.

*I. Antennæ articulo tertio sequenti e dimidio ad minus longiore.*

1. *Corpus orbiculato-ovale, valde depressum, clypeiforme; thorax semicircularis, antice profunde emarginatus, caput excipiens; margine postico latiore, elytrorum basi recta contiguo, angulis acute productis.* (*Antennæ subfiliformes, articulis nono et decimo saltem subglobosis; apicali subovato.*)

Hujus divisionis insecta Australasiæ propria et a D.D. *Peron*,

*Le Sueur* describenda. *Cossyphis* habitu, at antennis, instrumentis cibariis *Helopibus* simillima. Exinde genus nostrum *Helæa*, *Hélée* (*Nouv. Dict. d'Hist. nat., tom.* 24, *tab. meth.*, *p.* 153), præmature forsan propositum.

2. *Corpus oblongo-ovale aut ovale (depressum); thorax transverse cordato-quadratus, lateribus rotundato-dilatatis, ad angulos posticos abrupte-angustatis; angulis plerumque acute productis; margine antico manifeste emarginato. (Antennæ subfiliformes, apice saltem moniliformes, articulo ultimo subovato.)*

Sectio illa ex insectis plurimis Australasiæ, e *Platynoto morbilloso* Fabricii, (*Tenebrione ingenti*, Herbst. *tab.* 111, *fig.* 9; *Blaps excavata*, Olivier, *n*°. 60, *pl.* 1, *fig.* 4); e *Platynoto crenato* ejusdem conflanda.

3. *Corpus oblongo-ovale; thorax transverse cordato-quadratus, lateribus rotundato-dilatatis, ad angulos posticos abrupte angustatis; his angulis acute productis; margine antico recta transverso. (Antennæ filiformes, articulis plerisque subcylindricis; octavo, nono et decimo obconicis aut turbinatis; apicali subovato aut ovali.)*

Spec. 1. *Helops chalybæus. Hélops bleu d'acier.*

H. Antennis thorace non longioribus; articulo tertio elongato; nono et decimo turbinatis; ultimo oblique ovato; corpore duplo longiore quam latiore, punctato, supra nigro-cæruleo, infra nigro; thorace paulo latiore quam longiore, confertissime punctato, fere subrugosulo, planiusculo; elytris capite thoraceque conjunctis non duplo longioribus, punctato-striatis, ad apicem non productis; dorso ad suturæ basin planiusculo; femoribus omnibus elongato-ovatis; tarsis articulis non dilatatis, subtus rufescenti-hirsutis.

*Helops chalibeus. Ross. Faun. etrusc., tom.* 1, *p.* 236.

*Hélops chalibé. Oliv. Entom.*, *tom.* 3, *n*°. 58, *pl.* 2, *fig.* 9.

*Hélops bleu d'acier.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 340.

Habitat in Gallia Australi, Italia, sub lapidibus.

SPEC. 2. *HELOPS LANIPES. Hélops lanipède.*

H. Antennis thorace longioribus; articulo tertio elongato; octavo, nono et decimo obconicis; ultimo subovali; corpore paulo duplo longiore quam latiore, convexo, punctulato, supra nigro-æneo, infra nigro, nitido; thoracis latitudine summa illius longitudinem subæquante; elytris capite thoraceque conjunctis duplo longioribus, punctato-striatis; apicibus productis; femoribus anticis ovatis; tarsis quatuor anticis articulis mediis dilatatis; omnibus late villosis.

*Helops lanipes.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 1, *p.* 157.

*Hélops lanipède.* OLIV. *Entom.*, *t.* 3, *n°.* 58, *pl.* 1, *fig.* 1, *a. b.*

*Hélops lanipède.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 345.

*Tenebrio lanipes.* LINN. *System. nat.*, *mant.* 1, *p.* 533.

*Le Ténébrion bronzé.* GEOFF. *Hist. des Insect.*, *tom.* 1, *p.* 349.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 50, *fig.* 2.

Habitat in Gallia, Germania, Italia, sub arborum cortice; tempore vernali; Parisiis frequens.

4. *Corpus subovatum, convexum; thorax transverso-quadratus, lateribus marginatis, nec dilatatis, nec postice abrupte angustatis.* (*Antennæ filiformes, articulis plerisque obconicis, ultimo subovato.*)

SPEC. 3. *HELOPS STRIATUS. Hélops strié.*

H. Supra subæneo-nigricans, infra castaneo-piceus, punctulatus; antennis pedibusque aut illorum tibiis tarsisque piceo-castaneis; antennarum articulis octavo, nono et decimo subabrupte minoribus; elytris punctato-striatis; tarsis quatuor anticis articulis mediis dilatatis, subtus hirsutis.

*Hélops strié.* OLIV. *Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 58, *pl.* 1, *fig.* 4.

*Hélops strié.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 345.

*Helops caraboides.* PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 24, *fig.* 3.

*Helops dermestoides.* ILLIG. *Coleopt. Bor.*, *tom.* 1, *p.* 120.

*Helops ruficollis?* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 1, *p.* 163.

*Le Ténébrion à huit stries lisses.* GEOFF. *Hist. des Insect.*, *tom.* 1, *p.* 348.

Parisiis frequens, sub arborum cortice. Helops *quisquilius* Panzer, *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 50, *fig.* 5, diversus et ad H. *barbatum* accedere videtur. H. *quisquilius* domini Paykull nobis *Pedinus.*

*II. Antennæ articulo tertio a sequenti longitudine vix diverso.*

1. *Corpus oblongum; thorax ex omni parte elytris notabiliter angustior, subquadratus; abdomen elongatum.* (*Antennæ thorace longiores, articulis elongatis subcylindricis.*)

OBSERVATIO. Huc locandi Fabricii Helopes exotici nonnulli, ut *marginatus*, *hæmorrhoidalis*, *tenebrio viridis* Herbst, *lagriis* et *upidibus* habitu affines.

2. *Corpus oblongo-ovale; thorax vix marginatus, transverso-subquadratus, lateribus rotundatis, ad angulos posticos angustatis.* (*Antennæ articulo tertio et sequentibus obconicis, ultimo subovato; maxillæ labiumque mollia.*)

SPEC. 4. *HELOPS BARBATUS. Hélops barbu.*

H. Nigro-fuscus, pubescens, punctulatus; antennarum articulis inferis, ultimo pedibusque flavo-rufis; thorace ad angulos posticos subimpresso; elytris punctato-striatis, subtilissime rugosulis.

*Hélops barbu.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 348.

*Cistela linearis.* PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 25, *fig.* 16. mas. — *Helops picipes,* ibid. *fasc.* 24, *fig.* 4. femina. — *Cistela brevis*? ibid. *fasc.* 24, *fig.* 17.

*Melandrya barbata.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 1, *p.* 165. — *Cistela maura?* ibid. *tom.* 2, *p.* 20.

*Serropalpus barbatus.* ILLIG. *Coleopt. Bor.*, *tom.* 1, *p.* 127.

*Cistela flavipes?* OLIV. *Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 54, *pl.* 2, *fig.* 21. *a. b.*

Habitat in Gallia, Germania, sub arborum cortice.

3. *Corpus ovale; thorax vix marginatus, subsemicircularis.* (*Antennæ articulo tertio et sequentibus subobconicis, ultimo subovato, ad apicem abrupte acuminato.*)

SPEC. 5. *HELOPS ATER. Hélops atre.*

H. Niger, subnitidus, punctulatus; antennis regularibus, penitus nigris; scutello corpori concolore; elytris striatis, confertissime punctatis.

*Helops ater.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 1, *p.* 164.

*Hélops atre.* OLIV. *Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 58, *pl.* 2, *fig.* 10.

*Hélops atre.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 347.

*Cardinale noire.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 5, *p.* 25, *pl.* 1, *fig.* 23.

Habitat in Gallia, Germania, arboribus putridis.

OBSERVATIO. Helops *obliquatus* Fabricii in eadem sectione reponendus; a præcedenti antennis irregularibus, scutello rufescente, elytrorum striis multo numerosioribus, colore opaco, diversus.

## CCXLII. GENUS. *MELANDRYA. Mélandrye.*

*Melandrya*, FAB. — *Chrysomela*, LINN. — *Serropalpus*, ILLIG., BOSC.

*Antennæ* subfiliformes, articulis quinque aut sex inferis obconico-cylindricis; sequentibus paulo brevioribus, subobconicis aut subturbinatis; ultimo sive undecimo ovato; tertio quarto paulo breviore aut illius vix longitudine; basilari nude inserto. *Labrum* exsertum,

membranaceum, transversum, late emarginatum. *Mandibulæ* parvæ, breviter subtrigonæ, basi crassæ, versus apicem compressæ, tridentatæ. *Palpi* maxillares magni, labialibus triplo majores, valde exserti, capite longiores, articulis secundo et tertio obconicis, priori elongato; ultimo majore, elongato-obtrigono, cultriformi, latere interno concavo; labiales articulo ultimo majore, subobtrigono. *Maxillæ* penitus fere membranaceæ, laciniis duabus introrsum oblique directis, æque longis; externa latiore, elongato-quadrata, subincurva; interna lineari. *Labium Mentumque* membranacea, subquadrata; mentum paulo latius; labium integrum aut vix emarginatum. *Tarsi* articulo penultimo subcordato, supra emarginato.

*Corpus* ovato-subcylindricum, depressum, antice angustius. *Caput* nutans, thorace paulo angustius, obtusum, suborbiculatum. *Thorax* planus, subtrapeziformis, postice latior, lateribus immarginatis, versus angulos posticos paulisper angustatis. *Scutellum* distinctum. *Abdomen* elongatum. *Pedes* tibiis breviter calcaratis.

Spec. 1. *Melandrya caraboides. Mélandrye caraboïde.*

M. Nigra, nitida, punctulata, pubescens; antennarum tarsorumque apicibus rufescentibus; thorace utrinque postice impresso; elytris nigro-cæruleis, subtilissime rugosulis, elevato-striatis.

*Melandrya serrata.* Fab. *System. eleut.*, *tom.* 1, *p.* 163.

*Mélandrye caraboïde.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 341.

*Chrysomela caraboides.* Linn. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *p.* 602. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 574.

*Serropalpe caraboïde.* Oliv. *Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 57 *bis*, *pl.* 1, *fig.* 1.

*Serropalpus caraboides.* Illig. *Coleopt. Bor.*, *tom.* 1, *p.* 126.

*Will. Entom.*, *tom.* 1, *tab.* 1, *fig.* 17.

*Panz. Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 9, *fig.* 4.

Habitat in Europa, sub arborum cortice; Brivæ, in Gallia Australi, abundans.

Observatio. *Serropalpus variegatus* (*Dircœa*, Fab.) certe Melandrya, ut Dircæa *discolor*.

CCXLIII. Genus. *Serropalpus. Serropalpe.*

*Serropalpus*, *Hellen.*, *Oliv.*, *Payk.*, *Illig.* — *Dircœa*, *Fabricii.*

*Antennœ* filiformes, articulis plerisque elongatis, cylindricis; inferis paulo brevioribus, obconico-cylindricis; basilari nude inserto. *Labrum* exsertum, membranaceum, subquadratum, antice rotundatum. *Mandibulœ* parvæ, breviter trigonæ, crassæ, dentibus fere nullis. *Palpi* maxillares magni, labialibus triplo majores, valde exserti, capite longiores, compressi; articulis secundo et tertio, isto præsertim, ad latus internum in dentem productis; apicali maximo, late transverseque obtrigono, angulis apicalibus ad latera valde productis; labiales articulo ultimo majore subobtrigono. *Maxillœ* membranaceæ, parvæ, laciniis duabus; externa majori, obtusa. *Labium* membranaceum, elongato-quadratum, mento angustius, apice paulo dilatato, medio fisso. *Mentum* coriaceum, subquadratum, ad apicem paulo angustius, margine supero concavo, late emarginato. *Tarsi* quatuor anteriores articulo penultimo subbifido, paulo emarginato.

*Corpus* subcylindricum, elongatum. *Caput* deflexum, rotundatum. *Thorax* subquadratus, paulo latior quam longior, immarginatus; margine antico posticoque transversis, hoc paulo latiore; lateribus antice paulo rotundato-dilatatis. *Scutellum* distinctum. *Elytra* valde elongata,

gata, linearia. *Abdomen* longum. *Pedes* graciles; tibiis brevissime calcaratis; tarsis tenuibus.

Spec. 1. *Serropalpus striatus. Serropalpe strié.*

S. Linearis, fusco-brunneus, sericeus; antennis, palpis, abdominis segmentorum marginibus tarsisque dilutioribus, fusco-ferrugineis; thorace convexo; elytris substriatis, acuminatis.

*Tab. IX, fig.* 12.

*Serropalpus striatus.* Hellen. *Nov. Act. Stock.* 1786, *p.* 273, *tab.* 8, *fig.* 3. 5.

*Serropalpus striatus.* Payk. *Faun. Suec., tom.* 2, *p.* 163.

*Serropalpus striatus.* Illig. *Coleopt. Bor., tom.* 1, *p.* 130.

*Serropalpe strié.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 10, *p.* 338.

*Dircæa barbata.* Fab. *System. eleut., tom.* 2, *p.* 88.

Habitat in Europa, ligno vetusto; in Gallia rarior; Burdigalæ; dom. Rodrigues.

*Lymexylon barbatum* Entomologiæ systematicæ Fabricii a præcedente diversum et revera *Lymexylon.*

CCXLIV. Genus. *Hallomenus. Hallomène.*

*Hallomenus*, Hellwig., Payk. — *Dircæa*, Fab. — *Serropalpus*, Illig. — *Hypulus?* Paykull.

*Antennæ* filiformes, in sinu oculorum lunatorum fere et nude insertæ, articulis plerisque subobconicis, brevibus. *Palpi* maxillares labialibus multo majores, prominuli, extrorsum crassiores, articulo ultimo, breviter subcylindrico, truncato.

Annotatio. Instrumenta cibaria altera non vidi; ex auctoritate Dom. Paykull, illa referam: *Mandibulæ* arcuatæ, inermes, apice fissæ. *Palpi* labiales filiformes. *Maxillæ* bifidæ, lacinia externa majore. *Labium* membranaceum, parvum, truncatum, integrum.

*Corpus* angusto-ovale, dorso planiusculo. *Caput* thorace angustius, inflexum, antice angustatum. *Thorax* subsemicircularis, antice truncatus, immarginatus. *Scutellum* distinctum. *Pedes* mediocres, tibiis angustis, breviter calcaratis; tarsorum articulis indivisis.

SPEC. 1. *HALLOMENUS HUMERALIS. Hallomène humérale.*

H. Rufescens, sericeus; thorace maculis duabus nigris, postice utrinque impresso; elytris obsolete striatis, humeris luteis.

*Tab. X, fig.* 11. *Auctus, scala longitudinis adjecta.*

*Hallomenus humeralis.* PANZ. *Faun. Insect. Germ., fasc.* 16, *fig.* 17.

*Hallomène humérale.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 10, *p.* 334.

*Hallomenus 2-punctatus.* PAYK. *Faun. Suec., tom.* 2, *p.* 179.

*Serropalpus humeralis.* ILLIG. *Coleopt. Bor., tom.* 1, *p.* 134.

*Dircæa humeralis.* FAB. *System. eleut., tom.* 2, *p.* 91.

Habitat in Suecia, Germania, Boletis, sub arborum cortice.

## CCXLV. GENUS. *ORCHESIA. Orchésie.*

*Dircæa,* FAB. — *Hallomenus,* ILLIG., PAYK. — *Megatoma,* HERBST. — *Mordella,* MARSHAM.

*Antennæ* ante oculos nude insertæ; articulis octo primis obconico-cylindricis, brevibus, ad apicem paulo latioribus; tertio sequenti longiore; septimo, octavo, antecedentibus paulo crassioribus; tribus ultimis abrupte majoribus, clavam ovalem, acutam formantibus; articulis nono, decimo turbinato-obconicis; ultimo omnium longiore, obconico-ovato, acuto. *Labrum* exsertum, membranaceum, subsemicirculare. *Mandibulæ* corneæ, breves, dorso arcuato; latere interno profunde emarginato; apice fisso. *Palpi* maxillares magni, labialibus multo majores, exserti, articulis secundo tertioque intus

in dentem prominulis; apicali multo majore, elongato-obtrigono vel cultriformi; labiales filiformes, parvi, articulo ultimo apice acuto. *Maxillæ* parvæ, membranaceæ, laciniis duabus minimis; interiore minore, dentiformi. *Labium* parvum, membranaceum, subquadratum, emarginatum. *Mentum* coriaceum, subquadratum, margine supero paululum concavo. *Tarsi* quatuor antici articulo penultimo subcordato, supra emarginato.

*Corpus* angusto-ovale, postice paulo sensim angustius et subacuminatum, dorso planiusculo. *Caput* inflexum, oculis elongatis. *Thorax* subsemicircularis, immarginatus, lateribus paulo deflexis, angulis posticis acutis. *Scutellum* minutum at obvium. *Elytra* rigida, marginata, elongata, angusta. *Pedes* graciles, postici saltem saltatorii; tibiis longo-calcaratis; tarsis elongatis.

SPEC. 1. *ORCHESIA MICANS. Orchésie luisante.*

O. Sericeo-ferrugineo-fusca, micans, subtilissime rugosula, immaculata, subtus dilutior.

*Dircœa micans. FAB. System. eleut., tom. 2, p.* 91.

*Hallomenus micans. PAYK. Faun. Suec., tom.* 2, *p.* 181.

*Serropalpus micans. ILLIG. Coleopt. Bor., tom.* 1, *p.* 135.

*Megatoma picea. HERBST. Coleopt.* 4, *tab.* 39, *fig.* 5. *a. b.*

*Mordella Boleti. MARSHAM. Entom. Brit., tom.* 1, *Coleopt. p.* 494.

*Anaspe clavicorne. LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 10, *p.* 417.

*PANZ. Faun. Insect. Germ., fasc.* 16, *fig.* 17.

Habitat cum larva in Europæ Boletis; saltitat, Dom. Dufour.

CCXLVI. GENUS. *PYTHO. Pythe.*

*Pytho, LAT., FAB. — Tenebrio, LINN., DE GEER. — Cucujus, PAYKULL.*

*Antennæ* filiformes; articulo basilari nude ante oculos

inserto, obconico; sequentibus quinque subobconicis; secundo, tertio et quarto subæqualibus; quinto et sexto his paulo brevioribus; septimo, octavo, nono, decimo semiglobosis; undecimo sive ultimo ovato, apice attenuato, acuminato. *Labrum* exsertum, membranaceum, transversum, integrum. *Mandibulæ* ultra labrum productæ, validæ, depressæ, acutæ. *Palpi* quatuor, extrorsum crassiores, articulo ultimo latiore, compresso, subobtrigono, ad apicem latiore, truncato; maxillares labialibus duplo majores, prominuli. *Maxillæ* laciniis duabus subobtrigonis, villosis; externa majore. *Mentum* corneum, transverso-quadratum, fere duplo latius quam longius. *Labium* coriaceo-membranaceum, profunde emarginatum aut bifidum, subcordatum, ad basin transverse truncatum. *Tarsi* articulis indivisis.

*Corpus* oblongum, valde depressum, planum, capite thoraceque abdomine angustioribus. *Caput* exsertum, thorace paulo angustius, subtrigonum; collo majusculo; oculis prominulis, integris. *Thorax* suborbiculatus, antice posticeque truncatus, planus, immarginatus (sæpius foveolatus). *Scutellum* minutum. *Elytra* rigida, subimmarginata. *Pedes* mediocres; femoribus angusto-ovatis, compressis; tibiis elongatis, gracilibus, ad apicem vix latioribus, brevissime calcaratis; tarsis brevibus, tenuibus, unguibus parvis instructis.

SPEC. 1. *PYTHO CÆRULEUS. Pythe bleu.*

P. Cæruleo-niger, punctulatus; antennis, ore, tibiis, tarsis abdomineque rufis; thorace foveis duabus sulcoque intermedio; elytra striis brevibus.

*Pythe bleu.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 332. — *Genre* PYTHE, *Préc. des Caract. gén. des Insect. p.* 23.

*Pytho cæruleus.* Fab. *System. eleut.*, *tom.* 2, *p.* 95.

*Tenebrio depressus.* Linn. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *p.* 675.

*Ténébrion du bois.* De Geer. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 5, *p.* 38, *pl.* 2, *fig.* 15.

*Ténébrion déprimé.* Oliv. *Entom.*, *t.* 3, *n°.* 57, *pl.* 2, *fig.* 18.

*Cucujus cæruleus.* Payk. *Faun. Suec.*, *tom.* 2, *p.* 166.

Fuesl. *Archiv.* 2. 6., *tab.* 7, *fig.* 5. 6.

Panz. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 95, *fig.* 2, *pl.* 2, *fig.* 19.

Habitat in Galliæ subalpinis, in Suecia, Germania, sub arborum cortice. Illum a comite de Marshal accepi.

CCXLVII. Genus. *Lagria. Lagrie.*

*Lagria*, Fab., Oliv., Lam. — *Chrysomela*, Lin. — *Cantharis*, Geoff. — *Tenebrio*, de Geer.

*Antennæ* extrorsum sensim subcrassiores, ante oculos lunatos nude insertæ, articulis sæpe forma variis, modo subcylindricis, modo subobconicis; *his* lenticularibus; *illis* subsemiglobosis; secundo minimo; apicali majore, sæpe valde elongato, subcylindrico et ad apicem acuto aut subovato. *Labrum* exsertum, membranaceum, apice rotundatum, emarginatum. *Mandibulæ* breves, crassæ, fornicatæ; dorso rotundato; lateris interni margine uno denticulis duobus notato; apice breviter emarginato. *Palpi* maxillares labialibus duplo aut amplius majores, articulo ultimo majore, securiformi; eodem labialium ovato. *Maxillæ* membranaceæ, laciniis duabus, brevibus, apice villosis, subæqualibus; externa paulo magis producta. *Labium* membranaceum, elongato-quadratum, apice rotundatum, *mento* parvo, coriaceo, transverso. *Tarsi* articulo penultimo subcordato, infra spongioso, supra emarginato, pro sequentis insertione.

*Corpus* oblongum (sæpe villosum), capite thorace-

que elytris angustioribus. *Caput* exsertum, thoracis latitudine aut illo vix angustius, oculis lunatis, in mare magis approximatis. *Thorax* subcylindricus aut quadratus, quandoque cordato-quadratus, immarginatus. *Scutellum* distinctum. *Elytra* sæpius molliuscula, subfornicata, apicem versus rotundato-subdilatata. *Tibiæ* elongatæ, graciles, calcaribus brevissimis aut obsoletis.

SPEC. 1. *LAGRIA HIRTA. Lagrie hérissée.*

L. Nigra, villis flavescentibus hirta, punctulata; thorace subtereti, depresso, postice paulo angustiore; elytris pallide flavescenti-testaceis, molliusculis, semi-diaphanis; singulo lineis quatuor aut quinque elevatis, obsoletis.

*Mas.* Antennarum articulo ultimo quatuor antecedentium conjunctorum longitudine; oculis superne valde approximatis; thorace lævi.

*Femina.* Antennarum articulo ultimo duorum antecedentium conjunctorum longitudine; thoracis medio impresso.

*Lagria hirta.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 2, *p.* 70, mas? — *Lagria pubescens*, ibid., femina?

*Lagrie hérissée.* OLIV. *Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 49, *pl.* 1, *fig.* 2, *a. b. c.*

*Lagrie hérissée.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 351, *pl.* 90, *fig.* 4.

*Chrysomela hirta.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *p.* 602. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 578.

*La Cantharide noire à étuis jaunes.* GEOFF. *Hist. des Insect.*, *tom.* 1, *p.* 344.

*Ténébrion velu.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 5, *p.* 44, *pl.* 2, *fig.* 23, 24.

Habitat in Europa, plantis sylvaticis, sepibus.

## CCXLVIII. GENUS. *NILIO. Nilion.*

*Ægithus*, *coccinella*, *FABRICII.*

*Antennæ* filiformes, articulis breviter rotundato-

obconicis, ultimis paulo brevioribus, magis rotundatis, subglobosis; secundo breviore; tertio longiore; undecimo sive apicali præcedente vix longiore, globoso-ovato. *Mandibulæ* breves, apice bidentato. *Palpi* maxillares labialibus majores, articulo ultimo majore, subobtrigono. *Maxillæ* membranaceæ, laciniis duabus subæqualibus; externa paulo latiore, subovali; interna elongato-quadrata, sublineari.

*Corpus* hemisphæricum. *Thorax* brevissimus, latissimus, immarginatus, antice emarginatus, postice latior. *Scutellum* distinctum. *Elytra* molliuscula, gibba, immarginata vel marginibus plano-dilatatis. *Tibiæ* graciles, elongatæ, calcaribus brevissimis aut fere nullis. *Tarsi* articulis integris.

Spec. 1. *Nilio villosus. Nilion velu.*

N. Supra niger, nitidiusculus, villosus, thoracis elytrorumque limbo pallide flavescenti; elytris striis punctatis; corpore infra pedibusque fusco-flavescentibus.

*Tab. X, fig.* 2.

*Nilion velu.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 10, *p.* 333.

*Ægithus marginatus.* Fab. *System. eleut., tom.* 2, *p.* 10. — Ejusd. ibid. *Coccinella villosa, p.* 121.

*Erotylus cinctus?* Herbst. *Coleopt.* 8, *tab.* 137, *fig.* 11.

Habitat Cajennæ. Dom. Richard.

## FAMILIA VIGESIMA TERTIA.

### PYROCHROIDES. *PYROCHROÏDES.*

CCXLIX. Genus. *Scraptia. Scraptie.*

*Serropalpus?* Illiger.

*Antennæ* filiformes, in oculorum sinu antico insertæ, articulis plerisque subcylindricis, subæqualibus, bre-

vibus; secundo omnium breviore; tertio proximisque ad basin paulo attenuatis; quarto tertio paulisper longiore; apicali cylindrico-obconico, apice acuto. *Labrum* exsertum, membranaceum, quadratum, paulo latius quam longius, integrum. *Mandibulæ* absconditæ, corneæ, arcuatæ; latere interno late valdeque emarginato, subunidentato; apice acute acuminato, fisso. *Palpi* exserti, articulo ultimo maximo, in maxillaribus securiformi, in labialibus sublunato aut late obtrigono, laterum angulis utrinque productis; maxillares labialibus longiores. *Maxillæ* membranaceæ, laciniis duabus; externa multo majore, ad apicem latiore, obtusa, villosa; interna minima, acuta. *Labium* membranaceum, elongato-subquadratum, basi angustius, apice paulo dilatato, ad angulos rotundato, medio vix emarginato. *Mentum* brevissimum, coriaceo-membranaceum, labii basin in modum annuli cingens.

*Corpus* ovato-oblongum, molliusculum. *Caput* nutans, oculis lunatis. *Thorax* fere semicircularis, antice rotundatus, postice transversus, immarginatus. *Scutellum* distinctum. *Elytra* immarginata. *Tibiæ* subcylindricæ, calcaribus brevibus.

Spec. 1. *Scraptia fusca. Scraptie brunette.*

S. Fusco-nigricans, villosula, tibiis tarsisque ferrugineo-fuscis; elytris lævibus.

*Melandrye brunette.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 10, *p.* 342.

*Serropalpus fusculus.* Illig. *Coleopt. Bor., tom.* 1, *p.* 132.

Habitat in Gallia; Parisiis, loco *Petit-Gentilly*, in pratis.

CCL. Genus. *Notoxus. Notoxe.*

*Notoxus, Geoff., Oliv., Illig., Lam. — Attelabus, Meloe, Linn. — Cantharis, Geoff. — Anthicus, Payk., Fabricii.*

*Antennæ* subfiliformes, ante oculos insertæ, articulis subobconicis; secundo proximisque paulisper minoribus, subæqualibus; ultimo ovali. *Labrum* exsertum, membranaceum, quadratum, integrum, clypeo distincto, quadrato, submembranaceo adnatum. *Mandibulæ* absconditæ, validæ, trigono-quadratæ, depressæ; dorso ante apicem rotundato, paulo dilatato; ipso apice hinc crenula externa veluti notato, subarcuato, acuto, fisso; (*Notoxus monoceros.*) latere interno cavo, margine illo recto, tenuissimo, diaphano; hoc inæquali, emarginato. *Palpi* maxillares labialibus triplo majores, prominentes, articulo ultimo magno, securiformi; eodem labialium crassiore, subcapitato, truncato. *Maxillæ* basi crustaceæ, laciniis duabus membranaceis; externa multo majore, subobtrigona, ad apicem latiore, obtusa, villosa; interna minima, acuta. *Labium* membranaceum, elongato-quadratum, ad apicem paulo dilatatum, angulis rotundatis; margine supero recta transverso. *Mentum* parvum, subcoriaceum, labii basin in modum annuli amplectens, sinus paginæ inferæ capitis et os recipientis angulis in lobum productis utrinque opertum.

*Corpus* oblongum, capite thoraceque abdomine angustioribus. *Caput* nutans, thorace latius, ab illo collo pediculove angustissimo distinctum; oculis integris. *Thorax* truncato-subovatus, convexus, immarginatus, antice latior, rotundatus, postice truncatus, quandoque articulatus. *Scutellum* minutissimum. *Elytra* convexiuscula, rigida, vix marginata. *Abdomen* subdepresso-cylin-

dricum, postice rotundatum. *Pedes* optime cursorii, longiusculi; tibiis brevissime calcaratis.

*I. Thorax antice in cornu porrectus.*

Spec. 1. *Notoxus monoceros. Notoxe cuculle.*

N. Dilute ferrugineo-rubescens, punctulatus, pubescens; thoracis cornu ad latera marginato, apice depresso, rotundato; marginibus denticulatis; elytris puncto subscapulari, regione scutelli, linea suturali ante apicem in maculam transversam extrorsum dilatata, nigris.

*La Cuculle.* Geoff. *Hist. des Insect.*, *tom.* 1, *p.* 356, *pl.* 6, *fig.* 8.

*Notoxe unicorne.* Oliv. *Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 51, *pl.* 1, *fig.* 2, *a. b. c.*

*Notoxus monoceros.* Illig. *Coleopt. Bor.*, *tom.* 1, *p.* 287.

*Notoxe cuculle.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 353, *pl.* 89, *fig.* 7.

*Meloe monoceros.* Linn. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *pag.* 681. — *Attelabus monoceros. Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 639.

*Anthicus monoceros.* Payk. *Faun. Suec.*, *tom.* 1, *p.* 254.

*Anthicus monoceros.* Fab. *System. eleut.*, *tom.* 1, *p.* 288.

Panz. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 26, *fig.* 8.

Habitat in Europa, plantis, supra terram.

*II. Thorax acornis.*

Spec. 2. *Notoxus antherinus. Notoxe anthérin.*

N. Niger, brevissime pubescens, distincte punctatus; thorace subgloboso-cordato; elytris macula magna humerali, suturam non attingente, fascia ultra medium suturæ, margini externo non contigua, ipso margine externo et apice ferrugineis; tibiis fucescentibus; tarsis pallidis.

*Notoxus antherinus.* Illig. *Coleopt. Bor.*, *tom.* 1, *p.* 288.

*Notoxe anthérin.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 355.

*Meloe antherinus.* LINN. *System. nat.*, ed. 13, *tom.* 1, *pars* 2, *p.* 681. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n*°. 829.

*Anthicus antherinus.* PAYK. *Faun. Suec.*, *tom.* 1, *p.* 255.

*Anthicus antherinus.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 1, *p.* 291.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 11, *fig.* 14.

Habitat in Europa, super terram.

OBSERVATIO. *Anthicus 2-punctatus* Fabricii oris structura congener videtur; at tarsi articulis quatuor, secundo et tertio bilobis. Novum genus forsan constituit.

CCLI. GENUS. *CALOPUS. Calope.*

*Calopus*, FAB., OLIV., PAYK. — *Cerambyx*, LINN., DE GEER.

*Antennæ* in oculorum sinu interno insertæ, corpore vix breviores, filiformes, in mare præsertim, serratæ, articulis elongato-obtrigonis, compressis, ad angulum internum apicis prominulis; secundo minutissimo. *Labrum* exsertum, membranaceum, transverso-quadratum, integrum. *Mandibulæ* apice bidentato. *Palpi* maxillares labialibus majores, porrecti, articulo ultimo latiore, obtrigono aut fere securiformi; eodem labialium antecedentibus paulo crassiore, obconico. *Maxillæ* laciniis duabus; interna minore, acuta. *Labium* apice rotundatum, profunde emarginatum. *Tarsi* articulo penultimo bifido.

*Corpus* valde elongatum, angustum, sublineare, capite thoraceque abdomine paulo angustioribus. *Oculi* lunati. *Thorax* elongato-subquadratus, immarginatus. *Scutellum* obvium. *Elytra* elongata, linearia, immarginata. *Pedes* graciles, femoribus compressis; tibiis brevissime calcaratis.

SPEC. 1. *CALOPUS SERRATICORNIS. Calope serraticorne.*

C. Brunneus, pubescens, punctulatus; oculis nigricantibus;

thorace subinæquali, lateribus antice paulo dilatatis, rotundatis; elytris subrugosulo-punctatis, lineis aliquot elevatis, vix distinguendis.

*Calopus serraticornis.* FAB. *System. eleut., tom. 2, p. 312.*

*Calope serraticorne.* OLIV. *Entom., tom. 4, n°. 72, pl. 1, fig. 1. a. b. c.*

*Calope serraticorne.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom. 10, p. 362, pl. 89, fig. 8.*

*Cerambyx serraticornis.* LINN. *System. nat., ed. 13, tom. 1, pars 2, p. 634. — Faun. Suec., ed. 2, n°. 665.*

*Capricorne à antennes dentelées.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect., tom. 5, p. 79.*

PANZ. *Faun. Insect. Germ., fasc. 3, fig. 15.*

Habitat in Europa Boreali.

## CCLII. GENUS. *PYROCHROA. Pyrochre.*

*Pyrochroa*, GEOFF., DE GEER, FAB., OLIV., LAM. — *Cantharis, Lampyris*, LINNÆI.

*Antennæ* ante oculos insertæ, filiformes, (capite thoraceque paulo longiores) pectinatæ; articulis obconicis; angulo interno apicis, ultimorum præsertim, in ramum dentemve elongatum producto. *Labrum* exsertum, membranaceum, transverso-quadratum, antice rotundatum, integrum, clypeolo distincto adnexum. *Mandibulæ* validæ, partim exsertæ, apice arcuato, acuto, bidentato. *Palpi* maxillares labialibus multo majores, porrecti, articulo ultimo majore, elongato-obtrigono; *labiales* parvi, ultra labii apicem vix prominuli, filiformes, articulis breviter obconicis, subæqualibus. *Maxillæ* processu terminali subobtrigono, apice rotundato, hirsuto; lacinia interna nulla aut ab externa non distincta. *Labium* membranaceum, elongato-quadratum, bifidum, mento paulo angustius. *Mentum* subcrustaceum, transverso-quadratum.

*Corpus* ovato-oblongum, depressum, capite thoraceque abdomine paulo angustioribus. *Caput* nutans, collo distincto, oculis elongatis, sinu interno notatis. *Thorax* suborbiculatus, postice tantum marginatus. *Scutellum* obvium. *Elytra*, basi excepta, immarginata. *Pedes* validiusculi, tibiis elongatis, calcaribus brevissimis aut fere nullis.

Spec. 1. *Pyrochroa rubens. Pyrochre cardinale.*

P. Nigra; capite, thorace, scutello elytrisque coccineis; antennarum articulo secundo tertio multum minore; thorace vix sericeo, sulco dorsali, postice, ante marginis medium impresso; parte elevata veluti biloba.

*La Cardinale.* Geoff. *Hist. des Insect.*, *tom.* 1, *p.* 338, *pl.* 6, *fig.* 4.

*Pyrochroa rubens.* Fab. *System. eleut.*, *tom.* 2, *p.* 109.

*Pyrochre rouge.* Oliv. *Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 53, *pl.* 1, *fig.* 2. *a. b.*

*Pyrochre rouge.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 361.

Habitat in Galliæ sylvis, tempore vernali; Parisiis, sylva *St. Germain.*

Pyrochroa *coccinea* Fabricii, (*Cantharis coccinea* Linnæi; — Panz. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 13, *fig.* 11.) nigra, thorace elytrisque solis coccineis; antennarum articulo secundo tertii e dimidio majore; thorace distincte sericeo. In Gallia Australi, Germania habitat.

## FAMILIA VIGESIMA QUARTA.

### MORDELLONÆ. *MORDELLONES.*

Observationes. *Labrum* exsertum, membranaceum, apice rotundatum, integrum. *Mandibulæ* sæpius trigonæ, apice acutæ, absconditæ, aut ad latus externum tantummodo detectæ. *Palpi*

articulo ultimo crassiore; maxillares labialibus longiores, valde exserti; hi labio antice, ad ejus laciniarum apicalium originem, inserti. *Maxillæ* lacinia duplici membranacea, interna sæpius minore. *Labium* membranaceum, elongatum, ad apicem subcordatum, bifidum aut profunde emarginatum, mento brevissimo, transverso, illius basin formante. *Tibiæ* calcaratæ.

### CCLIII. GENUS. *RHIPIPHORUS. Rhipiphore.*

*Rhipiphorus*, *BOSC*, *FAB.*, *OLIV.*, *PAYK.*, *LAM.* — *Mordella*, *LINNÆI.*

*Antennæ* inter oculos insertæ, distantes, pectinatæ aut serratæ; articulo basilari elongato, longiore, subobconico; secundo minimo; tertio obconico, latere interno illius et sequentium, ultimorum præsertim, dente vel ramo, solitario duplicive instructo. *Labrum* exsertum, coriaceum, porrectum, semiovale. *Mandibulæ* arcuatæ, intus subexcavatæ, apice acuto, dentibus nullis. *Palpi* subfiliformes; maxillarium palpialiumque articulo secundo longiore, obconico; priorum ultimo conformi; posteriorum eodem obconico-ovato. *Maxillæ* laciniis setiformibus; externa longissima, lineari; interna acuta. *Labium* elongatum, ab basin angustum, membranaceum, deinde subcordatum, paulo coriaceum, lingula parva, angusta, lineari, styliformi, apice dentato-bifida, inter palpos exsurgente, terminatum. *Mentum* coriaceum, ovatum. *Tarsi* articulis integris; unguibus apice bifidis aut unidentatis.

*Oculi* haud emarginati. *Thorax* dorso arcuato, postice in angulum scutellarem productus, subtrilobus. *Scutellum* nullum aut absconditum. *Elytra* abbreviata aut elongata, apice acuminata, acute dehiscentia. *Alæ* penitus extensæ, elytris longiores. *Scapulæ* ( Knoch ) nudæ, duplices, transversæ; parte supera majore; in-

fera lineari. *Parapleura* nuda, gemina, trigona, quadratum elongatum conjunctim formantia.

Spec. 1. *Rhipiphorus paradoxus. Rhipiphore paradoxe.*

R. Antennis *maris* flabellatis (ramorum duplici serie); *feminæ* pectinatis (ramorum serie unica); capite transverso, thorace humiliore, inter antennas recta transverse prominulo; vertice plano; oculis angulos posticos occupantibus; thorace sulco dorsali, antice cruciatim diviso, postice late in lacunam subcarinatam profunde excavato; marginis postici processu rotundato, emarginato; elytris acutis, abdomine paulo brevioribus; corpore nigro; thoracis lateribus, elytris, apice excepto, abdomine rufescenti-flavis; femoribus omnibus gracilibus.

*Rhipiphorus paradoxus. Fab. System. eleut., tom.* 2, *p.* 119.

*Rhipiphore paradoxe. Oliv. Entom., tom.* 3, *n*°. 65, *pl.* 1, *fig.* 7.

*Rhipiphorus paradoxus. Payk. Faun. Suec., tom.* 2, *p.* 177.

*Rhipiphore paradoxe. Latr. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 10, *p.* 411.

*Mordella paradoxa. Linn. System. nat., ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *p.* 682. — *Faun. Suec., ed.* 2, *n*°. 831.

*Panz. Faun. Insect. Germ., fasc.* 26, *fig.* 14. mas.

Habitat in Europa Boreali, rarissimus. Marem et feminam Parisiis, in sylvula *Bois de Boulogne,* semel cæpi. Larva in vespæ crabonis nido; Bosc.

Femina elytris magis et quandoque penitus nigris. Hæc varietas *Rhipiphorus angulatus* Panzer, *fasc.* 90, *fig.* 3.

Rhipiphorus *subdipterus* elytris brevissimis, fornicatis distinctus; *flabellatus*, 2-*maculatus* in Occitania et Gallo-provincia habitant.

## CCLIV. Genus. *Mordella. Mordelle.*

*Mordella, Linn., Geoff., de Geer, Fab., Oliv., Lamarck.*

*Antennæ* ad oculorum internum apicem insertæ,

filiformes, a medio ad apicem subserratæ, articulis duobus aut primis subcylindricis, subæqualibus; tertio quarto et quinto obconicis, hoc paulo majore; sequentibus quinque compressis, subobtrigonis, angulo interno in dentem prominulo; articulo ultimo anguste et acute ovato. *Labrum* quadrato-semiorbiculatum. *Mandibulæ* latæ, trigonæ, sub apice unidentatæ. *Palpi* maxillares labialibus multo majores, articulo ultimo magno, securiformi; labiales malleiformes, articulo apicali crassiore, transverso-ovato, intus producto et apice truncato. *Maxillæ* laciniis valde membranaceis, mollibus; externa magna, subspatellæformi, ad basin angustata, subpediculata, apice dilatato-rotundata, latere interno concavo; lacinia interna angusta, recta, sublineari, ante apicem paulo latiore, apice acuto. *Labium* basi angustum, stipitatum, deinde (ad palporum insertionem) late cordatum, laterum marginibus reflexis, palporum articulum secundum subvaginantibus. *Tarsi* articulis integris; ultimo unguibus denticulatis aut sub apice fere unidentatis.

*Oculi* integri. *Thorax* postice sublobatus. *Scutellum* manifestum. *Elytra* alas apice plicatas tegentia. *Abdomen* caudatum. *Pedes* quatuor antici sub capite veluti inserti; femoribus posticis validis; laminæ (capitulum) quibus inseruntur pectore postico (*acetabulo* Knoch) ampliores aut illi subæquales. *Parapleura* simplicia. *Scapulæ* sub thorace fere absconditæ.

SPEC. 1. *MORDELLA ACULEATA. Mordelle à pointe.*

M. Antennis serratis; illarum basi, palporum maxillarium articulis mediis femoribusque anticis partim, sæpius rufo-pallidis; articulis tertio, quarto, distincte-obconicis; quinto abrupte majori, subobtrigono; thorace transverso, postice

latiore,

latiore; elytris basi quam ad apicem latioribus; corpore nigro, subobscuro; pube brevissima, holosericea, fusco-grisescente; cauda thoracis longitudine.

*Mordella aculeata.* Linn. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *p.* 682. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 532.

*La Mordelle veloutée à pointe.* Geoff. *Hist. des Insect.*, *tom.* 1, *pag.* 353, *pl.* 6, *fig.* 7.

*Mordelle à tarrière.* De Geer. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 5, *pag.* 28.

*Mordella aculeata.* Fab. *System. eleut.*, *tom.* 2, *p.* 121.

*Mordelle à pointe.* Oliv. *Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 64, *pl.* 1, *fig.* 2, *a. b.*

*Mordelle à pointe.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 413.

Schæff. *Elem. Entom.*, *tab.* 84.

Habitat in Europa; ab hac specifice distinguendæ Mordellæ nostrates duæ, illi facie, colore, fere similes floresque promiscue habitantes. Prior paulo minor, antennis vix serratis; articulis tertio, quarto, quinto subæqualibus; corpore supra non fusco-griseo-pubescente; cauda thorace breviore; illius acumine ultra vaginam inferam paulo, non duplo, exserto; species posterior duplo minor, angustior; antennis ut in præcedenti; thorace non transverso, fere tam longo quam lato, subquadrato; elytris linearibus; cauda ut in M. *aculeata* thoracis saltem longitudine, villosula; corpore atro, nitido.

M. a Schæffer depicta *tab.* 127, *fig.* 7 (*Icon. Insect., Ratisb.*) ad M. *fasciatam* referenda.

## CCLV. Genus. *Anaspis. Anaspe.*

*Anaspis*, Geoff. — *Mordella*, Linn., Fab., Olivier.

*Antennæ* ad oculorum marginem internum insertæ, (thorace paulo longiores) subfiliformes, apicem versus paululo sensim subcrassiores; articulis quatuor primis

et inferis subcylindricis; quarto et sequentibus ad decimum usque breviter obconicis, (turbinatis) compressis, apicali ovato. *Labrum* subsemiorbiculare. *Mandibulæ* trigonæ, apice subarcuato, acuto, bifido aut bidentato; latere interno submembranaceo. *Palpi* maxillares labialibus multo majores; articulo ultimo magno, securiformi; labiales extrorsum crassiores, articulo ultimo subobtrigono. *Maxillæ* laciniis duabus parvis, sublinearibus, longitudine subæqualibus, interna paulo angustiore. *Labium* subcordatum, mento quam in generibus duobus præcedentibus majore. *Tarsi* quatuor antici articulo penultimo parvo, obtrigono, supra, pro sequentis insertione, emarginato; unguibus omnium denticulis nullis aut obsoletis.

*Mordellarum* habitus. *Oculi* sublunati. *Thorax* margine postico subrecto. *Scutellum* plus minusve distinctum. *Pectus* posticum laminis quibus inseruntur pedes postici latius extensum.

SPEC. 1. *ANASPIS FRONTALIS. Anaspe frontale.*

A. Nigra, nitida, pube subtilissima, fusco-holosericea; capite antice, antennarum articulis inferis, pedibus anticis, mediorum femoribus, calcaribus, pallide-rufis; scutello minutissimo; abdominis apice infero, in altero sexu saltem, appendice furciformi instructo.

*Anaspe frontale.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 418.

*Mordella frontalis.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 2, *p.* 125.

*Mordelle frontale.* OLIV. *Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 64, *pl.* 1, *fig.* 6. *a. b. c.*

*Mordella frontalis.* PAYK. *Faun. Suec.*, *tom.* 2, *p.* 183.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 13, *fig.* 13.

Habitat in Europæ floribus.

Variat statura minore, minus elongata; ore, pedibus quatuor

anticis, dilute rufis. Hæc varietas potius *Mordella frontalis* Linnæi (1), Fabricii et *Anaspis* nigra Geoffroi, *Hist. des Ins.*, *tom.* 1, *p.* 316, *pl.* 5, *fig.* 7.

Observatio. Mandibulis apice bifidis *Cisteleniæ* plurimæ in prioris *Tribus* divisione secunda reponendæ.

## FAMILIA VIGESIMA QUINTA.

### HORIALES. *HORIALES.*

Observationes. *Antennæ* ante oculos insertæ, articulis obconico-cylindricis, compressis, brevibus; secundo et tertio minoribus, æqualibus; apicali longiore, ovali, compresso. *Labrum* exsertum, parvum, membranaceum, subsemicirculare, clypeolo adfixum. *Mandibulæ* validæ, apice acutæ, latere interno incisorio, dentibus nullis aut unico. *Palpi* articulo ultimo ovali; maxillares labialibus longiores, articulis secundo et tertio majoribus, obconicis; labialium secundo forma eadem. *Maxillæ* laciniis duabus; externa majore. *Labium* bifidum. *Mentum* transverso-quadratum.

CCLVI. Genus. *Horia. Horie.*
*Horia, Fab., Olivier.*

*I. Caput thoracis latitudine.*

Spec. 1. *Horia maculata. Horie tachetée.*

II. Flavescens; elytro singulo maculis sex per paria transversa positis et apice nigris.

*Horia maculata. Fab. System. eleut., tom.* 2, *p.* 85.

*Horie maculée. Oliv. Entom., tom.* 3, *n°.* 53 *bis*, *pl.* 1, *fig.* 1. *a. b.*

---

(1) « Frons flava et *pedes* præsertim anteriores. » *Linn. Faun. Suec.*, *ed.* 2, *p.* 229.

*Horie tachetée.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 365, *pl.* 89, *fig.* 9.

*Swed. Nov. Act. Holm.* 1787.

Habitat in Americæ insulis; St. Domingo. Dom. Palisot de Beauvois.

### *II. Caput thorace angustius.*

*Genr.* Cissites, Latr. *Nouv. Dict. d'Hist. nat.*, *tom.* 24, *tab.* 1, *pag.* 154.)

Spec. 2. *Horia testacea. Horie testacée.*

H. Sanguineo-rufa, antennis pedibusque nigris; femoribus posticis in mare valde incrassatis.

*Horia testacea.* Fab. *System. eleut.*, *tom.* 2, *p.* 86.

*Horie testacée.* Oliv. *Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 53 *bis*, *pl.* 1, *fig.* 2. *a. b.*

*Horie testacée.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 365.

Hybn. *Naturf.* 24, *p.* 47, *n°.* 13, *tab.* 2, *fig.* 14 — 17.

Habitat Tranquebariæ.

Observatio. Habitu a præcedente differt et genus novum, nomine *Cissites* a nobis designatum, constituere videtur; at illius characteres cibarios nondum exploravi.

## FAMILIA VIGESIMA SEXTA.

### CANTHARIDIÆ. *CANTHARIDIES.*

### CCLVII. Genus. *Cerocoma. Cérocome.*

*Cerocoma*, Geoff., Schæff., Fab., Oliv., Lam. — *Meloe*, Linnæi.

*Antennæ* inter oculos, ad clypei basin, insertæ, subapproximatæ, (thoracis vix longitudine) articulis novem, ultimo omnium maximo, compresso, subobtrigono-ovato vel elongato-ovato; latere supero arcuato, infero

subrecto; antennæ *feminæ* articulo basilari elongato, subobconico; secundo minimo; tertio sequentibus paulo longiore, cylindrico-obconico; quarto, quinto et aliis ad octavum usque, brevibus, transverso-subturbinatis; horum ultimis paulo majoribus; antennæ *maris* irregulares, articulis basilari, tertio, quarto, quinto, sexto, saltem, valde dilatatis, membranaceis. *Os* productum. *Labrum* valde porrectum, coriaceo-membranaceum, elongatum, basi angustatum, deinde ovatum, ad apicem truncatum, e valvulis duabus, longitrorsum medio conniventibus, ligulas duas includentibus. *Mandibulæ* debiles, vix corneæ, partim diaphanæ, elongato-trigonæ, subrectæ, acutæ intus, subfornicatæ; latere interno membranaceo, acuto, prominulo. *Palpi* maxillares labialibus aperte majores, filiformes aut extrorsum crassiores; articulis secundo et tertio in *femina* obconicis, in *mare* compressis, dilatatis, corpus semiovatum, compressum, quandoque intus excavatum et articulum ultimum excipiens, formantibus; hoc articulo inflexo, in *feminis* elongato-obconico vel subcuneiformi, apice utrinque oblique truncato, ejus medio in angulum prominulo; in masculis valde compresso, subobconico aut elongato-obtrigono, apice obtuso aut oblique truncato. *Palpi* labiales graciles, filiformes, articulis tribus subcylindricis, elongatis, basi parum attenuatis, subæqualibus; ultimo inflexo. *Maxillæ* lineares, elongatæ, setosæ. *Labium* elongatum, membranaceum, subcordatum, emarginatum, mento majusculo, coriaceo-membranaceo, deltoideo.

*Corpus* subcylindricum, molliusculum. *Oculi* integri. *Thorax* subquadratus et antice rotundatus. *Scutellum* minutum. *Elytra* horizontalia, abdomen penitus obte-

gentia, linearia, sutura recta. *Pedes* elongati; tibiis posticis calcare ad apicem subdilatato, oblique truncato, excavato-subinfundibuliformi; tarsis anticis in *mare* articulis latioribus, compressis.

Spec. 1. *Cerocoma Schæfferi. Cerocome de Schæffer.*

C. Viridis aut cærulescens, pubescens, punctata; antennis pedibusque pallide rufis; thorace subquadrato, antice rotundato, non angustato; antennis *maris* articulo basilari, tertio, quarto, quinto et sexto tantummodo dilatato-membranaceis, non uncinato-crispatis; ultimis regularibus; apicali lævi, angulis rotundatis; tibiis omnibus in utroque sexu regularibus.

*La Cerocome.* Geoff. *Hist. des Insect.*, *tom.* 1, *p.* 358, *pl.* 6, *fig.* 9.

*Cerocoma Schæfferi.* Fab. *System. eleut.*, *tom.* 2, *p.* 71.

*Cerocome de Schæffer.* Oliv. *Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 48, *pl.* 1, *fig.* 1. *a. b. c. d.*

*Cérocome verte.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 375, *pl.* 90, *fig.* 5.

*Meloe Schæfferi.* Linn. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *p.* 681.

Schæff. *Elem. entom.*, *tab.* 37. — *Icon. Insect.*, *tab.* 53, *fig.* 8. 9.

Herbst. *Coleopt.* 8, *tab.* 109, *fig.* 6. 7.

Panz. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 36, *fig.* 11.

Habitat in Europæ Australis segetibus, mense junio.

Observatio. C. *Schreberi* a præcedente omnino distincta, thorace magis elongato, antice angustato et hinc quadrato-ovato; abdomine, ano excepto, rufescente. *Mas* antennis penitus uncinato-crispatis, articulo ultimo transverso, malleoliformi, ad apicem internum hamato, basi inæquali et denticulis nonnullis aspera, excavata.

CCLVIII. Genus. *Mylabris. Mylabre.*

*Mylabris, Fab., Oliv., Lam. — Meloe, Linnæi.*

*Antennæ* oculorum margini interno et infero, ad clypei basin, insertæ, (thorace paulo longiores) ad apicem sensim extrorsum crassiores et arcuato-subclavatæ, articulis undecim; tertio elongato, cylindrico; quarto, quinto et sexto subcylindricis; sequentibus ad decimum usque sensim crassioribus, latioribus, subobconicis; undecimo sive apicali magno, ovato-obconico, acuto. *Labrum* membranaceo-coriaceum, exsertum, subcordatum, postice, ad basin, transverse truncatum, clypeolo quadrato affixum. *Mandibulæ* corneæ, trigono-compressæ, apice arcuato-acutæ, latere interno membrana aucto. *Palpi* villosi, subfiliformes, articulo ultimo majore, obconico, compresso, vel subobtrigono, ad apicem latiore, truncato; maxillares labialibus multo longiores. *Maxillæ* laciniis duabus conniventibus, submembranaceis, hirsutis; exteriore, ad basin angustiore, dorso arcuato, latere interno concavo, apice intus subacuminato (hæc lacinia inde uncinato-hamata) interna subquadrata. *Labium* membranaceum, villosum, quadrato-cordatum, ad apicem latius, late paulo emarginatum, mento paulo majore, coriaceo, subcordato, ad basin et apicem transverse truncato, stipitali.

*Corpus* oblongum, molliusculum. *Caput* thorace paulo latius; oculis ovalibus, subintegris. *Thorax* parvus, elytris paulo angustior, subquadratus et ad angulos rotundatus, convexiusculus. *Scutellum* minutissimum. *Elytra* elongata, rotundato-subdeflexa. *Abdomen* pectore vix longius. *Tibiæ* calcaribus elongatis, angustis, spiniformibus.

SPEC. 1. *MYLABRIS 10-PUNCTATA. Mylabre à dix points.*

M. Atra, nitida; elytris testaceo-sanguineis; singulo punctis quatuor, per paria, transverse positis maculaque lunata, ad summum apicem, nigris.

*Mylabris* 10-*punctata.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 2, *p.* 84.

*Mylabre dix points.* OLIV. *Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 47, *pl.* 1, *fig.* 4, *et pl.* 2, *fig.* 18.

*Mylabre dix points.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 369.

*Meloe* 4-*punctata.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *p.* 680.

Frequens in Gallia Australi, locis sabulosis et aridis; in Hieraciorum floribus.

Mylabris *Cichorii* nostras præcedentis magnitudine, atra, nitida; elytris fasciis tribus flavescentibus, fasciisque totidem nigris, alternis, transversis, dentatis; fascia prima flavescente basin occupante, quandoque bipartita; secunda paulo ante medium; tertia ante apicem.

Cum illo non conjungenda M. *Fueslini* PANZ. *fasc.* 31, *fig.* 18; hæc ad M. *variabilem* Olivier referenda.

## CCLIX. GENUS. *MELOE. Meloë.*

*Meloe*, LINN., GEOFF., DE GEER, FAB., OLIV., LAMARCK.

*Antennæ* oculorum margini interno proxime insertæ, (thoracis longitudine) filiformes aut vix apice crassiores, moniliformes, articulis breviter subobconicis vel subturbinato-quadratis, rotundatis et compressis; plerisque in *feminis* subæqualibus; secundo parvo; ultimo longiore, elongate-subovato; illius latere infero subrecto; supero arcuato; apice acuto; articulis mediis (5, 6, 7) in *masculis* dilatatis, inæqualibus; hinc antennæ irregulares. *Labrum* exsertum, clypeolo affixum, coriaceum, subquadratum, transversum, margine an-

tico

tico latiore, hirsuto, emarginato, ad angulos rotundato. *Mandibulæ* corneæ, latere interno inæqualiter multidentato aut angulato. *Palpi* maxillares labialibus multo longiores, hirsuti, subfiliformes; articulo ultimo majore, cylindrico-ovato, labialium eodem incrassato, subobconico, truncato. *Maxillæ* laciniis duabus conniventibus, coriaceo-membranaceis, hirsuto-fimbriatis; externa subobtrigona, incurva, intus ad apicem subacuminata; interna subquadrata. *Labium* coriaceo-membranaceum, transverso-subcordatum, ad basin transverse truncatum, margine supero hirsuto, recto, integro; mento paulo latiore, coriaceo, brevi, transverso, ad latera rotundato, stipitali.

*Corpus* oblongum, molle. *Caput* magnum, oculis vix prominulis, elongatis, angustis. *Thorax* parvus, abdomine multo angustior, subquadratus, dorso plano. *Scutellum* nullum aut absconditum et obsoletum. *Elytra* abdomine plerumque breviora, extus inflexa, postice late dehiscentia; unius margine interno, ad basin, alterius eodem margini superposito. *Alæ* nullæ. *Abdomen* sæpius maximum. *Pedes* oleum per geniculos emittentes, compressi; tibiis posticis calcare incrassato, ad apicem oblique truncato, dilatato; apice infundibuliformi.

Spec. 1. *Meloe proscarabæus. Meloë proscarabé.*

M. Intense nigro-cæruleus aut violaceus, profunde punctatus; antennarum articulis ultimis nigris; thorace subquadrato, paulo longiore quam latiore, ad postica sensim paulo angustiore; margine postico impresso, impressione antecurrente distincto, emarginato; elytris rugosulis.

*Meloe proscarabœus.* Linn. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *p.* 679. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 826.

*Le Proscarabé.* GEOFF. *Hist. des Insect., tom.* 1, *p.* 377, *pl.* 7, *fig.* 4.

*Cantharide proscarabé.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect., tom.* 5, *p.* 3, *pl.* 1, *fig.* 1.

*Meloe proscarabœus.* FAB. *System. eleut., tom.* 2, *p.* 587.

*Meloë proscarabé.* OLIV. *Entom., tom.* 3, *n°.* 45, *pl.* 1, *fig.* 1. *a. b. c. d.*

*Meloe proscarabœus.* PAYK. *Faun. Suec., tom.* 3, *p.* 361.

*Meloë proscarabé.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 10, *p.* 387.

PANZ. *Faun. Insect. Germ., fasc.* 10, *fig.* 12.

*Meloe violaceus.* MARSH. *Coleopt. Britan., p.* 482.

Habitat in Europæ pascuis siccis, hortis, vernali tempore.

M. *tecta* Insectorum Historiæ naturalis nostræ, *tom.* 10, *p.* 388, præcedenti valde affinis, at distincta corpore nigro, magis punctato; capite thoraceque cæruleo aut violaceo-nigris; antennis pedibusque intensive violaceis; thorace quam in M. *proscarabœo* paulo latiore, fere æque quadrato. Elytrorum respectiva longitudo characterem certissimum forte non suppeditat; abdominis enim proportiones contractione aut dilatatione variant.

M. *similis* Marsham et ejusdem M. *proscarabœus* ad hanc speciem referendæ; forte etiam non diversa M. *punctata* Fabricii; insectum quod sub eodem nomine descripsimus profecto distinctissimum thorace transverso, corpore varioloso.

M. *brevicollis* Fabricii eadem ac M. *rugosus* Marsham, non illius *similis*, ut opinatus est Dom. Illiger.

In M. *majali* thorax transversus, postice emarginatus; abdominis segmenta cuprea, fascia transversa viridi; corpore cupreo viridique vario, rugoso.

## CCLX. GENUS. ŒNAS. *Œnas.*

*Meloe*, LINN. — *Lytta*, FAB. — *Cantharis*, OLIVIER.

*Antennæ* inter oculos, clypei basi laterali insertæ,

(thorace breviores aut vix illius longitudine) filiformes, articulis undecim, a secundo subdivaricatæ; basilari majore, obconico; secundo parvo; tertio et quarto sequentibus paulo longioribus, subobconicis; quinto, sexto et sequentibus ad decimum usque breviter rotundato-cylindricis, diametro transverso longitudinalem ad minus æquante; articulo ultimo subelongato, conico. *Labrum* exsertum, clypeo distincto affixum, coriaceum, subcordatum, ad basin transverse truncatum. *Mandibulæ* corneæ, trigonæ, acutæ, latere interno vix unidentato. *Palpi* filiformes, articulo ultimo elongato, cylindrico, truncato; maxillares labialibus majores. *Maxillæ* laciniis duabus membranaceis, apice hirsutis; externa obtrigona, subincurva, apice latiore, obtuso; interna dentiformi. *Labium* mento minus, subcoriaceum, cordato-quadratum; lateribus rotundatis, margine supero membranaceo, subintegro; mento coriaceo, labio latiore, lateribus dilatatis, rotundatis.

*Corpus* oblongum, teretiusculum; capite thoraceque elytris paulo angustioribus. *Oculi* integri. *Thorax* parvus, orbiculato-quadratus. *Scutellum* distinctum. *Elytra* elongata, linearia, dorso planiusculo. *Tibiæ* posticæ calcare crasso, apice oblique truncato, subdilatato, excavato-infundibuliformi.

SPEC. 1. *ŒNAS AFER. Œnas africain.*

O. Niger, punctatus, thorace rubro.

*Tab. X, fig.* 10.

*Œnas africain.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 10, *p.* 394.

*Meloe afer.* LINN. *System. nat., ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *p.* 680.

*Lytta afra.* FAB. *System. eleut., tom.* 2, *p.* 80.

*Cantharide africaine.* OLIV. *Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 46, *pl.* 1, *fig.* 4. *a. b.*

Habitat in Barbaria.

SPEC. 2. *ŒNAS LUCTUOSUS. Œnas en deuil.*

O. Niger, punctatus; thorace nitido, subimpresso.

*Œnas en deuil.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *pag.* 393.

*Cantharide soyeuse?* OLIV. *Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 46, *pl.* 1, *fig.* 8.

Habitat in Barbaria; a *Lytta atrata* Fabricii diversissimus.

CCLXI. GENUS. *CANTHARIS. Cantharide.*

*Cantharis*, GEOFF., DE GEER, OLIV., LAM. — *Meloe*, LINN. — *Lytta*, FABRICII.

*Antennæ* oculorum margini interno sub insertæ, (thorace longiores) articulis undecim, plerisque subobconicis aut subcylindricis, longioribus quam latioribus, ultimo elongato, obconico-ovali, acuto. *Instrumenta* cibaria ut in genere præcedenti; maxillæ laciniis tantummodo paululo majoribus; externa intus acuta, subuncinata. *Palpi* subfiliformes; articulo ultimo majore, labialibus subcylindrico, truncato, maxillaribus modo pariter cylindrico, modo subovato aut subobtrigono.

*Corpus* elongatum, subcylindricum. *Thorax* parvus, elytris paulo angustior, subquadratus. *Scutellum* distinctum, subimmersum. *Elytra* molliuscula, elongata, linearia, ad latera subinflexa, dorso convexiusculo, rotundato. *Pedes* elongati; tibiæ calcare crassiore, apice subdilatato, oblique truncato, excavato, subinfundibuliformi.

SPEC. 1. *CANTHARIS VESICATORIA. Cantharide vésicatoire.*

C. Aurato-viridis, nitida; antennis nigris, corporis dimidio

longioribus; capite lato, vertice unisulcato; thorace trigono-quadrato, antice latiore, angulis humeralibus prominulis; dorso inæquali, linea impressa.

*La Cantharide des boutiques.* GEOFF. *Hist. des Insect.*, *tom.* 1, *p.* 341, *pl.* 6, *fig.* 5.

*Cantharide vésicatoire.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 5, *p.* 12, *pl.* 1, *fig.* 9.

*Cantharide vésicatoire.* OLIV. *Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 46, *pl.* 1, *fig.* 1. *a. b. c.*

*Cantharide vésicatoire.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 10, *p.* 401, *pl.* 90, *fig.* 7.

*Meloe vesicatorius.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pag.* 679. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 827.

*Lytta vesicatoria.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 2, *p.* 76.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 41, *fig.* 4.

Habitat in Europa, fraxino præsertim, solstitio æstivali.

## CCLXII. GENUS. *SITARIS. Sitaris.*

*Cantharis*, GEOFF., OLIV. — *Necydalis*, FABRICII.

*Antennæ* ad oculorum sinum internum insertæ, (in mare corporis fere longitudine) filiformes, articulis undecim, crassiusculis, subcylindricis; secundo tertio triplo minore; hoc et sequenti obconico-cylindricis; ultimo acuto. *Labrum* exsertum, membranaceum vel subcoriaceum, transversum, integrum, clypeo affixum. *Mandibulæ* corneæ, validæ, partim exsertæ, ad apicem arcuatæ, acutæ, apicibus elongatis, cruciatis. *Palpi* filiformes, articulo ultimo ovali-cylindrico, obtuso; præcedenti, labialibus præsertim, longiusculo, subobconico; maxillares paulo longiores. *Maxillæ* laciniis duabus distinctis, brevibus, membranaceis, apice hirsutis; externa paulo longiore, subobtrigona; interna ad apicem acuta. *Labium* membranaceum, quadrato-cordatum, breve, latum, ad apicem latius, profunde emarginatum;

mento membranaceo, stipitali, transverso-subquadrato, annulo coriaceo transverse diviso, ad labii ortum subcoarctato.

*Corpus* oblongum, capite thoraceque elytrorum fere latitudine. *Caput* inflexum, oculis lunatis. *Thorax* orbiculato-quadratus, planus. *Scutellum* maxime obvium. *Elytra* ad apicem valde attenuata, subulata, dehiscentia, horizontalia; alis extensis, apice plicatis. *Abdomen* breve. *Pedes* validiusculi; tibiis posticis calcaribus brevissimis, latis, apice truncatis.

SPEC. 1. *SITARIS HUMERALIS. Sitaris huméral.*

S. Nigra; elytris basi flavescentibus, ab humeris attenuatis, subulatis.

*Sitaris huméral.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 10, *p.* 403.

*La Cantharide à bande jaune.* GEOFF. *Hist. des Insect.*; *tom.* 1, *p.* 342.

*Cantharide humérale.* OLIV. *Entom., tom.* 3, *n°.* 46, *pl.* 2, *fig.* 20.

*Necydalis humeralis.* FAB. *System. eleut., tom.* 2, *p.* 371.

Habitat in Europa Australi, apiarium nidis.

SPEC. 2. *SITARIS APICALIS. Sitaris apical.*

S. Nigra, elytris, abdominis segmentis ultimis, pedum maxima parte flavescentibus; elytrorum apice attenuato, nigro.

*Sitaris apical.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 10, *p.* 403.

Habitat in Gallia Australiori; Brivæ, Burdigalæ.

## CCLXIII. GENUS. *ZONITIS. Zonitis.*

*Zonitis*, FAB. — *Apalus*, OLIVIER.

*Antennæ* ex oculorum sinu interno nascentes, filiformes, (thorace longiores) articulis undecim, elonga-

tis, obconico-cylindricis, gracilibus; secundo tertio dimidiatim tantum minore. *Labrum* exsertum subcoriaceum, quadrato-semicirculare, integrum, clypeolo transverso affixum. *Mandibulæ* corneæ, trigonæ, apice subarcuatæ, acutæ. *Palpi* magnitudine paulo diversi, filiformes, articulo ultimo subcylindrico, ad basin paulo attenuato, apice truncato; maxillares labialibus tantisper longiores; horum articulo secundo elongato. *Maxillæ* laciniis duabus membranaceis, interna haud prominula, vix distinguenda, maxillam intus marginante, lineari, hirsuto-fimbriata; apicali elongata, ad apicem acuminata, inæqualiter hirsuto-fimbriata; apice sæpe valde producto, ultra labrum eminente; processu hoc externo in nonnullis longissimo, lineari, subtus inflexo. *Labium* membranaceum, subquadratum, apice rotundatum, profunde fissum; mento subcoriaceo, elongato-subquadrato, ad apicem sensim paulo angustiore.

*Corpus* subcylindricum, molliusculum. *Caput* inflexum, subcordatum vel trigonum; oculis elongatis, intus sinu subnotatis. *Thorax* parvus, subquadratus, elytrorum fere latitudine. *Scutellum* manifestum. *Elytra* elongata, linearia, abdomen penitus supertegentia, molliuscula, ad latera paululum inflexa. *Pedes* elongati; tibiis posticis calcare incrassato, ad apicem paulo dilatato, excavato, oblique truncato.

SPEC. 1. *ZONITIS PRÆUSTA. Zonitis bout-brûlé.*

Z. Dilute rubro-ferruginea, subpubescens, punctulata, nitida; antennis, oculis pectoreque nigris; elytris haud nitidis, pubescentibus, apicibus nigris; fronte lineola elevata; tarsis obscuris.

*Zonitis præusta. FAB. System. eleut., tom. 2, p. 23.*

*Zonitis bout-brûlé.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 10, *p.* 406, *pl.* 90, *fig.* 18.

*Lytta afra. Ross. Faun. etrusc., tom.* 1, *p.* 240, *tab.* 3, *fig.* 1. — Ejusd. *Mylabris testacea.* Ibid. *mant.* 1, *p.* 93.

PANZ. *Faun. Insect. Germ., fasc.* 36, *fig.* 7.

Habitat in Gallia Australiori, Italiæ; Burdigalæ, in *Dipsaco Fullonum.*

*Zonitis nigripennis* Fabricii, *System. eleut., tom.* 2, *p.* 23, (Ross. *Faun. etrusc., tab.* 3, *fig.* 3. — Panz. *Faun. Insect. Germ., fasc.* 36, *fig.* 6.) et Mylabris *fulva* Rossi, (*Faun. etr. mant.* 1, *p.* 94) ejusdem insecti forsan varietates.

SPEC. 2. ZONITIS SEX-MACULATA. *Zonitis à six taches.*

Z. Rufa; elytris flavescenti-rufis; singulo maculis tribus nigris.

*Zonitis à six taches.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 10, *p.* 405.

*Apale tacheté.* OLIV. *Entom., tom.* 3, *n°.* 52, *pl.* 1, *fig.* 3.

Habitat Monspelii et in Gallo-provincia.

Confer cum illa Zonitides *chrysomelina, flava* Fabricii.

Zonitides *rostrata*, *vittata* masculi a congenericis maxillis valde elongatis recedunt. Marem istius iconem offero *tab. X, fig.* 12.

Genus *Apalus* præcedenti affine, mihi invisum. Illius characteres a Fabricio depromam.

« *Palpi* æquales, filiformes. *Maxilla* cornea, unidentata. *Ligula* membranacea, truncata, integra. *Antennæ* filiformes. »

« *Apali* corpus oblongum, glabrum, immarginatum, agile; *capite* ovato, exserto; *oculis* oblongis, transversis, marginalibus; *antennis* thorace longioribus, ante oculos insertis, distantibus; *thorace* rotundato, angustiore, linea media impressa; *scutello* brevi, rotundato; *elytris* molliusculis, incumbentibus, longitudine abdominis; *pedibus* tenuibus, longiusculis, cursoriis; *tarsis* anticis quinque, posticis quadriarticulatis; *colore* nigro flavoque, obscuro. »

FAMILIA

## FAMILIA VIGESIMA SEPTIMA.

### CISTELENIÆ. *CISTÉLÉNIES.*

Observationes. Labrum membranaceum, exsertum, subquadratum, antice rotundatum, integrum. Maxillæ omnium lacinia duplici. Antennæ articulis undecim.

I. *Antennæ filiformes, articulis cylindricis, obconicis vel obtrigonis; caput non rostratum vel rostro tenui et angusto.*

( *Palpi articulo ultimo sæpius subobconico vel subobtrigono; maxillæ lacinia externa elongata, angusta, in speciem plerumque biarticulata, e partibus duabus intensius coloratis; labium late emarginatum.* )

CCLXIV. Genus. *Cistela. Cistèle.*

*Cistela*, Fab., Oliv., Lam. — *Chrysomela*, Linn. — *Tenebrio*, *Mordella*, Geoff. — *Pyrochroa*, de Geer. — *Allecula*, Fabricii.

*Antennæ* ex oculorum sinu interno fere nascentes, corpore paulo longiores, articulis subobconicis aut obconicis vel obtrigonis; secundo minimo. *Mandibulæ* apice indiviso, non dentato. *Palpi* articulo ultimo paulo majore, subobconico, compresso, aut subobtrigono; maxillares exserti, labialibus longiores. *Maxillæ* laciniis duabus membranaceis, compressis, apice hirsutis aut villosis; externa elongata, subæque lata, apice obtusa; interna parva, acuta, dentiformi. *Labium* membranaceum, cordato-subquadratum, breve, margine supero dilatato, profunde rotundateque emarginato. *Mentum* coriaceum, subquadratum, ad basin sensim paulo angustius;

margine supero recto. *Tarsi* articulis omnibus indivisis aut distincte bifidis; unguibus denticulatis.

*Corpus* ovatum, dorso arcuato, capite thoraceque sensim declivibus. *Caput* thorace angustius, oculis lunatis. *Thorax* subquadratus vel subtrapeziformis, in nonnullis fere semicircularis, margine postico antico latiore. *Elytra* majuscula, abdomen totum obtegentia. *Pedes* longiusculi, tibiarum calcaribus acutis, spiniformibus.

SPEC. 1. *CISTELA CERAMBOIDES. Cistèle céramboïde.*

C. Antennis serratis; thorace subsemicirculari, antice truncato; marginis postici medio subprominulo; corpore nigro, supra fulvescenti-pubescente; elytris flavo-rufis, striatis.

*Cistela ceramboides. FAB. System. eleut., tom. 2, p.* 16.

*Cistèle céramboïde. OLIV. Entom., tom.* 3, *n°.* 54, *pl.* 1, *fig.* 4. *a. b.*

*Cistèle céramboïde. LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 11, *p.* 20.

*Chrysomela ceramboides. LINN. System. nat., ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *p.* 602. — *Faun. Suec., ed.* 2, *n°.* 576.

*La Mordelle à étuis jaunes striés. GEOFF. Hist. des Insect., tom.* 1, *p.* 354.

*Cardinale roussâtre. DE GEER. Mém. s. l. Insect., tom.* 5, *p.* 23, *pl.* 1, *fig.* 20.

*HERBST. Archiv. Insect. (vers. gallic.) tab.* 23, *fig.* 27.

Habitat in Europa, sylvis.

SPEC. 2. *CISTELA SULPHUREA. Cistèle jaune-citron.*

C. Antennis articulis elongatis, subobconicis; thorace subquadrato, lateribus anticis rotundatis; corpore sulphureo; oculis nigris; antennis tarsisque obscuris; elytris striatis.

*Cistela sulphurea. FAB. System. eleut., tom.* 2, *p.* 18.

*Cistèle sulphureuse. OLIV. Entom., tom.* 3, *n°.* 54, *pl.* 1, *fig.* 6. *a.*

*Cistèle jaune.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 11, p. 19.

*Chrysomela sulphurea.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *p.* 602.

*Le Ténébrion jaune.* GEOFF. *Hist. des Insect.*, *tom.* 1, *p.* 351.

HERBST. *Archiv. Insect.* (*vers. gallic.*), *tab.* 23, *fig.* 38.

Frequens in Europa temperata et Australi, floribus *Achilleæ millefolii.*

OBSERVATIO. *Cistela opaca* (*Allecula morio* Fab.) Panzer, *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 96, *fig.* 1, *et fasc.* 25, *fig.* 18, Helopi *barbato* habitu maxime affinis.

CCLXV. GENUS. *ŒDEMERA. Œdemère.*

*Œdemera*, OLIV. — *Necydalis*, *Cantharis*, LINN. — *Cantharis*, GEOFF., DE GEER. — *Necydalis, Dryops, Leptura*, FABRICII.

*Antennæ* ad oculorum marginem internum et apicalem sæpius insertæ, setaceæ aut filiformes, (corporis saltem fere longitudine) articulis cylindricis, elongatis, tenuibus; secundo parvo; ultimi apice paululum abrupte distincto et veluti articulum duodecimum in nonnullis formante. *Os* rostratum aut productum. *Mandibulæ* apice bifidæ aut bidentatæ, latere interno veluti membranaceo. *Palpi* articulo ultimo majore, subobconico, compresso, vel fere subobtrigono aut cylindrico; maxillares labialibus majores. *Maxillæ* lacinia externa elongata, tenui, subcylindrica, distincte biarticulata, nigro colorata, articulorum commissuris diaphanis, articulo apicali longiore, apice fimbriato; lacinia interna brevi, diaphana, fimbria hirsuta, obscuriore. *Labium* cordato-quadratum, membranaceum, medio paulo coarctatum, apice latiore, profunde cordato-emarginato; mento

coriaceo, transverso-quadrato aut lineari. *Tarsi* articulo penultimo cordato, bilobo, unguibus integris, denticulis nullis aut ad basin inferam tantum unidentatis.

*Corpus* molliusculum, recta elongatum, sublineare. *Oculi* prominuli. *Thorax* subquadratus, elytris paulo angustior, dorso sæpe inæquali. *Elytra* elongata, linearia, in multis postice subulata. *Femora* postica sæpe, in sexuum uno saltem, clavata. *Tibiæ* calcaribus minimis, acutis, spiniformibus.

*I. Os breviter lateque productum, rostro nullo elongato, angusto et acuto; antennæ oculorum margini interno et antico fere insertæ; palpi articulo ultimo subobconico aut obtrigono, latiore; oculi prominuli; thorax subquadratus, diametris non multum diversis, lateribus anticis paululum rotundato-dilatatis, dorso inæquali; elytra multorum subulata.*

1. *Elytra subulata; antennæ setaceæ; femora postica sæpius incrassata.*

Spec. 1. *Œdemera cærulea. Œdemère bleue.*

O. Viridis aut cærulea, flavescenti-sericea, nitida; thorace transverse coarctato; elytris subulatis; singulo linea longitudinali elevata parvaque abbreviata, interiori, ad basin; pedibus posticis femoribus maximis, curvis; eorumdem tibiis magnis, compresso-obconicis, arcuatis, basi sub discreta, geniculiformi, supra plano-trigona.

*Œdemère bleue.* Oliv. *Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 50, *pl.* 2, *fig.* 16. *a. b.*

*Œdemère bleue.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect*, *tom.* 11, *p.* 14.

*Necydalis cœrulea.* Linn. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *p.* 642.

*Necydalis cærulea.* FAB. *System. eleut.*, *tom* 2, *p.* 372.

*La Cantharide verte à grosses cuisses.* GEOFF. *Hist. des Insect.*, *tom.* 1, *p.* 342.

SCHÆFF. *Icon. Insect.*, *tab.* 94, *fig.* 7.

Habitat in Europa temperata et Australi, plantis.

2. *Elytra subæque lata, non subulata; antennæ filiformes; femora postica aliis non crassiora.*

SPEC. 2. *ŒDEMERA CÆRULESCENS. Œdemère bleuâtre.*

O. Saturate cærulea, punctulata, supra glabriuscula; antennis nigris; thorace utrinque rotundate subprominulo, ad marginis postici medium impresso; elytris opacis, singulo nervis tribus aut quatuor obsoletis; corpore infra nitidiore, breviter pubescente.

*Œdemère bleuâtre.* OLIV. *Entom.*, *tom.* 3, *n°.* 50, *pl.* 2, *fig.* 17. *a. b. c. d.*

*Œdemère bleuâtre.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 11, *p.* 10.

*Cantharis cærulea.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.*, *pars* 2, *p.* 650. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 716.

*Necydalis cærulescens.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 2, *p.* 369.

*Necydalis cærulescens.* PAYK. *Faun. Suec.*, *tom.* 3, *p.* 133.

Habitat in Europa, plantis.

*II. Caput rostratum, rostro elongato, angusto, acuto; antennæ ultra oculos insertæ; palpi articulo ultimo cylindrico; oculi haud prominuli; thorax elongatus, depresso-subcylindricus; (elytra non subulata.)*

OBSERVATIO. Mandibulæ, maxillæ et labium quam in præcedentibus longiora.

SPEC. 3. *ŒDEMERA ROSTRATA. Œdemère muselière.*

O. Æneo-viridis, nitida, punctulata; elytro singulo lineis tribus elevatis; prima margini externo adjecta, secunda in me-

dio, tertia abbreviata, ad basin, suturam versus; antennarum articulis inferis pedibusque rufis.

*Œdemère muselière. Latr. Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 11, *pag.* 15.

*Leptura rostrata. Fab. System. eleut., tom.* 2, *p.* 361.

Habitat in Gallia Australiori, plantis, Burdigalæ, Brivæ; in Lusitania, comes de Hoffmansegg; novum genus formare posset; alteram speciem, e Senegalia allatam, vidi.

## CCLXVI. Genus. *Rhinomacer. Rhinomacer.*

*Rhinomacer, Fab., Oliv. — Bruchus, Fab. — Mylabris, Schæff. — Mycterus, Clairville.*

*Antennæ* ante oculos rostro insertæ et ab illis distantes, filiformes, (thoracis longitudine) articulis in speciem numero duodecim (undecimo bipartito vel appendice articuliformi terminato), subobconicis; secundo tertii dimidio tantum minore; hoc et sequentibus ultimis paulo longioribus. *Caput* antice rostratum, rostro elongato, angusto. *Mandibulæ* compressæ; latere interno membranaceo; apice acuto, subintegro, sinu obsoleto notato. *Palpi* maxillares majores, articulo ultimo validiore, compresso, subobtrigono; eodem labialium majore, subobconico. *Maxillæ* lacinia externa palpiformi, subcylindrica, nigro colorata, biarticulata; commissuris membranaceis, diaphanis; apice hirsuto; lacinia interna membranacea, dentiformi. *Labium* membranaceum, transverse cordato-quadratum, margine supero latiore, emarginato; basi subcoriacea; mento coriaceo, subquadrato, versus basin paulo angustiore. *Tarsi* articulo penultimo subcordato, bilobo; unguibus denticulis nullis, ad basin inferam paulo dilatato-compressis.

*Corpus* ovatum, antice angustatum, nutans, dorso subarcuato. *Oculi* globosi, prominuli. *Thorax* subtrape-

ziformis, postice latior. *Elytra* rigida. *Abdomen* crassum. *Pedes* longiusculi, calcaribus minimis.

Spec. 1. *Rhinomacer curculionoides. Rhinomacer charansonite.*

R. Rostro subtriplo longiore quam latiore, lineolis duabus impressis, approximatis; corpore nigro, supra grisco-flavescente, tomentoso, infra grisco-argenteo, nitido; antennis pedibusque nigris.

*Rhinomacer curculionoides.* Fab. *System. eleut., tom.* 2, *p.* 428.

*Rhinomacer charansonite.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 11, *p.* 24, *pl.* 91, *fig.* 2.

*Mycterus griseus.* Clairv. *Entom. helvet.* 1, *pag.* 124, *p.* 124, *tab.* 16, *fig.* 1, 2, 3.

*Mylabris.* Schæff. *Entom., tab.* 86.—*Icon. Insect. Ratisb., tab.* 95, *fig.* 6, 7.

Panz. *Faun. Insect. Germ., fasc.* 12, *fig.* 8.

Habitat in Europa Australiori. Burdigalæ lectus, in pinetis, floribus *Achilleæ millefolii* delectatur.

Observatio. Rhinomaceres *attelaboides*, *lepturoides* Fabricii *Anthribis* associandi. Ejusdem *Bruchus umbellatarum* certe *rhinomacer.*

*II. Antennæ extrorsum crassiores, moniliformes; caput late rostratum (rostro valde depresso, antice utrinque in angulum dilatato).*

CCLXVII. Genus. *Rhinosimus. Rhinosime.*

*Curculio*, Linn., de Geer. — *Anthribus*, Fab., Payk., Clairv., Panz. — *Salpingus*, Illiger.

*Antennæ* ante oculos insertæ, (thoracis circiter longitudine) articulis undecim; inferis tenuioribus, breviter subobconicis; secundo tertii magnitudine; mediis subglobosis; ultimis quinque paulo majoribus, clavam

elongatam fere constituentibus; septimo, octavo, nono, decimo transverso-semiglobosis; undecimo subovato. *Labrum* subcoriaceum, exsertum, quadratum, integrum. *Mandibulæ* apice producto, acuto, bifido, latere interno subunidentato. *Palpi* extrorsum subcrassiores, articulo ultimo paulo majore, maxillaribus cylindrico-ovato, labialibus breviter ovato. *Maxillæ* lacinia externa majore, elongato-subquadrata, obtusa; interna parva, acuta. *Labium* membranaceum, ad basin angustatum, versus apicem dilatatum, rotundatum, integrum. *Mentum* coriaceum, quadratum, integrum. *Tarsi* articulis integris; penultimo parvo.

*Corpus* ovato-oblongum, dorso planiusculo, capite thoraceque elytris angustioribus. *Caput* valde depressum, rostro lato, antice subacuto; oculis lateralibus, globosis, prominulis. *Thorax* subcordatus, postice angustior, truncatus. *Abdomen* ovale-quadratum. *Elytra* rigida. *Tibiæ* calcaribus minutissimis. *Tarsi* breves, subtus villosi.

SPEC. 1. *RHINOSIMUS ROBORIS. Rhinosime du rouvre.*

R. Pallide rufo-flavus, nitidus, punctatus; rostro thorace paulo longiore; oculis nigris; capitis basi elytrisque atro-cæruleis; elytris striato-punctatis.

*Rhinosime du rouvre.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 11, *p.* 26.

*Curculio ruficollis.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *p.* 609. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 595.

*Charanson à museau.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 5, *p.* 252, *pl.* 7, *fig.* 27, 28.

*Anthribus roboris.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 2, *p.* 410.

*Anthribus roboris.* PAYK. *Faun. Suec.*, *tom.* 3, *p.* 165.

*Anthribus ruficollis.* CLAIRV. *Entom. helv.* 1, *p.* 122, *pl.* 15, *fig.* 4, 5.

Habitat

Habitat in Europa, sub arborum cortice; in Gallia, *Fontainebleau*, Dom. Dufour.

Ejusdem generis Anthribi *planirostris*, *nigripennis* Fabricii; *ruficollis* Panzer, *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 24, *fig.* 19.

## SECTIO TERTIA.

### TETRAMERA. *TÉTRAMÈRES.* (Dumeril.)

Tarsi omnes articulis quatuor.

## TRIBUS PRIMA.

### RHYNCHOPHORI. *RHYNCHOPHORES.*

Caput antice rostratum; ore ad rostri apicem.

Palpi obvii, haud minimi, filiformes. Rostrum planum, latum. Labrum exsertum. (Antennæ articulis undecim; *his* subclavatæ, clava ex articulis discretis formata; *illis* filiformes aut sensim extrorsum crassiores, serratæ aut pectinatæ.) } FAMILIA XXVIIIa. BRUCHELÆ. *Bruchèles.*

Palpi omnes non aut vix obvii, minimi, conico-subulati. Rostrum teretiusculum, crassum, sæpe proboscidiforme. Labrum nullum. Antennæ articulis distinctis, octo aut novem ad minus, sæpissime clavatæ; clava regulari et articulis, basilari excepto, minus coriaceis. } FAMILIA XXIXa. CURCULIONITES. *Charansonites.*

## TRIBUS SECUNDA.

### PLATYPROSOPI. *PLATYPROSOPES.*

Caput antice non rostratum.

*I. Tarsi articulis omnibus integris, haud bilobis.*

| | |
|---|---|
| Palpi maxillares conico-subulati. Antennæ latissimæ, *illis* articulis decem perfoliatis; *his* (*plerisque*) duobus tantum; apicali in omnibus majore. Labium corneum, mento fere nullo. *Corpus depressum. Elytra truncata.* | FAMILIA XXX[a]. PAUSSILI. *Paussiles.* |
| Antennæ articulis decem aut undecim, extrorsum crassiores. | FAMILIA XXXI[a]. XYLOPHAGI. *Xylophages.* |
| Antennæ filiformes. | FAMILIA XXXII[a]. CUCUJIPES. *Cucujipes.* |

*II. Tarsi articulis tribus primis subtus spongiosis vel hirsutis, tertio bifido.*

| | |
|---|---|
| Antennæ filiformes vel setaceæ, ante oculos elongatos, transversos, fere ad mandibularum basin insertæ, *illis* moniliformes, *his* serratæ, pectinatæ vel simplices et articulo tertio sæpius valde elongato. Labrum minimum vel obsoletum. Maxillæ processu terminali (et interno cum adest) minimo. | FAMILIA XXXIII[a]. PRIONII. *Prioniens.* |

Antennæ sæpissime setaceæ, elongatæ, ad oculorum sinum internum insertæ, plerisque simplices, numquam moniliformes. Palpi omnium articulo ultimo majore, subobconico vel obtrigono aut subovali. Maxillæ inermes, lacinia externa palpum non æmulante. Labium subcordiforme.

*Corpus iri omnibus elongatum.*

FAMILIA XXXIV[a].
CERAMBYCINI.
*Cerambycins.*

ANNOTATIO. *Lepturetarum* familiam rescindo.

Antennæ sensim plerumque extrorsum crassiores saltemve filiformes, sæpissime breves, in multis moniliformes. Maxillæ inermes, lacinia externa (1) plerisque palpiformi. Labium subquadratum, crassum.

*Corpus* illis *oblongum, thorace angusto ;* his *subovatum vel orbiculatum ; capite thoraci ad oculos usque intruso.*

FAMILIA XXXV[a].
CHRYSOMELINÆ.
*Chrysomélines.*

---

(1) Soli *Criocerides* a cæteris *Chrysomelinis* maxillarum forma recedunt et cum *Cerambycinis* magis conveniunt. Familiam novam forte constituunt.

Antennæ abrupte perfoliato-clavatæ. Maxillæ ungue corneo instructæ. Mandibulæ apice fissæ aut bidentatæ. Palpi duo saltem plerisque articulo ultimo maximo, lunato aut securiformi.

*Corpus sæpius ovale vel hemisphæricum.*

FAMILIA XXXVI[a]. EROTYLENÆ. *Erotylènes.*

## FAMILIA VIGESIMA OCTAVA.

### BRUCHELÆ. *BRUCHÈLES.*

OBSERVATIONES. *Antennæ* ante oculos insertæ, thoracis plerumque saltem longitudine, articulis undecim. *Labrum* coriaceo-membranaceum, subquadratum, integrum. *Mandibulæ* corneæ, trigonæ, acutæ, latere interno in nonnullis denticulo uno aut altero instructo. *Palpi* breves, filiformes; maxillares majores, articulo ultimo longiore, cylindrico-ovato aut subovato; eodem labialium subgloboso aut ovato. *Maxillæ* processibus duobus membranaceis, elongatis, angustis, conniventibus et in nonnullis una veluti coadunatis; externo sæpe palpiformi; interno acuto; hoc et illo intus et ad apicem villosis aut ciliatis. *Labium* membranaceum, subquadratum, margine supero profunde lateque emarginato vel bifido. *Mentum* crustaceum, magnum, transversum, *illis* sublunatum, margine antico concavo; *his* subquadratum, medio emarginatum et in sinu labii basin excipiens.

*Corpus* ovatum aut ovato-oblongum, antice angustius et sæpe nutans. *Oculi* in multis sublunati aut emarginati. *Thorax* plerumque subquadratus aut subtrapeziformis, postice latior; in paucis teretiusculus. *Scutellum* parvum. *Elytra* rigida. *Abdomen* sæpe crassum. *Pedes* robusti, postici præsertim; femoribus, posticis saltem, clavatis; tibiis sæpissime calcaribus obsoletis; tarsis articulo penultimo cordato, bilobo.

CCLXVIII. Genus. *Anthribus. Anthribe.*

*Anthribus*, Geoff., Schæff., Fab., Payk. — *Curculio*, Linn., de Geer. — *Macrocephalus*, Oliv. — *Platyrhinus*, Clairv. — *Bruchus*, *Rhinomacer*, *Cerambyx*, Fab. — *Clerus*, Geoffroi.

*Antennæ* (masculis sæpe longiores) clavatæ; clava plerumque elongato-ovali, e tribus articulis ultimis formata. *Labrum* parvum, transverso-lineare. *Mandibulæ* exsertæ, validiusculæ; latere interno multorum denticulo uno aut altero instructo. *Maxillæ* processu externo ab interno facile distinguendo, palpiformi. *Mentum* lunatum.

*Corpus* multorum ovato-oblongum. *Oculi* non emarginati. *Caput* collo exserto nullo. *Thorax* subquadratus vel teretiusculus. *Elytra* sæpissime anum obtegentia.

*I. Corpus oblongum, angustum, longitudine latitudinem multoties superante; elytra anum supertegentia; abdomen elongatum, non crassum; thorax teretiusculus, subæque latus; rostrum ad basin capite multo angustius, diametro longitudinali transversum pluries excedente.*

Spec. 1. *Anthribus rhinomacer. Anthribe rhinomacer.*

A. Niger, supra cinereo-virescenti-tomentosus, infra cinereus; antennis pedibusque dilute rufis.

*Anthribus rhinomacer.* Payk. *Faun. Suec.*, *tom.* 3, *p.* 166.

*Anthribe rhinomacer.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 11, *p.* 36.

*Rhinomacer attelaboides.* Fab. *System. eleut.*, *tom.* 2, *p.* 428.

Habitat in Europæ pinetis; Burdigalæ, Dom. Dargelas.

Observatio. Ad eadem sectionem revocandus *Rhinomacer lepturoides* Fabricii.

*II. Corpus ovato-oblongum ; elytra anum supertegentia ; abdomen subelongato-quadratum , postice rotundatum ; thorax subquadratus , antice paulo tantum angustior ; rostrum latum , capite ad basin vix angustius.*

SPEC. 2. *ANTHRIBUS LATIROSTRIS. Anthribe latirostre.*

A. Fusco-niger ; antennis penitus nigris , thorace paulo brevioribus ; capite supra albido-flavescente ; rostro superficie inæquali rugisque duabus ; thorace depresso , inæquali , maculis obscuro-flavescentibus ; lateribus inferis postice dilatatis ; prominentia marginata ; elytris striatis , fasciis transversis obscuro-flavescentibus , atro marginatis , undulatis ; postice albido-flavescentibus , puncto suturali alioque ad marginem externum nigris ; abdomine anoque albidis ; pedibus griseo-annulatis.

*L'Anthribe noir strié. GEOFF. Hist. des Insect., tom.* 1 , *p.* 307, *pl.* 5 , *fig.* 2.

*Anthribus latirostris. FAB. System. eleut. , tom.* 2 , *p.* 408.

*Anthribus latirostris. PAYK. Faun. Suec. , tom.* 3 , *p.* 159.

*Anthribe latirostre. LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect. , tom.* 11 , *p.* 34 , *pl.* 91 , *fig.* 3.

*Macrocéphale latirostre. OLIV. Entom. , tom.* 4 , *n°.* 80 , *pl.* 1, *fig.* 6.

*PANZ. Faun. Insect. Germ. , fasc.* 15 , *fig.* 12.

*Platyrhinus costirostris. CLAIRV. Entom. helv. , tom.* 1 , *p.* 114 , *pl.* 14 , *fig.* 1 , 2.

Habitat in Europa Boreali , sylvis ; Parisiis rarissimus.

Anthribus *albinus* Fabricii ( *curculio albinus* Linnæi ) fusco-niger ; antennarum annulis ( ex illorum uno apicem versus majore ) capite supra , elytri singuli macula dorsali et apice , abdomine , pedum annulis , albis ; thorace elytrisque fasciculis pilosis , nigris. — *Mas* antennis corpore paulo longioribus.

*III. Corpus breviter ovatum , crassum ; elytra anum supertegentia ; thorax transversus , postice latior , loba-*

*tus ; rostrum breve ; antennæ clava abrupta, ovata, incrassata.*

Spec. 3. *Anthribus scabrosus. Anthribe raboteux.*

A. Niger, pubescens ; thorace subcinerascente, nigro vario ; elytris rubescentibus, striato-punctatis, costis elevatis nigro griseoque maculatis ; abdomine rubescente, ano nigro.

*L'Anthribe marbré.* Geoff. *Hist. des Insect., tom.* 1, *p.* 306, *pl.* 5, *fig.* 3.

*Anthribus scabrosus.* Fab. *System. eleut.*, *tom.* 2, *p.* 41.

*Anthribus scabrosus.* Payk. *Faun. Suec.*, *tom.* 3, *p.* 163.

*Anthribe raboteux.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 11, *p.* 36.

*Macrocéphale raboteux.* Oliv. *Entom.*, *tom.* 4, *n°.* 80, *pl.* 2, *fig.* 20. *a. b. c.*

Panz. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 15, *fig.* 15.

Habitat in Europæ Ulmo.

*IV. Corpus ovatum, crassum ; anus nudus ; thorax elongato-trapeziformis, postice latior et lobatus vel truncato-subconicus ; rostrum breve ; antennæ clava elongata, non abrupto-incrassata.*

Spec. 4. *Anthribus rufipes. Anthribe rufipède.*

A. Niger, cinereo-griseo-sericeus ; antennis, pedibus, femorum quatuor posticorum clava excepta, dilute rufis. — *Mas* ano subincurvo, late in quadratum emarginato ; lateribus in dentem prominulis ; apice transverso et intercepto emarginato.

*Anthribus rufipes.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 11, *p.* 38.

*Le Clairon satiné.* Geoff. *Hist. des Insect.*, *tom.* 1, *p.* 305.

*Bruchus rufipes.* Fab. *System. eleut.*, *tom.* 2, *p.* 401.

*Bruche rufipède.* Oliv. *Entom.*, *tom.* 4, *n°.* 79, *pl.* 3, *fig.* 32, *a. b.*

Frequens Parisiis, in Resedæ floribus.

## CCLXIX. Genus. *Bruchus. Bruche.*

*Bruchus*, Linn., de Geer, Fab., Oliv. — *Mylabris*, Geoffroi.

*Antennæ* subfiliformes, a medio ad apicem sensim paulo crassiores, compressæ, arcuatæ, sæpius serratæ aut subserratæ, in nonnullis pectinatæ, in sinu oculorum insertæ. *Labrum* mandibulas penitus fere supertegens et ad illarum apicem, dum non moventur, protensum. *Mandibulæ* denticulis nullis. *Maxillæ* processibus in unum subcoadunatis, externo ab altero vix distinguendo. *Mentum* transverso-quadratum, marginis superi medio emarginato.

*Corpus* breviter ovatum, crassum, antice nutans, dorso arcuato. *Caput* abdomine multo angustius, inflexum, collo instructum; rostro brevi; oculis lunatis. *Thorax* semicirculari-trapeziformis, postice latior. *Abdomen* crassum, ano nudo. *Pedes* postici sæpius aperte robustiores, laminæ magnæ et transversæ (*capitulo*) inserti.

Spec. 1. *Bruchus pisi. Bruche du pois.*

B. Breviter ovatus, niger, fuliginoso-brunneo-tomentosus; antennis subserratis; articulis quatuor primis, tibiis tarsisque anticis, pedum mediorum tarsis tibiarumque apice rufis; thoracis margine utroque laterali unidentato; margine postico macula villoso-grisea; ejusdem processu medio transverse truncato; elytris striatis, punctis villoso-griseis, quorum nonnullis in fasciam transversam, obliquam dispositis; ano maculis duabus nigricantibus; abdominis lateribus punctorum griseorum serie; tibiis posticis calcaribus brevissimis, dentiformibus; femoribus posticis subtus valide unidentatis.

*Bruchus pisi.* Linn. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *p.* 604. — *Dermestes pisorum* ejusd. *Mus. Lud. Ulric.*, *p.* 35.

*Bruche*

*Bruche des pois.* De Geer. *Mém. s. l. Insect.*, tom. 5, p. 278, pl. 16, fig. 3, 4.

*Bruchus pisi.* Fab. *System. eleut.*, tom. 2, p. 396.

*Bruche du pois.* Oliv. *Entom.*, tom. 4, n°. 79, pl. 1, fig. 6. a. b. c. d.

*Bruche du pois.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, tom. 11, p. 43, pl. 91, fig. 4.

*Le Mylabre à croix blanche.* Geoff. *Hist. des Insect.*, tom. 1, p. 267, pl. 4, fig. 9.

Panz. *Faun. Insect. Germ.*, fasc. 66, fig. 11.

Habitat in Europa Australi et America Boreali, *pisi*, *fabæ*, *lathyri*, *ervi lentis*, etc., semina destruens. B. *granario* Fabricii, B. *viciæ* Olivier, maxime affinis.

## FAMILIA VIGESIMA NONA.

### CURCULIONITES. *CHARANSONITES.*

Observationes. *Antennæ* rostro insertæ, thorace plus minusve longiores, articulis ab undecim ad novem et sex saltem distinctis; basilari sæpius elongato, obconico, ad apicem crassiore. *Os* ad apicem inferum rostri. *Mandibulæ* nudæ, corneæ, breves, apice sæpissime rotundatæ et dentibus duobus tribusve instructæ aut emarginatæ, basi in plurimis sæpius abrupte incrassata vel stipitiformi. *Palpi* brevissimi, conici; maxillares paulo longiores, ultra maxillarum apicem non progressi, illis breviores; labiales sæpe obsoletissimi aut fere nulli, labii sub apice antice inserti. *Maxillæ* parvæ, intus in laminam compressam, triangularem, apice acutam, compressam, membranaceam aut subcoriaceam porrectæ; margine interno ciliato vel denticulis instructo. *Labium* sæpe coriaceum vel corneum, parvum; mento crustaceo aut corneo, forma vario, in nonnullis stipitato. *Tarsi* articulis tribus primis subtus spongiosis; penultimo sæpissime bifido, cordato; ultimo unguibus validis, indivisis. *Corpus* ovatum aut ovato-oblongum, in nonnullis subfiliforme, ad antica sensim angustius. *Caput* postice

sæpius retractum, antice elongatum, rostratum; oculis subimmersis aut vix prominulis, orbiculatis; clypeo emarginato. *Thorax* subcylindricus, antice angustior. *Scutellum* minutissimum. *Abdomen* basi transversa, thoracis margine postico latiore aut illi subæquali, elytris rigidis supra et ad latera plerumque inclusum. *Pedes* robusti; tibiarum apicibus unco valido, interno.

### I. Curculionites proprii. *Charansonites propres.*

*Caput ab oculis plus minusve angustatum, in rostrum distincte productum; mandibulæ parvæ aut minimæ, capitis magnitudinis habita ratione; mentum non cylindrico-cordatum; antennæ numquam simul: rectæ, oculos prope insertæ, capitis ad summum longitudine et clava maxima; corpus rarissime cylindricum; tibiæ anticæ numquam triangulares.*

#### 1. Recticornes. *Recticornes.*

Antennæ rectæ (ad articulum secundum haud geniculatæ, basilari non valde elongato). *Corpus omnium a thoracis basi ad caput angustius, non cylindricum.*

### CCLXX. Genus. *Brentus. Brente.*

*Brentus, Fab., Oliv., Herbst, Lund., Lam. — Curculio, Linn., de Geer.*

*Antennæ* rostri recta porrecti, sæpius longissimi, subteretis, in masculis plurimis longioris et ad apicem latioris, medium versus insertæ, filiformes aut sensim extrorsum crassiores, articulis undecim, *illis* cylindricis, *his* subobconicis vel semi-globosis. *Mandibulæ* plerumque prominulæ, in masculis elongato-trigonæ, apice, in nonnullis saltem, bidentato; latere interno dente uno aut altero instructo, vel inermi. *Maxillæ*

elongatæ, tenues, processu parvo, villoso. *Labium* membranaceum, minimum, transversum, margine supero recto, integro. *Mentum* corneum, cordato-subovatum, antice longitrorsum concavum, basi rotundatum, apice acute emarginatum. *Tarsi* articulo penultimo bifido, cordiformi.

*Corpus* longissimum, subcylindricum, antice angustius, recta porrectum. *Caput* in rostrum, sæpius longissimum, porrectum; pone oculos subcylindrico-productum, collo strangulove notatum, basi inde distincta, bulbiformi, thoraci intrudenda. *Thorax* elongato-ovatus, antice posticeque truncatus, pro sexu, in nonnullis, paululum diversus. *Elytra* rigida, elongata, linearia, apice interdum spinosa. *Abdomen* cylindricum. *Pedes* elongati, validi; antici longiores; tibiæ anticæ angulis duobus apicis productis, unciformibus.

Annotatio. Generis illius monographiam elaboravit Dominus Lund, rebus naturalibus ditissimus. Ex antennarum forma, illarum insertione, mandibulis (sexuum differentiæ habita ratione) sectiones optimæ depromi possent. Species perpaucas vidi tantum et unicam citabo.

Spec. 1. *Brentus anchorago. Brente anchorago.*

B. Antennis submoniliformibus, extrorsum crassioribus, thorace brevioribus, rostro thoracis ad minus longitudine, insidentes, articulo ultimo crassiore, ovato; capite pone oculos producto; thorace sulco dorsali; corpore nigro; elytris striatis, ad suturam sulcatis lineaque longitudinali, rubescente, interrupta; striis punctatis; apicibus obtusis; femoribus unidentatis.

*Brentus anchorago. Fab. System. eleut., tom. 2, p.* 549.

*Brentus anchorago. Lund. Act. Hist. nat. Hafn.*, 5, 2, 72, 11.

*Brente anchorago.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 11, *p.* 79.

*Mas.*

*Brentus peregrinus.* HERBST. *Coleopt.* 7, *tab.* 108, *fig.* 1.

*Charanson à long cou.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 5, *p.* 273.

*Femina.*

*Brentus anchorago.* HERBST. *Coleopt.* 7, *tab.* 108, *fig.* 4.

LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 11, *tab.* 91, *fig.* 5.

RŒM. *Gener. Insect.*, *tab.* 4, *fig.* 6.

*Curculio anchoraco.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *p.* 613. — *Mus. Lud. Ulr.*, *p.* 52.

Habitat in America Meridionali.

CCLXXI. GENUS. *CYLAS. Cylas.*

*Brentus*, OLIV., FABRICII.

*Antennæ* rostri elongati, subcylindrici, recta porrecti, laterum medium versus insertæ, moniliformes, (thorace breviores) articulis decem, distinctis; novem primis brevissimis; ultimo magno, clavam elongato-ovatam formante. *Mandibulæ* breves, apice bidentatæ. *Mentum* suborbiculatum. *Tarsi* articulo penultimo bifido, cordiformi.

*Corpus* elongatum, antice angustatum. *Caput* pone oculos productum, ab illis ad basin sensim paulo crassius. *Thorax* articulatus, antice dilatatus et ovato-subglobosus, postice strangulatus, abrupte cylindricus. *Scutellum* indistinctum. *Abdomen* ovatum, convexum, elytris rigidis, fornicatis, inclusum, postice acutum. *Tibiæ* calcaribus brevissimis, subnullis.

SPEC. 1. *CYLAS BRUNNEUS. Cylas brun.*

C. Castaneus, nitidus; elytris obscurioribus, subtiliter punctulatis, lævibus, humeris prominulis.

*Cylas brun.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 11, *p.* 81.

*Brente brun.* OLIV. *Encycl. meth. Hist. nat.*, *tom.* 5, *p.* 190. — *Entom.*, *pl.* 1, *fig.* 3. *a. b.*

*Brentus brunneus.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 2, *p.* 548.

*Brentus brunneus.* HERBST. *Coleopt.* 7, *tab.* 108, *fig.* 8. A.

Habitat in Senegalia.

Speciem alteram et indicam vidi.

ANNOTATIO. Lixus *semipunctatus* Fabricii, *(curculio semipunctatus* HERBST., *Coleopt.* 6, *tab.* 63, *fig.* 2*)* cum speciebus aliis Novæ-Hollandiæ peculiaribus, genus novum constituere videtur, antennis, rostro, *Brentis* affine; at *Lixis* habitu consanguineum. Illius generis characteres a Dominis *Peron* et *Lesueur*, qui hæc insecta in Australasia legerunt, exponendi.

CCLXXII. GENUS. *ATTELABUS. Attelabe.*

*Attelabus*, *LINN.*, *FAB.*, *OLIV.*, *HERBST*, *LAM.*, *CLAIRV.* — *Rhinomacer*, *GEOFF.* — *Curculio*, DE *GEER.*

*Antennæ* rostri brevis, lati, ad apicem dilatati, obtusi, lateribus superis insertæ, articulis undecim, plerisque subobconicis, brevibus; tribus ultimis arcte connexis, clavam cylindrico-ovalem, acutam, formantibus. *Mandibulæ* intus excavatæ, apice bidentato, dorso arcuato, haud dentato; angulo externo baseos in tuberculum dentemve obtusum producto. *Maxillæ* spongioso-membranaceæ, ( quam in genere sequenti latiores ) latere interno villoso. *Labium* corneum, quadratum; marginis superi medio emarginato, obtuse unidentato; ejusdem angulis subproductis, oblique carinatis; palpis brevissimis, marginem superum non attingentibus, basi distincte non connatis. *Mentum* transverso-quadratum,

margine supero emarginato aut concavo. *Tarsi* articulo penultimo bifido, cordiformi.

*Corpus* ovatum. *Caput* pone oculos elongatum, in multis postice angustatum, collo instructum, basi capituliformi, thoraci quandoque per enarthrosim articulata. *Abdomen* quadratum, postice rotundatum. *Tibiæ* unco uno saltem valido, corneo, introrsum verso, arcuato, ad apicem instructæ.

*I. Caput postice collo instructum, thoraci per enarthrosim articulatum; tibiæ unco unico apicali.*

SPEC. 1. *ATTELABUS CORYLI. Attelabe tête-écorchée.*

A. Capite postice conico, deinde articulato; corpore nigro, nitido; elytris rubris; rostro thoracisque dorso antico unisulcatis; elytris punctis late excavatis, per strias digestis, in nonnullis subrugosis; tibiis subtus denticulatis.

A. Niger, elytris solis rubris.

*Attelabus coryli.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *p.* 619. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 638.

*Attelabus coryli.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 2, *p.* 416.

*Attelabus intermedius.* HERBST. *Coleopt.* 7, *tab.* 105, *fig.* 8.

*Attelabe tête écorchée.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 21, *p.* 83. *Var.*

*Charanson tête écorchée rouge. Var.* DE GEER. *Mém. s. l Insect.*, *tom.* 5, *p.* 257, *pl.* 8, *fig.* 3.

Habitat in Europa Boreali, corylo.

B. Niger, thorace, elytris femoribusque rubris.

*Attelabus avellanæ.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *p.* 619.

*Attelabus coryli. Var.* B. FAB. *System. eleut.*, *tom.* 2, *p.* 413.

*Attelabus coryli.* HERBST. *Coleopt.* 7, *tab.* 105, *fig.* 5.

*Attelabus coryli.* CLAIRV. *Entom. helv.*, *tom.* 1, *p.* 118, *pl.* 15, *fig.* 1, 2.

*Attelabe tête écorchée.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 11, *p.* 83, *pl.* 91, *fig.* 6.

*La tête écorchée (Becmare).* GEOFF. *Hist. des Insect.*, *tom.* 1, *p.* 273.

*Charanson tête écorchée rouge.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 5, *p.* 257, *pl.* 8, *fig.* 3.

Habitat cum præcedente.

*II. Caput postice simpliciter elongato-productum, collo nullo, thoraci partim intrudendum; tibiarum apices unco duplici munitæ.*

SPEC. 2. *ATTELABUS CURCULIONOIDES. Attelabe laque.*

A. Niger, nitidus; antennarum articulis secundo et sequentibus, clava excepta, thorace elytrisque rubris; capite postice elongato-quadrato; elytris striato-punctatis; femoribus incrassatis; tibiis intus denticulatis.

*Attelabus curculionoides.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *p.* 619.

*Attelabus curculionoides.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 2, *p.* 420.

*Attelabus curculionoides.* PAYK. *Faun. Suec.*, *tom.* 3, *p.* 171.

*Attelabus curculionoides.* HERBST. *Coleopt.* 7, *tab.* 105, *fig.* 6.

*Attelabe laque.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 11, *p.* 84.

*Le Becmare laque.* GEOFF. *Hist. des Insect.*, *tom.* 1, *p.* 273.

SCHÆFF. *Icon. Insect. ratisb.*, *tab.* 75, *fig.* 8.

Habitat in Europa Australi præsertim, corylo, salice.

## CCLXXIII. GENUS. *RYNCHITES. Rynchite.*

*Rynchites*, HERBST. — *Curculio*, LINN., DE GEER.

— *Rhinomacer,* Geoff., Clairv. — *Attelabus,* Fab., Olivier.

*Antennæ* rostri elongati, subrecti, porrecti, nutantis, ad apicem dilatati, obtusi, laterum medio superne insertæ, articulis undecim; inferis magis elongatis, subcylindricis; mediis rotundato-obconicis vel subglobosis; tribus ultimis discretis, clavam ovalem, subperfoliatam, formantibus; nono et decimo subturbinatis; ultimo ovato. *Mandibulæ* cristato-lunatæ, dorso bidentato; apice recta transverso, intus bidentato; latere interno concavo. *Maxillæ* angustæ. *Labium* membranaceum, parvum, apice rotundatum, villosum, integrum; palpis illius basis medio insertis, ad ortum subconnatis, distinctis; articulo ultimo marginem superum attingente aut ultra progresso. *Mentum* corneum, angustum, elongato-subquadratum, ad apicem latius. *Tarsi* articulo penultimo bifido, cordiformi.

*Corpus* ovatum, antice angustato-productum. *Caput* pone oculos elongatum, collo nullo; clypeo dentato. *Thorax* conico-cylindricus, postice latior, in mare, sæpius, utrinque unispinosus. *Abdomen* quadratum, postice rotundatum. *Tibiæ* calcaribus brevissimis, fere nullis.

Spec. 1. *Rynchites Bacchus. Rynchite Bacchus.*

R. Cupreo-aurato-viridis, griseo-villosus, punctis impressis, plerisque confluentibus, antennis, rostri apice tarsisque nigricantibus; rostro capitis thoracisque saltem longitudine; elytris rugosulis. — *Mas* thoracis lateribus anticis antrorsum unispinosis.

*Rynchites Bacchus.* Herbst. *Coleopt.* 7, *tab.* 104, *fig.* 1.

*Curculio Bacchus.* Linn. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *p.* 611.

*Charanson*

*Charanson cramoisi.* De Geer. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 5, *p.* 250.

*Attelabus Bacchus.* Fab. *System. eleut.*, *tom.* 2, *p.* 421.

*Attelabe Bacchus.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 11, *p.* 85.

Panz. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 20; *fig.* 5.

Habitat in Europa Australi, vite et corylo, præcipue.

### CCLXXIV. Genus. *Apion. Apion.*

*Apion*, Herbst. — *Curculio*, Linn., de Geer. — *Rhinomacer*, Geoff., Clairv. — *Attelabus*, Fab., Olivier.

*Antennæ* rostri cylindrici, elongati, porrecti, sæpe arcuato-subinflexi, ad apicem non dilatati, sæpe angustioris aut acuminati, lateribus subinferis et ante medium insertæ, sub capite inflectendæ, articulis undecim; tribus ultimis subarcte connexis, clavam ovalem, acutam, formantibus. *Mandibulæ* breves, dente (aut angulo prominulo) basilari et externo, duobus aliis, validis, ad apicem. *Labium* subquadratum, integrum. *Mentum* elongato-quadratum. *Tarsi* articulo penultimo bifido, cordiformi.

*Corpus* ovatum, postice sæpius gibbum, rotundatum, antice sensim angustato-acuminatum, subpyriforme. *Caput* postice elongatum. *Oculi* prominuli. *Thorax* subcylindricus, antice gracilior. *Abdomen* subovatum. *Tibiæ* calcaribus obsoletis aut fere nullis.

Spec. 1. *Apion frumentarium. Apion du froment.*

A. Cinnaberinum; rostro thoracis longitudine, crassiusculo, subincurvo; oculis nigris; thorace tereti, punctulato; elytris striatis, striis punctatis.

*Apion frumentarium.* Herbst. *Coleopt.* 7, *tab.* 102, *fig.* 6. F.

*Curculio frumentarius.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *p.* 608. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 586.

*Charanson rouge.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 5, *p.* 251.

*Attelabus frumentarius.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 2, *p.* 427.

*Attelabe pourpre.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 11, *p.* 90.

*Rhinomacer frumentarius.* CLAIRV. *Entom. helv.*, *tom.* 1, *p.* 108, *tab.* 13, *fig.* 1, 2.

Habitat in frumento diutius asservato. FAB.; apud nos raro, in plantis.

*Curculio purpureus* Linnæi idem esse videtur.

## CCLXXV. GENUS. *RAMPHUS. Ramphe.*

*Ramphus*, CLAIRVILLE.

*Antennæ* rostri elongati, subpectore inflexi (depressi), ad basin lateralem, inter oculos, insertæ, articulis undecim; duobus baseos, secundo præsertim, sequentibus multo crassioribus; quatuor ultimis arcte connexis, clavam ovalem, acutam, formantibus. *Tarsi* articulo penultimo bifido, cordiformi.

*Corpus* breviter ovatum. *Caput* subglobosum, oculis approximatis. *Thorax* brevis, lateribus rotundatis. *Pedes* postici saltatorii, femoribus incrassatis; tibiæ calcaribus obsoletis aut fere nullis.

SPEC. 1. *RAMPHUS FLAVICORNIS. Ramphe flavicorne.*

R. Ater; antennis, clava excepta, flavescentibus; thorace subunisulcato, punctis impressis, vagis, distinctis; elytris striatis, striis punctatis.

*Ramphus flavicornis.* CLAIRV. *Entom. helv.*, *tom.* 1, *p.* 104, *pl.* 12.

*Ramphe flavicorne.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 11, *p.* 94.

Habitat in Europa, *pruno spinosa*, *populo tremula*; Parisiis, *Bois de Romainville*, frequens.

### CCLXXVI. Genus. *Brachycerus. Brachycère.*

*Brachycerus*, *Oliv.*, *Fab.*, *Herbst*, *Lam.* — *Curculio*, *Linn.*, *de Geer.*

*Antennæ* rostri brevis mediocrisve, lati, crassi, nutantis, lateribus, medium inter et apicem, insertæ, capite non longiores, subclavatæ, articulis novem tantum conspicuis; basilari proximorum duorum aut trium conjunctim longitudine, obconico, in rostri canali infero recipiendo; secundo et septem sequentibus brevissimis, transversis, cylindri portiunculas lenticulares referentibus; nono magno, in clavam ovato-obconicam, externe oblique truncatam (articulos decimum et undecimum includentibus?) formato. *Mandibulæ* prominulæ, elongato-subquadratæ, basin versus paulo latiores et crassiores, ad apicem transversæ, angulis prominulis; interno acute emarginato, bidentato; dum clauduntur triangulum parvum, prominulum, conjunctim efficiunt. *Maxillæ* processibus duobus coriaceo-membranaceis, trigonis, hirtis; pilis elongatis, spinuliformibus; processu externo longiore, angustiore; palpis maxillaribus inter processus sitis et spatium interpositum occupantibus. *Labium* crustaceum, suborbiculare, ad apicem transverse truncatum aut retusum, crassius, integrum; facie postica longitrorsum medio carinata; palpis labialibus brevissimis, contiguis, ad marginis superi medium pone insertis. *Mentum* nullum aut a labio non distinctum. *Tarsi* (breves) articulis indivisis.

*Corpus* ovatum, crassum, gibbum, sæpissime asperum

aut varie excavatum (pulvere terreo aspersum). *Oculi* laterales, plani, marginati; margine supero sæpe prominulo, auriculam interdum referente. *Thorax* transversus, dorso canaliculato aut sculpto; lateribus in spinam angulumve dilatatis. *Scutellum* nullum. *Abdomen* magnum, subgloboso-ovatum aut ovatum, in nonnullis ovato-subquadratum, elytris rigidis, connatis, fornicatis, subtus ad pedum originem usque inflexis, inclusum. *Pedes* breves, robusti; tibiarum angulis duobus apicalibus productis, spina interna bifida.

Spec. 1. *Brachycerus algirus. Brachycère algérien.*

B. Ater; rostro brevi, supra plano, punctato, postice in angulum desinente; oculorum marginibus superis rotundatis; capitis vertice simpliciter punctato; thorace late profundeque punctato, inæquali, excavato; dorso rugis lineisve elevatis, duabus, medio conjunctis; sulco interposito lineola elevata longitudinali, subobsoleta; laterum angulis spiniformibus, brevibus, obtusis; abdomine fere tam longo quam lato; elytris rotundato-convexis, postice sensim declivibus; suturæ margine, a basi ad medium saltem, distincto; elytro singulo lineis duabus elevatis, longitudinalibus, subæqualibus, undulatis, versus apicem dentiformiter interruptis; externa carinam formante; spatiis interjectis lateribusque inferis tuberculis punctisve elevatis, sparsis; lineola elevata, undulata, abbreviata, ad suturam.

*Brachycerus algirus.* Fab. *System. eleut., tom.* 2, *p.* 415.

Habitat in Africa (1).

Annotatio. Curculionis *barbari* Linnæi determinatio per difficilis, cum in his temporibus ex Africa Boreali plurimi

---

(1) In Gallia Australiori observatur B. forma valde affinis, at multo minor; oculorum margine supero in auriculam acutam elevato; abdomine paulo breviore, tam lato quam longo, sub-

allati sunt Brachyceri specifice distincti, et quibus tamen C. *barbari* characteres applicari possunt. Species quam descripsi in Oriente, Barbaria, Ægypto frequentior, et nomine B. *algiri* Fabricii propria manu, in musæo Historiæ naturalis gallico inscripta. Brachycerus *algirus* Domini Herbst (*Coleopt.* 7, *tab.* 101, *fig.* 3), B. *undatus* Fabricii esse mihi videtur; C. *barbarus* Linnæi forsan; præcedente longior, angustior; fere squamulis cinerescentibus vestitus; caput thoraxque consimilia, at abdomen longius, elongato-quadratum; elytra postice abrupte declivia, veluti transverse truncata; singulo lineis duabus elevatis, dentato-crispatis, postice præsertim; spatiis interjectis lateribusque inferis (in individuis minoribus saltem) transverse rugosis, sparsim subclathratis; intervallo interno paulo angustiore; in Gallia Australiori etiam habitot, sed duplo fere minor.

B. *crispatus* Fab. a præcedente vix diversus; elytrorum lineæ elevatæ et internæ abbreviatæ, rectæ, non undulatæ; externæ postice valde crispatæ.

B. *muricatus* Fabricii (Herbst., *Coleopt.* 7, *tab.* 101, *fig.* 8), B. *algiro* forma similis, cinereus; thoracis dorso tricarinato; abdomine subgloboso; elytris variolosis, scabris; singulo tuberculorum sæpius squamosorum aut hispidorum serie triplici longitudinali.

Habitat in Gallia, Hungaria, in agro Pedemontano; Dom. Ré.

B. *barbarus* Fabricii insectumve, hoc nomine, in musæo domini Desfontaines, ab illo inscriptum, novem lineas longus, ad B. *algirum* forma accedens, at paulo longior, niger; spatio interoculari verticeque linea longitudinali impressa; thorace

---

quadrato; elytris postice subabrupte declivibus, punctis lacunisve latius excavatis, rugoso-clathratis; singulo lineis duabus elevatis; externa carinave laterali præsertim, tuberculis obtusis postice interrupta; linea interna breviore, minus distincta. Hæc species mihi B. *lacunatus*.

rotundate utrinque ad margines laterales dilatato, costis duabus dorsalibus valde distinctis, lævibus, raro-punctatis, rectis, ad medium externe paulo latioribus; sulco interposito lineola nulla elevata, in medio eminentiore, ad apices excavato; abdomine subovato, quam in B. *algiro* paulo magis longiore, rotundate elevato; elytris postice rotundatis, non abrupte declivibus, transverse rugoso-clathratis, minus tamen quam in præcedente; singulo lineis duabus clavatis, postice undulatis, interrupto-subdentatis, subæqualibus; intervallo interno paulo latiore; lateribus inferis profunde lateque punctatis.

Annotatio. *Scolytorum* antennæ vix geniculatæ; articuli basilaris longitudine, in divisione sequenti tamen admittenda sunt hæc insecta.

### 2. Fracticornes. *Fracticornes.*

*Antennæ geniculatæ, articulo basilari valde elongato, sæpius in rostri sulco obliquo, laterali, ad basin saltem, recipiendo. (Antennæ in omnibus clavatæ, clava articulis sæpissime arcte connexis; ultimo acuto, annulo, transverso, obsoleto, in nonnullis veluti diviso; tarsi articulo penultimo bifido aut supra emarginato, cordato.)*

A. *Antennæ basin rostri ultra semper insertæ et capite longiores, clava distincte pluri-articulata, ovata; mandibulæ sæpius obtusæ; tibiæ ad apicem spinulis cliato-coronatæ, in perpaucis tantum unco valido terminatæ.*

(*Corpus ovatum aut ellipticum, colore vario.*)

### CCLXXVII. Genus. *Brachyrhinus. Brachyrhine.*

*Curculio*, *Linn.*, *Geoff.*, *de Geer*, *Fab.*, *Oliv.*, *Clairville.*

*Antennæ* omnium rostri brevis, crassi, porrecti, nutantis, ad apicem lateralem insertæ, articulis undecim;

basilari rostri capitisque longitudine aut illis longiore; hujus articuli apice oculos ultra progresso; quatuor aut tribus ultimis clavam ovatam, arcte compositam formantibus. *Mandibulæ* breves, crassæ, apice obtusæ, subrotundatæ, subcrenatæ, tuncque vix et obtusissime dentatæ; basi sæpius strangulo distincta, articulum transversum veluti referente. *Labium* minutum. *Mentum* (sæpius magnum) crustaceum, subobtrigonum vel cordatum, in aliis suborbiculatum aut subovatum, stipite basilari nullo aut minimo. *Pedes* postici haud saltatorii.

*Corpus* ovatum, convexum, antice angustius, rostro utrinque breviter parumque sulcato. *Thorax* plerumque teres aut conico-cylindricus, elytris, antice præsertim angustior. *Scutellum* minutissimum aut subnullum. *Abdomen* ovato-conicum aut subovatum vel globosum, ad basin transverse truncatum, convexum, elytris fornicatis, rigidis, dorso et ad latera amplexum. *Pedes* femoribus sæpius validis, pedunculato-clavatis.

*I. Antennarum clava ab articulo nono incipiens, triarticulata.*

1. *Abdomen ovato-conicum; elytrorum margine externo non arcuato; illorum latitudine a basi ad apicem sensim decrescente.*

Observatio. Mentum cordato-obtrigonum, transversum, margine supero latiore.

Spec. 1. *Brachyrhinus viridis. Brachyrhine verd.*

B. Thorace subcylindrico, diametris æqualibus; antennis thoracis longitudine, articulis secundo, tertio quartoque magnitudine subæqualibus et a sequentibus non multum diversis; basilari rostri longitudine; scutello distincto; rostro thorace

paulo breviore, supra unicarinato; ſemoribus inermibus; tibiis quatuor anticis unco interno terminatis; anticis subarcuatis; corpore squamoso, supra fusco-viridi; parte infera limboque thoracis et elytrorum virescenti-flavis; elytris striato-punctatis.

*Brachyrhine verd.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 11, *p.* 159.

*Curculio viridis.* LINN. *System. nat., ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *p.* 616. — *Faun. Suec., ed.* 2, *n°.* 629.

*Charanson verd à bande jaune.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect., tom.* 5, *p.* 258.

*Curculio viridis.* FAB. *System. eleut., tom.* 2, *p.* 512.

*Curculio viridis.* PAYK. *Faun. Suec., tom.* 3, *p.* 301.

*Rhinomacer.* SCHÆFF. *Elem. entom., tab.* 108. — *Icon. Insect. ratisb., tab.* 53, *fig.* 6.

HERBST. *Coleopt.* 6, *tab.* 69, *fig.* 4.

Habitat in Suecia, Germania.

OBSERVATIO. Curculiones *imperialis*, *regalis*, *micans*, *pyri*, *alneti*, *argentatus*, *oblongus*, ejusdem divisionis.

2. *Abdomen ovatum aut subglobosum* (*sæpius valde convexum*); *elytrorum margine externo arcuato; illorum latitudine ad basin et ad apices angustiore.*

OBSERVATIO. Mentum suborbiculatum aut subovatum vel subquadratum, non transversum.

A. *Abdomen angusto-ovatum, elongatum.*

SPEC. 2. *BRACHYRHINUS INCANUS. Brachyrhine incane.*

B. Thorace subcylindrico, diametris subæqualibus; antennis corporis longitudinis dimidio paulo longioribus; articulo basilari rostri capitisque longitudine; secundo tertioque elongatis, hoc longiore; rostro subquadrato, capitis fere latitudine, thorace paulo breviore; supra in medio parum impresso; femoribus simplicibus, clavato-pedunculatis; tibiis anticis apice intus arcuatis; corpore supra planiusculo, nigro, squamulis fuscis

fuscis et grisescentibus sparsis; elytris striato-punctatis; antennis obscure rufis.

*Brachyrhine incane.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom* 11, *p.* 160.

*Curculio incanus.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *p.* 616. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 631.

*Charanson gris non ailé.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, *tom* 5, *p.* 242.

*Curculio incanus.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 2, *p.* 518.

*Curculio incanus.* PAYK. *Faun. Suec.*, *tom.* 3, *p.* 296.

HERBST. *Coleopt.* 6, *tab.* 77, *fig.* 5.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 19, *fig.* 8.

Habitat in Europæ pinetis; Burdigalæ.

C. *lusitanicus* in hac sectione reponendus.

B. *Abdomen ovatum aut subglobosum; rostri lateribus in multis sub antennarum insertione paulo dilatatis; scutellum sæpius fere nullum.*

SPEC. 3. BRACHYRHINUS LIGUSTICI. *Brachyrhine de la livêche.*

B. Abdomine ovato; thorace latiore quam longiore, convexo, lateribus ad medium latioribus, rotundatis; antennis thorace longioribus; articulo basilari valde elongato; tertio secundo duplo fere longiore; rostro thorace paulo breviore, ad apicem dilatato, supra unicarinato; femoribus unidentatis; corpore nigro, squamulis linearibus et ovatis, fusco-grisescentibus, nitidiusculis, vestito, punctis elevatis scabriusculo; elytris connatis, striis aliquot lateralibus, obsoletis; scutello indistincto.

*Brachyrhine de la livêche.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 11, *p.* 178.

*Curculio ligustici.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *p.* 615. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 621.

*Le charanson gris, à étuis réunis et chagrinés.* GEOFF. *Hist. des Insect.*, *tom.* 1, *p.* 292.

*Charanson du ligusticum.* De Geer. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 5, *p.* 218.

*Curculio ligustici.* Fab. *System. eleut.*, *tom.* 2, *p.* 538.

*Curculio ligustici.* Payk. *Faun. Suec.*, *tom.* 3, *p.* 274.

Schæff. *Icon. Insect. ratisbon.*, *tab.* 2, *fig.* 12.

Habitat in Europa; Parisiis in campis frequentissimus, prata artificialia depastans.

*II. Antennarum clava ab articulo octavo inclusive incipiens, quadriarticulata.*

Nonnulli Brachyrhini, e Nova-Hollandia, a Dominis Peron, Lesueur, allati.

CCLXXVIII. Genus. *Lixus. Lixe.*

*Lixus*, Fab. — *Curculio*, Linn., Geoff., de Geer, Fab., Oliv., Clairv. — *Rhynchænus*, Fabricii.

*Antennæ* rostri sæpius elongati, porrecti, nutantis, lateribus, medium et apicem inter insertæ, articulis undecim; basilari, rostro breviore, apice oculos ultra non producto (1); clava fusiformi-ovata, quadriarticulata, subsolida, haud abrupte formata, articulis septimo et octavo ad commissuram latitudine æqualibus. *Mandibulæ* latæ; latere externo arcuato, ad basin (ubi strangulantur) sinu notato; basi hic in tuberculum dentemve obtusum externe prominula; apice interno acute valideque bidentato; latere interno ad basin obtuse et fere in dentem latum aut obtusum subproducto. *Maxillæ* processu spinulis validiusculis pectinatim et intus ciliato. *Labium* corneum, transverso-quadratum, integrum, parvum, mento admodum angustius, obvium tamen nec palpis obtectum, margine supero transverso,

(1) Et ita in familiæ generibus sequentibus.

recto, integro aut vix emarginato; palpis minimis, fere obsoletis, labio (lateribus anticis cujus inseruntur) brevioribus; mento corneo, obtrigono-semicirculari aut subobtrigono vel subquadrato, ad apicem latiore, recta transverso; basi stipitata; stipite subquadrato, modo subtransverso, modo longitudinali; margine supero latiore, late arcuatim emarginato, pro labii insertione. *Pedes* postici haud saltatorii.

*Corpus* sæpius ovato-ellipticum (in nonnullis subfiliforme, apicibus angustatis) aut elongato-ovatum, convexum, substantia duriuscula, in nonnullis pulverulentum; rostro sæpe crassiusculo, in plurimis sulcato aut carinato, tereti; thorace conico, antice transverse truncato et angustiore; margine postico elytrorum basis fere latitudine, ad medium sæpius in angulum prominulo; tibiis dente uncove brevi, at valido, corneo, ad apicem intus armatis; tarsis valde spongiosis, unguibus validis.

Observatio. Antennæ articulis secundo et tertio, priori inprimis, sequentibus longiore.

*I. Corpus elongato-ovatum, non angustissimum, latitudine majore, thoracis elytrorumque longitudinis conjunctæ partem tertiam saltem æquante. (Rostrum sæpius capitis fere latitudine.)*

Spec. 1. *Lixus latirostris. Lixe museau-large.*

L. Antennis subrectis, articulis secundo, tertio et fere sequentibus brevibus, æqualibus; rostro capite vix longiore, lato, supra unicarinato sulcoque utrinque impresso; carina parva, acuta, antice impressione notata; corpore duplo longiore quam latiore, nigro, confertissime punctulato, maculis villosis flavescentibus; thorace latiore quam longiore, subru-

gosulo ; carinula dorsali obsoleta ; marginis postici medio in angulum dilatato ; elytris transverse rugosulis, striatis ; pedibus simplicibus.

*Lixe trompe-large.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 11, *p.* 125.

*Curculio antiodontalgicus.* GERBI. *Stor. natur. d'un nuov. insect.* 1794.

*Curculio thaumaturgus.* *Ross. Faun. etrusc.*, *mant.* 2 *app.*, *p.* 94.

Habitat Parisiis, in Italia, cardui spinosissimi capitibus ; in odontalgia a carie producta remedium habetur ; at experientiis novis hæc proprietas confirmanda. *Rhynchæno jaceæ* Fabricii proximus ; rostri tamen brevitate, latitudine, omnino diversus.

SPEC. 2. *LIXUS SULCIROSTRIS. Lixe sulcirostre.*

L. Duplo (circiter) longior quam latior ; rostro thoracis fere longitudine, crasso, supra trisulcato, quadricarinato ; lateribus inferis ad basin carinula et sulculo abbreviatis ; antennarum articulo secundo obconico, tertio duplo majore ; corpore nigro, at pilis brevissimis, adpressis, squamiformibus, cinereis, vestito ; thorace elytrisque tuberculato-scabriusculis ; thoracis dorso linea longitudinali impressa, postice latius excavata, medio carinata, cinerea, fascias duas fuscas, antice angustiores, longitudinales, separante (triangulumve fuscum longitrorsum dividente) ; ejusdem thoracis latitudine postica longitudinem subæquante ; marginis postici medio in angulum parum prominulo ; coleoptris fasciis fuscis, obliquis, suturam versus convergentibus ; corpore infra nigro punctato ; tarsorum spongiis ferrugineis ; femoribus simplicibus.

*Lixe sulcirostre.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 11, *p.* 115.

*Curculio sulcirostris.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *p.* 617.

*Le charanson à trompe sillonnée.* GEOFF. *Hist. des Insect.*, *tom.* 1, *p.* 278, *pl.* 4, *fig.* 8.

*Charanson à trompe sillonnée.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 5, *p.* 240.

*Curculio sulcirostris.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 2, *p.* 515.

*Curculio sulcirostris.* PAYK. *Faun. Suec.*, *tom.* 3, *p.* 277.

HERBST. *Coleopt.* 6, *tab.* 64, *fig.* 7.

Habitat in Europa, carduis.

*II. Corpus angustissimum, sublineare, latitudine majore thoracis elytrorumque longitudinis conjunctæ tertiam partem non æquante. (Rostrum gracile.)*

SPEC. 3. *LIXUS PARAPLECTICUS. Lixe paraplectique.*

L. Quadruplo aut paulo magis longior quam latior, niger, pilis brevissimis, rufo-flavescentibus; rostro thoracis longitudine, cylindrico; frontis medio impresso; antennarum articulo tertio præcedenti paulo longiore; thoracis margine postico subrecto; abdomine cylindrico, elongato; elytris striato-punctatis; apicibus posticis longe mucronatis, divaricatis; femoribus subcylindricis, simplicibus.

*Lixus paraplecticus.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 2, *p.* 498.

*Lixe paraplectique.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 11, *p.* 110.

*Curculio paraplecticus.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *p.* 610. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 604.

*Charanson de la philandrie.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 5, *p.* 224, *pl.* 7, *fig.* 3.

HERBST. *Coleopt.* 6, *tab.* 62, *fig.* 1.

CLAIRV. *Entom. helv.*, *tom.* 1, *p.* 94, *tab.* 10, *fig.* 1, 2.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 6, *fig.* 15.

Habitat in Europa, phellandrio aquatico.

CCLXXIX. GENUS. *CURCULIO. Charanson.*

*Curculio*, LINN., GEOFF., OLIV., LAM., CLAIRV. — *Rhynchænus*, FABRICII.

*Antennæ* rostri elongati, sæpius longissimi et capite manifesto angustioris, nutantis aut inflexi, in pectoris canali interdum recipiendi, lateribus, medium versus insertæ, articulis undecim; tribus aut quatuor ultimis arcte connexis, clavam, ovatam, basi abrupta, formantibus; articulo cui clava imponitur, (septimo aut octavo) a sequenti vel ejusdem clavæ articulo initiali magnitudine distincto. *Mandibulæ* (ut in *Lixis*) sæpissime latere externo ad basin dilatato seu auriculato, postea sinu notato, deinde arcuato; apice interno acute valideque bidentato; basi interna in nonnullis subunidentata (1). *Labium* fere nullum aut obsoletum; illius palpis maxillarium fere magnitudine, parallele ad latus internum contiguis, articulis distinctis, menti apici insertis. *Mentum* corneum, subobtrigonum aut subquadratum, ad basin stipitatum, stipite sæpe elongato-subquadrato, inferne sensim angustiore. *Pedes* postici non saltatorii.

*Corpus* ovatum, in plurimis rotundo-ovatum. *Thorax* a basi ad apicem sensim angustior; margine postico elytrorum basis fere latitudine aut illa paulo angustior. *Abdomen* subquadratum et ad apicem producto-acuminatum aut ovatum et ad basin transverse truncatum vel trigono-quadratum. *Tibiæ* unco corneo et interno sæpius ad apicem instructæ.

*I. Corpus oblongo-ovatum, duplo saltem longius quam latius; abdomen elongato-quadratum et ad apicem producto-acuminatum, coleoptris longioribus quam*

---

(1) In curculione *nucum* mandibulæ subconicæ, dentibus fere nullis.

*latioribus, postice sæpius multum inflexis, supertectum; ano nullatenus aut paulisper tantum nudo.*

1. *Antennarum clava quadriarticulata, ab octavo articulo incipiens.*

SPEC. 1. *CURCULIO CORONATUS. Charanson couronné.*

C. Rostro thoracis longitudine aut illo vix breviore, latiusculo, ad apicem præsertim, supra antice impressione notato; lateribus ad basin breviter unisulcatis; femoribus omnibus valide et acute unidentatis; antennarum articulo secundo tertio longiore, obconico; hoc quarto paulo longiore; thorace ad marginem posticum tam lato quam longo; corpore aterrimo, confertissime punctato; thoracis laterum punctis duobus, margine postico, abdominis macularum serie duplici, ferrugineo-flavescentibus, e squamulis elongatis, piliformibus, formatis; elytris connatis, convexis, subtiliter rugosulis; tibiis intus denticulatis, dente setose bipenicillato uncoque valido terminatis.

*Le charanson à corcelet couronné. GEOFF. Hist. des Insect., tom.* 1, *p.* 291.

*Curculio coronatus. FOURC. Entom. Paris*, 1. *pars*, *p.* 127.

*Curculio germanus. PAYK. Faun. Suec.*, *tom.* 3, *p.* 185.

*Curculio germanus. HERBST. Coleopt.* 6, *tab.* 86, *fig.* 1.

*Charanson germain. LATR. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 11, *p.* 142.

*PANZ. Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 42, *fig.* 16.

*Rhynchænus germanus. FAB. System. eleut.*, *tom.* 2, *p.* 475.

Habitat in Europa, præsertim Gallia, Germania, sepibus, pratis; a. curculione *fusco-maculato* Fabricii, vero Linnæi curculione *germano*, elytris immaculatis, femoribus omnibus valide et acute dentatis, distinctus. Ad hanc divisionem pertinent rhynchæni *Colon*, *abietis* Fabricii, ejusdem curculio *variolosus* (c. *carinatus* OLIVIER).

2. *Antennarum clava triarticulata, ab articulo nono incipiens.*

Sectio illa, speciebus numerosissima, e Fabricii rhynchænis

sequentibus et aliis affinibus componenda : *chloris*, *æthiops*, *pruni*, *nigrirostris*, *artemisiæ*, *rumicis*, *pollux*, *pini*, *equiseti*, *lapathi*, *5-punctatus*, *3-maculatus*, *carbonarius*, *aterrimus*, *cerasi*, *violaceus*, *nucum*, *gulosus*, *esuriens*, *cerasorum*, *druparum*, *fraxini*, *pomorum*, *vorax*, *tortrix*. Ejusdem *Lixi* nonnulli, curculiones *polygoni*, 3-*guttatus*, etc., ad sectionem eamdem pertinent.

Rhina nostra *barbicornis* rhynchæno *aterrimo* Fabricii maxime affinis ; at antennarum clava valde elongata, fere quadriarticulata, villosa ; rostro breviore ; thorace inermi, lateribus rotundato-subdilatatis, angulis posticis prominulis ; femoribus simplicibus, discernenda. Corpus atrum, opacum, punctatum ; antennarum articulis, clava excēpta, rufis ; thorax subquadratus, confertissime punctatus, dorso planiusculo, lineola lævi ; elytris nitidiusculis, crenato-striatis. — (*Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 11, *p.* 103).

*II. Corpus rotundato-ovatum, dimidio ad summum longius quam latius ; abdomen breve, trigono-quadratum ; coleoptra subquadrata, tam lata quam longa, ad apicem nullatenus aut parum inflexa ; anus nudus.*

Hic refer rhynchænos, *pericarpius*, *quercicola*, *assimilis*, *erysimi*, *echii*, *didymus*, *lamii*, et alios habitu similes.

Sectiones characteribus ex antennarum articulorum secundi et tertii longitudine, femoribus, depromptis subdividendæ.

## CCLXXX. Genus. *Cionus. Cione.*

*Cionus*, Clairv. — *Curculio*, Linn., Geoff., de Geer, Oliv. — *Rhynchænus*, Fabricii.

*Antennæ* rostri elongati, capite angustioris, subtus inflexi, subrecti, teretis, lateribus, paulo post medium insertæ, articulis decem ; basilari sub rostro, ad basin, occultando ; clava ovata, articulis quatuor acte connexis,

a

a septimo incipiente. *Instrumenta cibaria* fere ut in Curculionibus. *Pedes* postici haud saltatorii.

*Corpus* quadrato-ovatum, paulo longius quam latius, crassum. *Thorax* abdominis magnitudinis habita ratione minimus, postice coleoptris fere dimidio angustior. *Abdomen* magnum, subquadratum, postice paulo angustius, rotundatum, coleoptris convexis, fere tam latis quam longis, postice inflexis, supertectum.

SPEC. 1. *CIONUS SCROPHULARIÆ. Cione de la scrophulaire.* C. Femoribus omnibus valide unidentatis; rostro capite subduplo longiore; corpore nigro, tomentoso; villis brevibus, squamiformibus, varie coloratis; elytris punctis per strias elevatas digestis maculisque dorsalibus orbicularibus et communibus ad suturam, tomentosis, nigris; antennis, clava excepta, rufescentibus.

*Var.* A. Griseo-viridi-flavescens; elytro singulo punctorum alternorum nigrorum et flavescenti-griseorum lineis quatuor; sutura linea nulla distincta.

*Cione du verbascum.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 11, *p.* 155.

*Charanson de la scrophulaire. Var. tertia.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 5, *p.* 209.

*Curculio scrophulariæ. Var. β.* PAYK. *Faun. Suec.*, *tom.* 3, *p.* 208.

*Curculio thapsus.* HERBST. *Coleopt.* 6, *tab.* 73, *fig.* 2.

*Rhynchænus thapsus.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 2, *p.* 479.

Habitat in Europæ verbasco.

*Var.* B. Thorax griseo-viridi-flavescens; elytro singulo punctorum alternorum nigrorum majorumque et griseo-viridi-flavescentium lineis quinque, illarum una suturali; intervallorum villis griseis, fundum nigrum non penitus operientibus; suturæ maculis duabus atris et orbicularibus, postica præsertim, viridi-flavescente partim marginatis.

*Cione de la scrophulaire.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 11, *p.* 154.

*Charanson de la scrophulaire. Var. prima.* De Geer. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 5, *p.* 209, *pl.* 6, *fig.* 17, 18, 19, 20.

*Curculio scrophulariæ.* Payk. *Faun. Suec.*, *tom.* 3, *p.* 207.

Herbst. *Coleopt.* 6, *tab.* 73, *fig.* 1.

Habitat in scrophularia.

*Var.* C. Fusco-niger; thorace pectoreque flavescente-albidis; (thoracis dorso interdum nigro bimaculato); elytro singulo punctorum alternorum et albicantium lineis quinque; intervallorum villis griseis, minimis, fundi colorem vix mutantibus; suturæ maculis duabus atris et orbicularibus, postica præsertim, griseo-albido partim marginatis.

*Curculio scrophulariæ.* Linn. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *p.* 614. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 603.

*Le charanson à lozange de la scrophulaire.* Geoff. *Hist. des Insect.*, *tom.* 1, *p.* 296.

*Charanson de la scrophulaire. Var. tertia.* De Geer. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 5, *p.* 209.

*Rhynchœnus scrophulariæ.* Fab. *System. eleut.*, *tom.* 2, *p.* 478.

Habitat cum præcedente.

*Var.* D. Fusco-niger; thoracis lateribus pectoreque rufescenti-griseis aut flavescentibus; elytro singulo punctorum alternorum nigrorum et griseorum lineis quinque, illarum una suturali; intervallorum villis griseis, minimis, fundi colorem vix mutantibus; intervallo singulo, externe saltem, punctorum nigrorum, minorum serie duplici.

*Cione du verbascum.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 11, *p.* 155.

*Rhynchœnus verbasci.* Fab. *System. eleut.*, *tom.* 2, *p.* 479.

Habitat in Europa, verbasco.

CCLXXXI. GENUS. *RHYNCHÆNUS. Rhynchène.*

*Rhynchœnus*, CLAIRV., FAB. — *Curculio*, LINN., GEOFF., DE GEER, OLIVIER.

*Antennæ* rostri elongati, capite angustioris, subtus inflexi, subrecti, teretis, lateribus, medium versus, insertæ, articulis decem; basilari in rostri sulco laterali excipiendo; tribus ultimis arcte connexis, clavam ovatam formantibus. *Instrumenta cibaria* fere ut in Curculionibus. *Pedes* postici saltatorii, femoribus incrassatis (lateris interni medio sæpius in angulum dentemve prominulo, denticulato; pedum eorumdem tibiis reflectendis et huic lateri incumbendis).

*Corpus* ovatum. *Thorax* parvus, elytris, etiam postice, notabiliter angustior. *Abdomen* elongato-quadratum, postice rotundatum. *Elytra* postice parum inflexa, anum tegentia.

SPEC. 1. *RHYNCHÆNUS ALNI. Rhynchène de l'aune.*

R. Niger, pubescens; antennis, thorace, elytris tarsisque fulvo-rubris; elytris punctato-striatis, macula baseos aliaque majori communi, nigris; femoribus posticis infra denticulatis; dente medio validiore.

*Rhynchœnus alni.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 2, *p.* 492.

*Rhynchène de l'aune.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 11, *p.* 189.

*Curculio alni.* LINN. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *p.* 611. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 608.

*Le charanson sauteur à taches noires.* GEOFF. *Hist. des Insect.*, *tom.* 1, *p.* 286.

*Charanson sauteur de l'aune.* DE GEER. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 5, *p.* 262.

*Curculio alni.* PAYK. *Faun. Suec.*, *tom.* 3, *p.* 220.

*Curculio alni.* HERBST. *Coleopt.*, *tab.* 93, *fig.* 7.

Habitat in Europa, betula, alno.

B. *Antennæ nonnullorum ad rostri basin insertæ clavaque articulo unico aut duobus tantum ; mandibulæ sæpe ad apicem acuminatæ , latere interno recto , denticulato aut subinermi , acuto , incisorio ; tibiæ unco valido , terminali ; corpus omnium fere fuscum aut nigricans vel rubescens ;* illis *ovatum , a thorace ad caput sensim angustius , dorso plano ; tunc antennæ ( valde fractæ ) clava ex unico articulo aut duobus tantum formata ( capite multo longiores et rostro elongato insidentes ) ;* his *cylindricum ( capite non computato ) ; antennæ nunc capite plerumque vix longiores aut breviores ( paulo geniculatæ , rostro sæpius brevissimo , lato , crasso insertæ ) ; tarsi ad tibiarum latus internum reflectendi.*

Observatio. Pedes antici mediis sæpius longiores.

## CCLXXXII. Genus. *Rhina. Rhine.*

*Lixus , Fab. — Curculio , Olivier.*

*Antennæ* rostri elongati , porrecti , cylindrici , lateribus, medium versus, insertæ, geniculatæ, articulis octo ; basilari longissimo, in rostri canali laterali et obliquo excipiendo ; ( sex sequentibus brevibus, secundo et tertio paulo longioribus, hoc præsertim ; quarto, quinto, sexto et septimo subglobosis ) ; octavo claviformi , ovali-cylindrico , elongato, ecorticato substantiave molliori nec ( basi interna solum excepta ) cute coriacea vestito, ad apicem compresso , subacuto. *Mandibulæ* dentibus tribus ; duobus validioribus ad apicem ; altero interno. *Maxillæ* elongatæ, fere membranaceæ, hirsutæ ; illarum palpi articulis tribus tantum distinctis ; tertio multo longiore , ovato-conico.

*Corpus* oblongo-subcylindricum. *Pedes* elongati , antici præcipue ; tibiis tenuibus, unco terminali parvo ; tarsorum articulo penultimo bifido.

Spec. 1. *Rhina barbirostris. Rhine barbirostre.*

R. Atra; rostro thoracis circiter longitudine, hirsuto; thorace punctis excavatis alveolato; elytris crenato-striatis; femoribus simplicibus, elongatis, subcylindricis, compressis; tibiis quatuor anticis subtus denticulis paucis instructis.

*Rhine barbirostre. Latr. Hist. nat. des Crust. et des Insect., tom.* 11, *p.* 102.

*Lixus barbirostris. Fab. System. eleut., tom.* 2, *p.* 501.

*Charanson barbirostre. Oliv. Encycl. méth. Hist. nat., tom.* 5, *p.* 492. — *Entom., pl.* 4, *fig.* 37. *a. b.*

*Seba. Mus., tom.* 4, *tab.* 95, *fig.* 5.

*Drur. Illust. of Ins., tom.* 2, *tab.* 34, *fig.* 2. Fem.

Habitat in Africa, India.

CCLXXXIII. Genus. *Calandra. Calandre.*

*Calandra, Clairv., Fab. — Curculio, Linn., Geoff., de Geer, Oliv., Lam. — Rhynchophorus, Herbst.*

*Antennæ* rostri elongati, nutantis, cylindrici, gracilis, basi laterali et inferæ, oculos penes, insertæ, geniculatæ, articulis octo aut novem; basilari longissimo, in rostri sulco non excipiendo; sex sequentibus brevibus; secundo et tertio paululo longioribus, subæqualibus, turbinato-obconicis; quarto, quinto, sexto et septimo subsemiglobosis, æqualibus, octavo *illis* in clavam obtriangularem, cute coriacea extus vestitam, substantia molliori, veluti spongiosa, intus plenam, formato; apice utrinque transverse compresso, margine antico hinc in aciem acutam complanato; eodem articulo *his* in clavam ovato-subglobosam, formato; substantia interna et spongiosa ad apicem exserta, articulum nonum efficiente; illius apice utrinque compresso, margine antico breviter truncato, acuto; eodem articulo aliis in clavam ovatam disposito. *Mandibulæ*

obtusæ, tricrenatæ; sinu apicali mediove majore, profundo; apice obtuse et inæqualiter bidentato. *Palpi* maxillares minimi. *Maxillæ* processu coriaceo-membranaceo, hirsuto, basis angulo interno in laciniam elongatam producto. *Labium Mentumque* in corpus corneum, angustum, elongato-quadratum, sublineare, ad apicem medium paulo emarginatum, coalita; palpis nullis aut obsoletissimis.

*Corpus* elliptico-ovatum, supra planum. *Oculi* immersi, oblongi, caput subtus cingentes. *Rostrum* ad insertionem antennarum incrassatum, longius quam latius, antice angustius; margine antico linea transversa impressa antecedente veluti distincto et annuliformi. *Elytra* plana, anum non supertegentia. *Anus* acute prominulus. *Pedes* validi; tibiis intus ciliatis; pilis apicis elongatis, in penicillum dispositis; tibiis omnibus unco valido, corneo, interno, terminatis; duabus aut quatuor anticis sub apice intus unidentatis; tarsorum articulo penultimo latiore, cordato, supra ad sequentis insertionem excavato, subtus spongioso (ut in præcedentibus generibus non distincte bilobo).

SPEC. 1. *CALANDRA ABBREVIATA. Calandre raccourcie.*

C. Antennarum clava subglobosa, apice truncata, biarticulata; corpore atro, subopaco, punctulato; rostro thorace paulo breviore; fronte puncto late profundeque excavato; thorace linea dorsali lævi sive impunctata; margine postico subrecto aut vix arcuato; scutello elongato, lævi; elytro singulo lineis novem impressis; intervallis punctatis; punctis sæpius in serie duplici et confusa dispositis; femoribus simplicibus.

*Calendra abbreviata.* CLAIRV. *Entom. Helv., tom.* 1, *p.* 64, *pl.* 2, *fig.* 3, 4.

*Calandra abbreviata.* FAB. *System. eleut., tom.* 2, *p.* 436.

*Calandre raccourcie.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 11, *p.* 100.

*Le charanson brodé.* GEOFF. *Hist. des Insect.*, *tom.* 1, *p.* 281.

*Curculio elegans.* FOURC. *Entom. paris.*, *pars* 1, *p.* 118.

*Charanson raccourci.* OLIV. *Encycl. méth. hist. nat.*, *tom.* 5, *p.* 479. — *Entom.*, *pl.* 16, *fig*, 195. *a. b.*

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 42, *fig.* 3.

*Rhynchophorus abbreviatus.* HERBST. *Coleopt.* 6, *tab.* 60, *fig.* 6.

Habitat in Gallia, Germania, arvis, campis, sub lapidibus, etc. Magnitudine multo variat.

Calandra *granaria* Fabricii, brunneo-picea, antennis pedibusque dilutioribus, rufescentibus; tota profunde punctata; antennarum clava elongato-ovata; rostro thorace, e tertia parte, breviore, punctato, ad basin et ubi utrinque dilatatur supra striato-punctato; thorace elongato, punctis elongato-excavatis, linea dorsali lævi; elytris striis profundis, crenatis, novem circiter in singulo; punctorum impressorum linea una alterave ad suturam; ano supra unisulcato; tibiis striatis; anticis intus denticulatis.

## CCLXXXIV. GENUS. *COSSONUS. Cossone.*

*Cossonus*, CLAIRV., FAB. — *Curculio*, FAB., PAYKULL.

*Antennæ* rostri in nonnullis elongati, sæpius brevis, crassi, lateribus, medium inter et apicem, insertæ, capite sæpius paulo aut vix longiores, geniculatæ, articulis novem distinctis et cute coriacea vestitis; basilari elongato, in rostri sulco laterali et obliquo excipiendo; secundo et tertio sequentibus paulo longioribus, cylindrico-obconicis; quarto, quinto, sexto, septimo et octavo brevissimis; nono campanulato aut obconico, clavam ovatam aut subobconicam, cum corpore articuliformi,

molliore, veluti spongioso, ex articuli substantia interna exserta et producta formato, terminali, constituente. *Mandibulæ* acutæ; latere interno sub apice unidentato; hoc apice inde acute bidentato. *Palpi* maxillares et labiales distincti. *Maxillæ labium mentumque* fere ut in *Curculionibus*.

*Corpus* valde elongatum, sublineare aut subcylindricum, antice angustatum. *Elytra* anum supertegentia. *Tibiæ* unco interno terminatæ. *Tarsi* articulo penultimo sæpius latiore, subcordato, supra pro quarto recipiendo excavato, in nonnullis, a sequentibus figura vix diverso.

*I. Corpus dorso depresso, plano.*

SPEC. 1. *COSSONUS LINEARIS. Cossone linéaire.*

C. Antennis clava ovata, abrupta, biarticulata, illius apice thoracis longitudinis dimidium attingente; corpore quintuplo longiore quam latiore, nigro aut piceo-nigro, nitido, punctato; antennis, pedibus (tarsis præsertim), elytris thoracisque lateribus inferis, interdum, rufescenti-piceis; rostro elongato, basi angusto, ad apicem dilatato; thorace elongato; dorso postice longitrorsum utrinque subimpresso; impressione singula punctorum serie duplici abbreviata; elytro singulo punctorum impressorum striis novem aut decem; tibiis anticis versus apicem latiusculis; margine interno emarginato, sinu brevissime ciliato, ad apicem unidentato; tarsorum articulo penultimo præcedentibus paulo latiore.

*Cossonus linearis.* CLAIRV. *Entom. Helv.*, *tom.* 1, *p.* 60, *pl.* 1, *fig.* 1, 2. — Ejusd. Var. *cossonus ferrugineus*, *tab. ead.*, *fig.* 3, 4.

*Cossonus linearis.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 2, *p.* 496.

*Cossone linéaire.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 11, *p.* 105.

*Curculio linearis.* PAYK. *Faun. Suec.*, *tom.* 3, *p.* 242.

*Curculio*

*Curculio parallelipipedus.* HERBST. *Coleopt.* 6, *tab.* 81, *fig.* 4.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 18, *fig.* 7.

Habitat in Europa, rarius in Gallia.

*II. Corpus subcylindricum, dorso convexo.*

Hylesinus *chloropus* Fabricii, *ater*, forsan insecta quædam alia, curculionibus associata, et de quorum rita determinatione nondum adhuc mihi constat, divisionem hanc componunt; *scolytos* Olivier, *bostrichos* Fabricii, catena haud interrupta nectere videntur.

## II. SCOLITARII. *Scolitaires.*

*Caput antice vix aut nullatenus angustius, in rostrum distincte non productum; mandibulæ validiusculæ (capitis marginis antici latitudinem transverse occupantes); mentum sæpissime elongatum, cylindrico-cordatum; antennæ rectæ, oculos penes insertæ, capite rarissime longiores, clava magna terminatæ; corpus cylindricum; (oculi oblongi); tibiæ compressæ, latiusculæ, elongato-obtrigonæ; anticæ latiores, sæpius denticulatæ.*

OBSERVATIONES. *Antennæ* articulo basilari elongato, sæpius antennæ longitudinis tertiam partem ad minus æquante, incrassat, obconico, ad basin sensim attenuato, ad apicem crassiore, rotundato; secundo tertioque, priori præsertim, sequentibus paulo majoribus, obconicis; secundo subturbinato; quarto et successivis ad clavæ ortum usque, sive intermediis (2-5), minimis; clava magna, sæpius compressa, ovata aut subglobosa, articulis plerumque arctissime connexis, rarissime discretis. *Mandibulæ* trigono-conicæ, subcuneiformes, intus conniventes, dentibus nullis apprime distinctis aut perpaucis. *Palpi* subæquales, brevissimi, at in omnibus distincti, ad basin incrassati; maxillares articulis quatuor, labiales tribus; ultimo

minimo ( in *scolytis* longiore ). *Maxillæ* coriaceæ , compressæ , extus sæpius hirsutæ, e processu interno triangulari, infra latiore sursum angustato , intus ciliato , formatæ. *Labium* minimum ad apicem menti subobconici aut elongato-subcordati , inter palpos tuberculum veluti prominulum et vix distinguendum.

*I. Antennæ omnium (capite breviores aut vix longiores) clava solida (numquam lamellata) et ab articulo octavo aut infra, non supra, incipiente; tarsi plerumque articulis integris, penultimo in perpaucis tantum cordato, bifido; corpus sæpius elongato-cylindricum, thorace sæpe longiore quam latiore, cylindrico.*

CCLXXXV. Genus. *Hylurgus. Hylurge.*

*Dermestes*, Linn. — *Ips*, de Geer. — *Hylesinus*? Fab. — *Scolytus*, Oliv. — *Bostrichus*? Payk., Herbst.

*Antennæ* capitis lateribus insertæ, clava ab articulo octavo incipiente, subgloboso-ovata, non aut vix compressa, transverse quadriarticulata; articulo ejus baseos sive antennæ octavo coriaceo, semigloboso, majore; sequentibus brevissimis. *Tarsi* breves, articulo penultimo, cordato, bifido.

*Corpus* lineari-cylindricum. *Oculi* elongati, angusti. *Tibiæ* apice emarginato et intus uni-uncinato.

Observatio. Caput in rostrum brevissimum paulisper productum. Genus præcedenti maxime affine.

Spec. 1. *Hylurgus ligniperda. Hylurge ligniperde.*

H. Niger aut fuscus vel castaneo-fuscus , subobscurus, villosus , punctatus ; antennis tarsisque rufescentibus ; carinula brevissima, in tuberculum dentemve postice magis elevata, capitis marginis antici pone medium ; thorace paulo longiore quam latiore , postice paulisper dilatato , confertissime punctato , linea dorsali , lævi ; coleoptris dimidio saltem longioribus quam

latioribus, subtiliter rugosulis, secundum maximam partem obsolete striato-punctatis, postice ad suturam obsolete retusis, abundantius villosis; basi subrecta aut latissime arcuata, non prominulo-crenata; tibiis omnibus dentibus tribus aut quatuor externis, validioribus.

*Scolytus ligniperda.* Oliv. *Entom.*, *tom.* 4, *n°.* 78, *pl.* 1, *fig.* 9. *a. b.*

*Scolyte ligniperde.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 11, *p.* 212.

*Hylesinus ligniperda.* Fab. *System. eleut.*, *tom.* 2, *p.* 391.

*Bostrichus ligniperda.* Payk. *Faun. Suec.*, *tom.* 3, *p.* 149.

Herbst. *Coleopt.* 5, *tab.* 48, *fig.* 4.

Habitat in Gallia, sub pinorum corticibus.

Observationes. *Scolytus ligniperda* Domini Olivier, ab illo e museo nostro descriptus, præcedenti affinis, at fere dimidio minor, paulo angustior, ater, nitidus, glabriusculus; antennis tarsisque piceis; capitis parte antica et media carinula lineolave elevata, æquali, ad medium frontis usque fere perducta; ore villoso; thorace et elytris quam in præcedente latius impresso-punctatis; thorace spatio dorsali lævi fere nullo; elytris subrugosulis, basi recta; singulo punctorum excavatorum lineis octo aut novem distinctis; tibiis ut in præcedente. — An *Hylesinus piniperda* Fabricii? — *Bostrichus piniperda* Paykull? — *Ips niger* Marsham?

Ips *piniperda* ultimi, ex Anglia a Domino Kirby ad me missa, *hylurgo ligniperdæ* nostro proxima, at alia; minor, forma breviori et latiori, nigra, nitida, villosula, vage punctulata, punctis quam in præcedentibus minoribus; antennis tarsisque rufescentibus; capite antice et in medio lineola elevata, æquali, ut in *scolyto ligniperda* Domini Olivier; thorace postice latiore quam longiore, elytris non rugosis, punctis per series numerosas, quarum in singulo octo aut novem magis obviæ, digestis; basi arcuata, crenulata; apicibus striato-tuberculatis; tibiis quam in præcedentibus minus dentatis. Ad hanc speciem ips *piniperda* De Geer referenda mihi videtur.

## CCLXXXVI. Genus. *Tomicus. Tomique.*

*Dermestes*, Linn. — *Ips*, de Geer. — *Bostrichus*, Fab., Payk. — *Scolytus*, Olivier.

*Antennæ* capitis lateribus insertæ, clava ab articulo septimo incipiente, compressa, suborbiculata aut suborbiculato-ovata, transverse articulata; articulis tribus aut quatuor; articulo ejus baseos sive septimo antennæ coriaceo, majore. *Tarsi* breves, articulis integris.

*Corpus* cylindricum. *Oculi* elongati, intus subemarginati. *Thorax* antice fere in cucullum rotundatus. *Tibiæ* apice latæ, denticulis plurimis instructæ.

Spec. 1. *Tomicus typographus. Tomique typographe.*

T. Brunneo-nigricans aut rufescens, nitidus, punctatus, villosus, pilis rufescentibus; antennis tarsisque rufis; capitis thoracisque margine antico pilose-ciliatis; capitis parte antica et media tuberculis duobus carinulave interrupta lineolaque elevata, transversa, supera; thorace antice punctis elevatis rugisve incisis scabro; elytris late striato-punctatis, postice in circulum truncato-excavatis; singuli elytri excavationis ambitu sex dentato; dentibus mediis majoribus; ultimo sive magis apicali sinu magno, ab aliis disjuncto; tibiis anticis paucodentatis.

*Dermestes typographus.* Linn. *System. nat.*, *ed.* 13, *tom.* 1, *pars* 2, *p.* 562. — *Faun. Suec.*, *ed.* 2, *n°.* 418.

*Ips typographe.* De Geer. *Mém. s. l. Insect.*, *tom.* 5, *p.* 193, *pl.* 6, *fig.* 1, 2.

*Bostrichus typographus.* Fab. *System. eleut.*, *tom.* 2, *p.* 386.

*Bostrichus typographus.* Payk. *Faun. Suec.*, *tom.* 3, *p.* 145.

Herbst. *Coleopt.* 5, *tab.* 48, *fig.* 1.

*Scolyte typographe.* Oliv. *Entom.*, *tom.* 4, *n°.* 78, *pl.* 1, *fig.* 7. *a. b.*

*Scolyte typographe.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 11, *p.* 212.

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 15, *tab.* 3.

Habitat in Europa, intra arborum cortices, labyrinthos dædaleos pulvere repletos formans, pinetorum pestis. FAB.

Burdigalæ. Dargelas, Rodrigue.

## CCLXXXVII. GENUS. *PLATYPUS. Platype.*

*Platypus*, HERBST. — *Bostrichus*, HELLW., FAB. — *Scolytus*, PANZER.

*Antennæ* (capite breviores) capitis marginibus superis insertæ, clava ab articulo sexto incipiente, compressa, longitudinis totius maximam partem occupante, ovata, perfecte solida aut articulis obsoletis, basi tantum vix coriacea; articulis intermediis minimis. *Tarsi* elongati, articulis integris.

*Corpus* cylindrico-lineare. *Oculi* orbiculato-ovales, integri. *Thorax* elongato-cylindricus, juxta latera infera, pro pedum duorum anticorum femoribus partim excipiendis, excavatus, ad marginis postici medio paulisper acute productus. *Pedes* compressi; postici a quatuor anticis valde remoti, ano proximi; omnes femoribus compressis, angulatis; quatuor posticis infra pro contractione canali notatis; mediis laminæ magnæ insertis; tibiis brevibus, facie postica transverse striata; anticarum apice acute in spinam producto; tarsis femoribus tibiisque conjunctis longioribus, gracillimis; articulo basilari longissimo.

SPEC. 1. *PLATYPUS CYLINDRICUS. Platype cylindrique.*

P. Brunneo-niger, villosus, antennis pedibusque castaneis; capite antice planato, subtiliter rugosulo; thorace punctulato; dorso postice lævi, linea impressa; elytris punctulatis, profunde striatis, subcostatis, postice villosis, retusis, dentatis; dente uno ad striam tertiam; tribus ad octavam distinctis; terminali externo validiore, subhamato; femoribus omnibus apice infero

dentiformiter dilatato ; anticorum marginis inferi medio unidentato ; posticorum eodem margine obsolete denticulato, ad basin acute unidentato ; tibiis vix dentatis.

*Platypus cylindrus.* HERBST. *Coleopt.* 5, *tab.* 49, *fig.* 3.

*Platype cylindrique.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 11, *p.* 220.

*Bostrichus cylindrus.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 2, *p.* 384.

*Scolytus cylindricus.* OLIV. *Entom.*, *tom.* 4, *n°.* 78, *pl.* 1, *fig.* 2. *a. b.*

PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 15, *fig.* 2.

Habitat in Gallia, Germania, sub arborum cortice.

*II. Antennæ omnium (capite sæpius paulisper longiores) clava lamellata aut solida et ab articulo nono incipiente (compressa); tarsi articulo penultimo semper bifido; corpus ovato-cylindricum, thorace plerumque latiore quam longiore; (oculi elongati, angusti.)*

1. *Antennæ clava subsolida (articulis arcte connexis), non trilamellata.*

OBSERVATIO. Antennæ capitis lateribus insertæ, thorace multo breviores.

CCLXXXVIII. GENUS. *SCOLYTUS. Scolyte.*

*Scolytus*, *GEOFF.*, *SCHÆFF*, *OLIV.* — *Hylesinus*, *FAB.* — *Ekkoptogaster*, *HERBST.*

*Antennæ* clava valde compressa, ovata et ad apicem latiore, rotundata aut obtusa, ad summum distincte tantum biarticulata; basi illiusve articulo coriaceo in angulum arcumve desinente.

*Tibiæ* angulo externo apicis in uncum abeunte. *Abdomen* subtus a basi ad anum oblique et abrupte truncatum.

Spec. 1. *Scolytus destructor. Scolyte destructeur.*

S. Niger, nitidus, punctatus; antennis, elytris pedibusque rufo-castaneis; capite supra pube obscure flavescenti-vestito; elytro singulo striis sex aut septem distinctis, remotis, punctatis.

*Le scolite.* Geoff. *Hist. des Insect.*, *tom.* 1, *p.* 310, *tab.* 5, *fig.* 5.

*Scolyte destructeur.* Oliv. *Entom.*, *tom.* 4, *n°.* 78, *pl.* 1, *fig.* 4. *a. b. c.*

*Scolyte destructeur.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 11, *p.* 211.

Schæff. *Elem. entom.*, *tab.* 112.

*Hylesinus scolytus.* Fab. *System. eleut.*, *tom.* 2, *p.* 390.

*Ekkoptogaster.* Herbst. *Coleopt.* 5, *tab.* 49, *fig.* 1.

Panz. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 15, *fig.* 6.

Habitat in Galliæ, Angliæ et Germaniæ ulmis; Parisiis frequentissimus, in Gallia Australiori a me numquam repertus; ibi vero s. *pygmæus* abundans.

## CCLXXXIX. Genus. *Hylesinus. Hylésine.*

*Hylesinus*, Fab. — *Scolytus*, Oliv. — *Bostrichus*, Paykull.

*Antennæ* clava obovata, ad apicem sensim acuminata, articulis tribus aut quatuor transversis, distinctis.

Spec. 1. *Hylesinus crenatus. Hylesine crénelé.*

H. Niger, glabriusculus, nitidus, punctatus; antennis pedibusque rufis; elytris fusco-castaneis; thorace punctis sparsim confluentibus, scabriusculo; elytris subrugosis, punctis per strias digestis, subcontinuis; basi arcuata.

*Hylesinus crenatus.* Fab. *System. eleut.*, *tom.* 2, *p.* 390.

*Scolytus crenatus.* Oliv. *Entom.*, *tom.* 4, *n°.* 78, *pl.* 2, *fig.* 18. *a. b.*

*Scolyte crénelé.* Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 11, *p.* 215.

*Bostrichus crenatus.* PAYK. *Faun. Suec.*, *tom.* 3, *p.* 150. PANZ. *Faun. Insect. Germ.*, *fasc.* 15, *fig.* 7.

Habitat in Gallia, Suecia, Germania; Parisiis rarissimus.

Fabricii hylesini sequentes congenerici : *fraxini*, *varius*, *villosus*, *oleiperda*, *etc.*

2. *Antennæ clava trilamellata (lamellis linearibus, longissimis, ut in* scarabæidibus, *fere conniventibus).*

OBSERVATIO. Antennæ capitis marginibus superis insertæ, thoracis fere longitudine. Labium quam in præcedentibus latius, brevius, quadrato-subcordatum.

## CCXC. GENUS. *PHLOIOTRIBUS. Phloiotribe.*

*Hylesinus*, FAB. — *Scolytus*, OLIVIER.

SPEC. 1. *PHLOIOTRIBUS OLEÆ. Phloiotribe de l'olivier.*

P. Nigricans, cinereo-villosus; antennis rufis; elytris striatis; pedibus fuscis.

*Phloiotribe de l'olivier.* LATR. *Hist. nat. des Crust. et des Insect.*, *tom.* 11, *p.* 221. — *Genre* PHLOIOTRIBE. *Préc. des Car. gén. des Insect.*, *p.* 50.

*Hylesinus oleæ.* FAB. *System. eleut.*, *tom.* 2, *p.* 395.

*Scolyte de l'olivier.* OLIV. *Entom.*, *tom.* 2, *n°.* 78, *pl.* 2, *fig.* 21. *a. b.*

*Scolytus scarabæoides.* BERN. *Mém. d'Hist. nat.*, *tom.* 2, *p.* 271.

Habitat in Galliæ olea.

Finis Tomi Secundi.

Typis J. J. DELANCE, viâ Mathurinensium.

Tab. I.



1




2




3



4



1



2



3



4



5



6



9



8



7



10



11



14



13



12




1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13


3
2
1
4
5


1
2
3
4
6
5
7
a
a
8
9
10
11
12


1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12


1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
12
11


1
2
3
6
5
4
9
8
7
12
11
10

Tab.



UNIVERSITY OF ILLINOIS-URBANA
3 0112 033053759